8 Huius generis definitionis ſpecies eſt etymologia, cuius exemplum ponit. l. 1. ff. de inſtit. & iure, & l. 239. §. 1. ff. de verbor. ſignificat.

9 Item alluſio vocabulorum. Cuius exemplum ponit §. eſt autem Inſt. de tutelis.

10 Item exemplaris, quando exemplis ſeu caſibus propoſitis vocabulum declaratur, cuius exemplum ponit §. item per acceptilationem. Inſt. quibus modis tollit obligat. & l. Quintus Mutius. 11. §. fin. ff. de aur. & & argen. lega. & l. 1. ff. de ſupellect. legat.

11 Primo enim generi conditionis in iure non datur definitio, quæ tamen ex his, quæ in iure de ea haberi poſſunt, & præcipue de toto tit. ff. de condit. & demonſtr. & l. itaque 39. ff. ſi cert. per.

12 Cauſaliter rei definitio talis dari poteſt. Conditio eſt ſuſpenſio diſpoſitionis ex futuro incerto euentu ei & appoſito, in quē facta eſt diſpoſitionis collatio, Hic enim ſuſpenſio diſpoſitionis eſt genus: cauſæ efficientes ſunt hominum diſpoſitiones in conditione poſitę, materia eſt res ipſa in diſpoſitione conditionali poſita: Finis eſt incertus euentus, in quem eſt facta diſpoſitionis conditionalis collatio, & hæc eſt conditio,
13 de qua ſumus dicturi, Cum alias ſecundum Iaſ. in l. certi conditio. 9. num. 1. ff. ſi certum petat. ſcripta, cum, c, pro ſoluti repetitione capiatur toto tit. ff. de condict. ob cauſam.

14 Eſt propterea terminus æquiuocus. Nam ſine. c. capitur pro actu ſuſpendente natiuitatem obligationis & actionis. l. cedere diē. 213. ff. de verb. ſigniſ. cum. c. ſcripta capitur pro actione perſonali, adnotata per ſurdum in deciſ. 173. num. 8. & 28. & condictio appellatur perſonalis actio. Iaſ. citato loco; & Lucas de Penna in l. 1. C. de num. actu. lib. 12. Rauden. de Analogis lib. primo c. 8. numer. 32.

15 Vltra ſupra datam cauſalē Donatus etiā in Andria Terentij dat accidentalem ſic dicens, conditio eſt pactio certam legem in ſe continens. Ait enim ipſe, amatores Chryſidis tulerunt mulieri conditionem, id eſt ſi vellet eis morem gerere ſe pretiū daturos: illa vero accepit conditionem, hoc eſt pactioni conſenſit, cui concordat l. vltima. ff. de ſponſalibus, & l. vltima ff. de proxene, & l. 19. & 36. ff. de ritu nupt. & l. 65. ff. de iudicijs ſimilem dant l. 37. & 39. ff. ſi certum petat. dicentes ſic. Conditio eſt lex alicui negocio appoſita, vnde pendet euentus ipſius.

16 Et eſt dicta conditio à verbo condo ſignificante compono. Nam eſt quaſi compoſitio, quæ purum facit conditionale, & ideo Cicero de Nat. Deo. verborum conditiones compoſitiones, quæ ex puris, & ſimplicibus componuntur, appellat, vel eſt dicta à verbo condo ſignificante repono, et ſic reponit rem conditione purificata dandam, vt conſeruetur donec purificetur toto tit. vt legat. nom. cauea. Et eſt quædam diſpoſitio et ueluti ſors fortunarū, temporū, rerum, vnde Cicero. O miſeram conditionem adminiſtrandi cōſulatus. Aurelius. Ea temporum conditio erat, ut nec conqueri quidem de iniurijs fas eſſet. Et ex his habes cauſalem, et accidentalem definitionem eius rei, et nominis, etymologiam, et alluſionem.

17 Multis enim modis dicitur conditio
18 licet impropric. Quandoque enim dici-
tur modus, vt in l. 1. C. de his, quæ ſub
modo. Iaſ. in l. debitori tuo. 7. nu. 2. verſ.
vnde pondera hic, pro regula. C. de pa-
ctis. & ante cum Bart. in l. quibus diebus
40. §. fin. col. 2. ff. de condit. & demonſtr.
19 Quandoque demonſtratio. Bart. in l.
demonſtratio, 17. in princ. ff. eod. Quan-
20 doque cauſa, idem Bart. in dicta l. 1. §. 1.
& l. via conſtit. 23. §. ſi fundus ſeruiens,
vbi gl. in verbo ſua quiſque. ff. de ſeruit.
21 Ruſtic. præd. Quandoque pęna. l. vnica.
C. de his, quæ pęnæ nom. vbi Bar. & Do
22 cto. Quandoq; Ratio. Qandoq; Pactio.
23 dicta l. vltima. ff. de ſponſalibus. & l. vlt.
ff. de proxene. & l. 19. & 36. ff. de ritu nup.
& l. 61. ff. de iudicijs. & l. debitori tuo. 7.
vbi Iaſ. num. 2. C. de pactis. & ſup. nu. 15.
Quandoque ſtipulatio ſub conditione fa
cta. l. ſufficit de cond it. indeb.
24 Quandoque lex. l. 37. & 39. ff. ſi cer. petat.
25 Quandoq; ſtatus l. 2. ff. de ſponſalib.
& Bart. in l. quidam in ſuo 27. num. 3. ff.
de condit. Inſt. & toto tit. ff. de ſtatu ho-
mi. iuncta l. & ſeruorum eſt conditio. 5.
& l. in multis. 9. ff. eod. & l. ſi mihi 20. ibi
totiuſq; rei. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. Eſt
enim totius quædam perſonæ qualitas
glo. 1. in §. 1. inſt. de capit. diminut. & l.
fin. ff. de locis & itine. publ. idem Bar. in
l. 1. nu. 3. ff. de legat. primo. Horatius lib.
1. Carminum. Ode prima, Dantes in
Purgatorio cant. 5. ibi. E duo di loro in
forma di meſſaggi Corſer incontra noi,
e dimandarne Di voſtra condition fate-
ne ſaggi.
26 Quandoq; locus.
27 Quandoq; Ius. l. Proculus. 26. ff. de
damno infecto quam ad hoc Anchar. in
conſ. 155. nu. 7.
28 Quandoq; onus Iaſ. in d. l. debitori
29 tuo num. 2. verſic. Teſtator inſtituit. C.
de pactis. Quandoque electio l. contra
veterani §. ſi quis parituтum. ff. de inof.
30 teſtam. Quandoque pro qualitate l. 3. in
princ. ff. de teſtibus, & l. vlt. §. fi. ff. de ædi
lit. edit.
Quandoque pro Remuneratione. l.
ſed & locis §. 11 finium regund.
Quandoque pro tenore l. ſociecatem
mecum. ff. pro ſocio. Quandoque Imola
in l. Titio centum. §. Titio centum. nu. 4.
ff. de cond. & demonſt. Quandoque pro
inſtitutione conditionali, & pro fidei
commiſſo. l. 1. C. de pactis. vbi Bartol.
Bald. Aret. num. 2. Curtius Sen. num. 4.
& 11. Goz. nu. 3. Alciat. num. 4. l. in plu-
rium in fine ff. de acq. hæred. Quandoq;
ſignificat oblatam poteſtatem, aliquid
eligendi dicimuſque offero conditio-
nem; fero conditionem; pono conditio-
nem; vt ſupra nu. 15. Idem fere ſignifi-
cat offero electionem, & do opinionem,
niſi quod hæc de duobus, aut pluribus
dicuntur, vt offero electionem mauis pe
tendi, do opinionem quod vis potiſſi-
mum optandi; Illud vero de vna quali-
bet re dicitur, vt offero Chryſidi condi-
tionem vnam, ſcilicet duntaxat.
31 Frequentius tamen demonſtratio,
modus, cauſa, & pęna dicitur. De defi-
nitione, & ſignificatione demonſtra-
tionis, modi, cauſæ, & pœnæ infra cap.
90. & ſequen. congrue dicetur, cum ma-
gis opportune attinentia ad conditio-
nem poſt eius definitionem continuare
prius hic putauerim.
32 Quæ de ſui natura continet, & indu-
cit præceptum l. eum ita legatum. ff. de
condit. & demonſtr. & nihil ponit in eſ-
ſe, l. cedere diem. ff. de verb. ſignif. & ſur-
dus in deciſ. 232. num. 1. & 8. & nu. 12.
33 & infra par. 2. c. 1. quæſt. 23. num. 5. & eſt
de futuro, non autem de præſenti; vel de
præterito l. inſtitutio talis in fine de cō-
dit. Inſt. l. cum ad præſens l. itaque, ff. ſi
cer. pet. l. nominatim in fine, ff. de condi.
& demonſt. l. ſi clauſula ſtipulatis. vbi
ubi Bartol. & Iaſ. numer. 10. de verbor.
obligatio. Bar. in l. ſi ſic. l. 1. num. 3. de le-
gat. 1.

SVMMARIVM.

1 Conditionum genera duo.
2 Impoßibiles conditiones quæ.
3 Modus aut poſsibilis, aut impoſsibilis.
4 Impoſsibilis varie dicitur.
5 Impoſsibilis natura.
6 Impoſsibilis iure.
7 Conditio impoſsibilis in vltimis voluntatibus habetur pro non ſcripta.
8 In contractibus vitiat.
9 Publicæ vtilitati expedit ſuprema hominum iudicia exitum habere.

10 *Impoſsibilis de facto.*
11 *Impoſsibilis ex qualitate perſonæ non nocet.*
12 *Impoſsibilis propter anguſtias.*
13 *Difficilis valde non eſt impoſsibilis.*
14 { *Impoſsibilis ob perplexitatem reddit inutilem inſtitutionem.*
Deriſoria æquiparatur impoſsibilis. }
15 *Conditio poſsibilis quæ, & eius ſpecies.*
16 *Caſualis conditionis exemplum.*
17 *Poteſtatiuæ exemplum.*
18 *Mixtæ exemplum.*
19 *Caſualis, poteſtatiuæ, & mixtæ differentia.*
20 *Poſsibilis conditionis aliæ ſpecies.*
21 *Certa conditio quæ.*
22 *Incerta quæ.*
23 *Certa quæ continet diem, quæ non.*
24 *Neceſſaria quæ.*
25 *Alternatiua.*
26 { *Ius pendens.*
Extinguens. }
27 { *Intrinſeca.*
Extrinſeca. }
28 *Promiſcua.*
29 *Conditio Alliciens.*
30 *Reſolutiua.*
31 *Voluntaria.*
32 *Diſtitutiua, & perpetua, & ſucceſsiua.*

Caput Secundum.

1 Conditionum enim duo ſunt gene-
2 ra; Aut enim ſunt impoſſibiles, aut poſſibiles: impoſſibiles enim ſunt, quæ per rerum naturam admitti non poſſunt, & pro non ſcriptis habẽtur, ſiue ſint impoſſibiles de iure, ſiue de facto. l. obtinuit 3. vbi gloſ. prima, & Alberic. ff. de condit. & demonſtr. Azo. in ſumma. C. de inſt. & ſubſtit. num. 3. Bart. in l. 1. ff. de condit. inſt. Bald. in l. ſi pater 4. col. 2. & in l. reprehendẽda. 5. C. de inſt. & ſubſt. Angel. in l. 1. nu. 4. ff. de cond. inſt. Salic. in l. unica. nu. 3. C. de his, quæ pęn. nom. Natta. in conſ. 626. num. 4. gloſ. fin. in §. impoſſibilis. inſt. de hæred. inſtituen. cũ uulgaribus. Quam diuiſionem intelligi etiam de Modo, & de Pęna. Nam aut eſt impoſſibilis, aut poſſibilis. Bart. in l. quibus diebus 40. §. fin. nu. 17. ff. de condit. & demonſtr. Salic. in l. 1. nu. 1. C. de his, quæ ſub modo Bald. in l. unica numer. 3. uerſ. tertio nota C. de his, quæ pęn. nom. & l. interpoſitas 13. C. de tranſact. & l. nulli. 10. C. de ſentent. & interlocuto. & Bald. in dicta l. unica. num. 29. Henricus Boich. in c. ſicut ex litteris. nu. 1. & ſequ. de ſponſalibus & matrimo. Et in hoc regulantur uti conditio ipſa iurib. ſupra allegatis, & Bartol. ibi allegat. l. ſi fundum. 83. §. 1. ff. de legat. primo, idem Bart. in l. codicillis. 91. ff. de legat. 2. & in dicto §. fin. in fine, & Bald. in dicta l. unica. num. 3. & 21. ubi etiam gloſ. in uerbo ſeruabitur C. de his, quę pęn. nom. De modo impoſſibili dicunt l. ſi fundum. 83. §. 1. ff. de legat. 1. & l. in teſtamento. 27. in fine. ff. de condit. & demonſtr. De modo poſſibili dicunt l. 2. C. de his, quæ ſub modo, & l. ſi hæres. 11. ff. de condit. cauſa data cauſa non ſequuta. & l. liberto. 21. §. Lucius. ff. de annuis, & menſtr. legatis. gloſ. in definitione. Modi ſuper Rubric. ff. de condit. & demonſtr. De pęna impoſſibili dicit dicta l. unica. & ibi glo. & Bald. nu. 3. & 21. C. de his quæ pęn. nom. & infra Par. 2. cap. 5. quæſt. 1. & 5. De pęna poſſibili habetur pariter in dicta l. unica & infra in dicto c. 5. quęſt. 1. 2. 3. 4. & 5. par. 2.

Non eſt omittendum quod conditio, modus, & pęna impoſſibilis turpis, & inhoneſta verbis negatiuis conceptæ, ut puta ſi cęlum non tetigens, ſi hominem non occideris, ſi adulterium non commiſeris, & aliæ ſimiles tenent & uti poſſibiles ſunt implendæ, ut per Cynum in l. 1. in 3. opinione in fine. C. de ijs, quæ pęnæ nom. firmauit Rota in antiquis deciſ. 10. nu. 2. & 3. de teſtamentis.

4 Impoſſibilis enim conditio, modus, ſiue pęna uarijs modis dicitur. gl. in §. impoſſibilis. inſt. de hæred. inſtituen. Doct. & Bar. in l. 1. ff. de condit. inſt. dicũt, quatuor eſſe impoſſibilis cõditionis ſpecies, quas ad modum, & pęnam impoſſibilem pariter referre poſſumus ex ſupradictis.

5 Et prima impoſſibilis natura, quæ natura euenire non poteſt, & dicitur proprie impoſſibilis, ueluti ſi digito Cęlum tetigeris, ſi ebiberis, ſi terram comederis, & ſimilia, quæ tradit Bart. in l. 1. nu. 3. & 4. ff. de condit. demonſtr. Io. Andreas in c. contingit num. 3. de iureiurando in 6. de qua per Sarmientum eleganter. lib. 2. ſelectarum, interpr. ca. 1. nu. 1. & 2. Dum con-

conſtituit duplex impoſſibilium rerum ſpeciem, ſimpliciter, ſcilicet, uel per ſuppoſitionem, uel ut loquitur Bar. in genere, & in ſpecie, uel quod ſe habeat ad impoſſibile ſemper, & ad ſemper, uel quod non ſemper ſit impoſſibile, ſed aliquando, & dat exemplum de prima ſpecie, ſi digito cęlum tetigeris, de quo ſupra. De ſecũda uero ſpecie affert in medium iura poſtliminij, & alię iuris fictiones, quę ad impoſsibile primę ſpeciei non poſsũt ad aptari ſecũdũ late adducta ibi per eum dicto nu. 2. ſed bene ad impoſsibile ſpeciei ſecundæ, cũ ſunt infra poſitæ, & cõſiderantę impoſsibilitates, poſt primã pręcedẽtẽ ſimpliciter natura, & genere impoſsibilẽ.

6 Secunda impoſsibilis iure, quia id poſſe dicimur, quod de iure, & honeſte poſſumus. l. Nepos procula. 135. & ibi Rebuf. et Alcia. ff. de uerb. ſignif. Quæ enim contra leges, et bonos mores ſunt, nec facere, nec poſſe credendum eſt l. filius. 15. ubi Bart. ff. de condit. inſt. Nam conditio inſerta, cui ius, honeſtas, ſeu boni mores repugnant latiore, ſignificatione impoſsibilis etiam dicitur, licet de facto poſsit euenire. l. facta. 63. §. ſi ſub conditione. ff. ad S.C. Trebell. ubi Bart. et alij, ueluti, ſi Patrem ab hoſtibus non redemeris, ſi parentibus alimenta non præſtiteris, ſi hominem occideris, ſi adulterium commiſeris, et ſimiles. l. conditiones. 1. et 2. et l. quidam 27. ff. de cond. inſt. et l. reprehendenda. 5. C. de condit. et ſubſti. 10. Andr. citato loco num. 3. Alex. conſil. 121. nume. 8. lib. 2. Alia per multa exempla conditionis impoſsibilis iure tradit Simon de Prætis de interpret. ult. uolunt. lib. 4. dub. 4. in princ. et per totã. Sed melius turpis, quam impoſsibilis, ſimilis conditio, modus, uel pęna nominabitur, inter quas non incongrue poteſt accomodari illa, ſi pecuniã in mare proieceris, de qua per Coſtam in l. Gallus. §. et quid ſi tantũ par. 5. nu. 21. conueniunt, dicta infra. cap. 5. n. 37. Hanc eãdẽ diuiſionẽ tradit Henric Boich. in cap. ſicut ex litteris. nu. 5. et ſeq. de ſponſ. et matrim.

7 Et in iſtis duabus ſpeciebus impoſsibilitatis in ultimis uoluntatibus pro non ſcriptis, et non appoſitis habentur. §. impoſsibilis ubi gl. inſt. de hęred. inſtituen. & infra par. 2. c. 1. in quęſt. Vtrum impoſſibilitas conditionis in vltimis voluntatibus vitiet diſpoſitionem. in ordine 83. vbi melius diſtinguo. Nam dictus §. impoſſibilis loquitur de impoſſibilitate iuris, & naturę, & Archid. in c. ſolet num. 2. & 3. 32. quæſt. 2. Verum tales conditiones, vt plurimum publicæ vtilitati contrariæ remittuntur, Hoſtien. in ſumma de condit. appoſitis. num. 2. verſ. Hĩc ergo ſciendum. Maxime ſi ſint appoſitæ ſuper re ſpirituali, quia in ſpiritualibus ſũt de iure prohibitæ, & habentur pro non appoſitis, Hoſtien. ibi num. 13. Diuersũ enim eſt in contractibus in dicto §. impoſſibilis, & l. non ſolum. 30. ff. de actio.

8 & oblig. quoniam vitiantur propter impoſſibilem conditionem in eis adiectam adeo quod nec naturalis oriatur obligatio. l. impoſſibilium. 145. ff. de reg. iur. Cũ nolle ſe obligare videatur, qui ſub impoſſibili conditione promittit. Et ratio eſt, quia in contractibus omnium contrahẽtiũ voluntas ſpectatur, quibus imputandum eſt, quod clarius, & apertius ſibi legem nõ dixerint. l. veteribus. 39. vbi Bar. ff. de pactis. Nec eſt veriſimile aliquid agere, qui conditionem apponunt, quam ſciunt impoſſibilem d. l. non ſolum. 30. ff. de actio. & oblig. Quod tamen intellige ſecundum diſtinctionem, quam facio infra in par. 2. c. 1. q. Vtrum impoſſibilitas conditionis in contractibus vitiet diſpoſitionem in ordine 84. In vltimis uero uoluntatibus latiorem facimus interpretationem, & plenius mente teſtantium interpretamur l. in teſtamẽtis. 12. ff. de reg. iur. c. cum dilecti. 6. de donationibus.

9 Et hoc propter publicam utilitatem, cui expedit, ſuprema hominum iudicia exitum habere. l. uel negare. 5. ff. quemad. teſtam. aper. Ideo quamuis teſtator cõditionem impoſſibilem adiecerit, perinde tñ erit ac ſi pure diſpoſuiſſet d. §. impoſſibilis, & d. l. 1. ff. de condit. inſt. Nec credendum eſt aliquẽ quicquã in ſuo teſtamento adijcere, quod ſuum iudicium impugnet. l. 3. ff. de mil. teſt. Quod utique eſt uerum, niſi teſtator eam conditionẽ poſſibilem putauerit. l. ſeruo manumiſſo. 58. ubi Iaſ. in prin. & Ang. ff. de cond. indeb. Sed forſam ſaniori iudicio ultimarũ uoluntatum fauore a diſpoſitione dictæ l. ſeruo manumiſſo diſſenſit Emanuel a

Coſta ſelect. interpr. circa conditiones
lib. 1.cap.9.nu. 2.auth.tex.in l.ab omnib.
l.in teſtam.ff.de legat. 1.vbi Bart. tamen
cum diſtinctione ſi eam teſtator crediderit
poſſibilem,procedat communis de
qua in dicta l. ſeruo manumiſſo, in qua,
& ipſe Coſta etſi ſubtiliter contra argumẽtatus
ibi ſubſiſtit, & rurſus defendit
in dicta §.in teſtamento: ſed contra Coſtam,
& communem intellectum d.l. ſeruo
manumiſſo,validiſſimis medijs inſurgit
Sarmient ſelect.interpr.lib.2.c.1.nu.
14.& ſequentibus,& inf.par.2.q.83.niſi
aliqua reſultaret repugnantia, puta quia
teſtator decederet pro parte teſtatus, &
pro parte inteſtatus,quod ius non patitur
vllo modo Ang.ibi num. 2. late Sarmien.ſelect.interpr.lib.2.cap.1.in
princ.
in explicatione dicta l.ſeruo manumiſſo,
num.8.verſ.conditiones vero. Multa de
conditione hac de iure impoſſibili tradit
Bar.in dicta l. 1.num.5.ff. de condit.inſt.
& vide infra par.2.c.1.quæſt. vtrum impoſſibilitas
conditionis in vltimis volũtatibus
vitiet diſpoſitionẽ,quæ eſt in or-
10 dine.83. Tertiã ſpeciem impoſſibilis cõditionis
de facto Doctor. vocant impoſſibilem,quæ
de facto, ideſt ob difficultatem
euentus eſt penè impoſſibilis,veluti
ſi ſeruus, quem nihil habere certum
eſt,liber eſſe iuſſus ſit,ſi mille aureos hæredi
dederit, aut poſt annos octuaginta,
aut eum morietur. l.cum hæres 4. §. 1. ff.
de ſtatu liber. l. continuus. 137. §.illud,
& ſequenti.ff.de verb.obliga. Impoſſibilium
enim, & multum difficilium idẽ eſt
iudicium.Alberic.in dicta.l. cum hæres,
in princ.eſt etiam exemplum Accurſij de
aureo Monte, in quo Faber, & Portius
pugnant,quod eſt abſurdum: ſed dicendum
foret,hanc conditionem, ſi aureum
11 montem dederis non nocere, quaſi ex
qualitate perſonæ impoſſibilem argumento
dicta l.ſi quis ita. De qua per Coſtam
ſelect.interpre. circa conditiones li.
1.cap.8.nu.9.& 10.Sicuti,nec illa legatũ
vitiat, quæ ex præſcripto tempore fieri
nequit propter anguſtiam temporis pręfiniti
l.ſi mihi,& Titio 12.§.Proculus.ff.
de legat.1.l.ſi quis ita.6.ff.de condi. inſt.
13 & infra.par.2.c.1.quæſt.66.nu. 2. Aliud
tamen eſt, cum quis valde difficilem conditionem
inſtitutioni, legato, libertati,
vel aliæ cuicunque vltimę voluntatis diſpoſitioni
adijciat,ex quo appareat indicium
aliquod animi ipſius teſtatoris,qui
inſtitutum aliter hæredem eſſe, vel aliter
legatum valere, aut ſeruum liberum eſſe
volebat, & ſic debet accipi dicta l. cum
hæres §. 1. ne inde inferamus, fauorem
vltimæ volũtatis reſtringi. Ex quo enim
teſtator ſciebat talem conditionem, vt
cumque difficilem impleri tamen poſſe,
voluit hæredem ad eam aſtringere. Si
ergo non expediatur difficultas illa, uitiabitur
inſtitutio,legatum,& libertas.§.
ſi impoſſibilis.Inſt.de inutil.ſtipul. Bart.
in dicta l. 1.num.7.& ſequen.ff. de cond.
inſt.huiuſmodi enim rei declaratio multum
reſidet in arbitrio iudicare debentis,
& pro iſta faciunt notata in part. 2.c
5.q.5.nu.1.& 2.
14 Quarta ſpecies impoſſibilis conditionis
dicitur impoſſibilis ob perplexitatẽ,
quæ quidem in ſe poſſibilis eſt, ſed perplexio
eam impoſſibilem facit, quia ita
in ſe recurrit,& reuoluitur,vt iuris regulis
repugnantibus exiſtere non poſſit.l. ſi
Titius.16.vbi Bart.ff.de condit. inſt.& l.
vbi repugnantia 149.ff.de reg. iur. idem
Bart.in dicta l.1.num.6.per totum. ff. de
conditio.inſt. veluti ſi Titius hæres erit,
Seius hæres eſto: ſi Seius hæres erit, Titius
hæres eſto. Hic enim neuter uidetur
poſſe hæres eſſe,quia alter alteri obſtat,
& ſe inuicem collidunt. Talis igitur perplexa
conditio inutilem reddit inſtitutionem,
cum exiſtere non poſſit dicto §.
ſi impoſſibilis.inſtit.de inutil.ſtipul. Bal.
in dicta l. 1.uerſ.tertio oppono.ff.de condit.inſt.Io.Andr.
in c.contingit. num.3.
de iureiurand.in ſexto, quia ex uerbis &
facto teſtatoris talis perplexa impoſſibilitas
procedit, ut notat Alberic. in dicta
l.ſi Titius in princ.ff.de condit.inſt. Berouus
in conſ.64.num. 9. lib.2. Rota diuer.deciſ.640.nu.25.part.
1. aliæ impoſſibilis
conditionis ſpecies ponuntur inf.
in cap.5.nu.19.& 20.Niſi perplexitas ſit
in teſtamento inter liberos, quia fauore
liberorum nõ obſtante perplexitate ſubſtinetur.
Rota diuer.vbi ſupra nu.26.
14 Item deriſoria conditio æquiparatur
impoſsibili, quia pro non appoſita
habetur Ang.in l.Gallus.§.et quid ſi tantũ
par.5.nu.20.et 21.ff.de liber.et poſth.

15 Poſ-

Digitized by Google

15 Poſſibilis conditio eſt, quæ admitti poteſt, cuius ſunt tres ſpecies. Prima caſualis, vel fortuita, quæ pendet à caſu, vel fortuna. Secunda poteſtatiua voluntaria, ſeu arbitraria, quæ pendet à voluntate hominis, vel arbitrio. Tertia mixta, quæ & ex fortuna, & ex hominis pendet voluntate. l. 1. §. fin autẽ aliquid C. de caduc. tollen. vbi Bald. num. 1. Azo. in ſumma C. de condit. inſertis nu. 2. & 3. & de inſt. & ſubſt. num. 6. Hoſtien. in ſumma de condit. appoſitis num. 5. Iaſ. in l. ſi pater. 4. C. de inſt. & ſubſt. Salicet. in prin. Henricus Boich. in c. ſicut ex litteris nu. 1. & ſequent. de ſponſal. & matri. Moderni in commen. opin. vol. 3. loco. 7. tit. 5. de legatis c. 23. in princ.

16 Caſualis, ſeu fortuita exemplificatur in d. l. ſi pater. 4. C. de inſt. & ſubſt. vbi Salic. & in l. 2. 10. 21. ff. de condit. & demonſtr.

17 Arbitraria, ſeu poteſtatiua exemplificatur ab Azone in ſumma C. de condi. inſer. num. 2. & 3. in l. ſuus quoque 4. §. puto ff. de hæred. inſt. & in l. 2. & 29. cod. & dicitur poteſtatiua, vel melius arbitraria ſecundũ Budeum in annot. in Pandect. ex l. 1. de iuſt. & iur. col. 32. fol. 40. ſita in nobis, uel in poteſtate noſtra, quia plerunque admitti poteſt: Et eſt duplex, Quædam, quæ poteſt impleri vltimo vitæ ſpiritu. Quædam non, Cyn. in l. ſi plures. num. 5. ver. Quinto quæritur. C. de condit. inſer. vbi diſtinguit. Iaſ. in l. filius à patre. 28. num. 10. & num. 1. ver. conditio poteſtatiua ff. de liber. & poſthu. Quæ enim conſiſtit in dando, poteſt quandoque impleri. Quæ in faciendo non vtique Cyn. vbi ſupra & Iaſ. in dicta l. filius à patre 28. num. 1. 2. & 3. Salic. in l. ſi pater. num. 1. C. de inſt. & ſubſt. & in l. quoniam in prioribus. nu. 4. verſ. extrinſeca vero poteſtatiua. C. de inoſ. teſtam. eſt & alia quæ in dando, & in faciendo conſiſtit de qua eſt text. in l. cum ſeruus. ff. de cond. & demonſtr. & infra cap. 19. per totum, & in parte 2. cap. 1. quæſt. 67. & 68. de hac nonnulla Mandel in conſ. 63. nu. 8.

18 Mixta autem ex fortuna, & poteſtate pẽdens exemplificatur in d. l. ſi pater. vbi Sali. num. 1. & in d. l. ſuus quoque §. puto. ff. de hæred. inſtituen. & eſt Duplex; Nam quædam pẽdet à voluntate duorum, vt ſi teſtator inſtituit filiam, ſi Titio nupſerit, hic enim requiritur voluntas filiæ, & Titij, & dicitur mixta. l. 1. C. de inſt. & ſubſtit. Quædam pendet à voluntate implere debentis, & à fortuna d. l. ſi pater. vbi Salic. nu. 1. quã ad hoc. Iaſ. in l. filius à patre nu. 5. ff. de lib. & poſthum. & in l. 1. nu. 2. C. de inſt. & ſubſtit. Cephal. conſ. 118. nu. 25. lib. 1. Henric. Boich. in d. c. ſicut ex litteris. nu. 4. de ſponſ. & matrim. Et dicitur mixta etiam alijs modis, de quibus Iaſ. in d. l. 1. nu. 2. & ſequent. & Bart. in l. in teſtamento. ver. ſed quod hic dicitur de mixta ff. de condit. & demonſtr.

19 Et differunt inter ſe. Nam poteſtatiua modicũ grauat legatarium. Caſualis multum. Mixta pluſquam poteſtatiua, ſed minus, quam caſualis Bar. in d. l. in teſtamento. ver. rationem differentiæ, vbi late Soci. num. 8. Cyn. in glo. d. l. ſi pater. C. de inſt. et ſubſtit. et ibidem Oldr. Rota in nouiſ. de re iudic. deciſ. 12. alias 329. nom. 2. dicit, quod conditio poteſtatiua eſt adeo debilis, quod liceat grauato eam declarare, quæ in contractibus appoſita non tranſit ad hæredes. Caſualis vero tranſit. Bar. in l ſi decem cum petieto in fine ff. de verb. obl. et in meo Promptuario differentiarum, in uerbo conditionis poteſtatiuæ ponendo earum differentiam, et quod poteſtatiua non tranſeat ad hæredes, dico etiam infra in par. 2. cap. 1. q. An conditio tranſeat ad hæredes uer. ſi eſt in contractibus in ordine 10.

20 Item poſſibilis conditionis aliæ ſunt ſpecies. Nam alia eſt certa, alia incerta. Certa autem poſſibilis conditio eſt, quę omni modo extitura eſt, ut ſi moriar, de qua l. Iulianus. ff. de iure dotium, et l. ſi Titio. ff. quando dies lega. ced. Et ſi alias conditioni non pertineat id quod pro certo ponitur ſecũdũ Alciat. in ſuo conſ. poſt tractatum de duello nu. 30. et infra c. 5. nu. 18. Ioan. Campeg. de dote quæſt. 29. nu. 1.

22 Incerta uero, quę ut eueniat eſt incertum vt ſi Berta nubat, de qua ſcribit Vlpianus in l. cedere diem. ff. de verb. ſignif.

23 Item certa aut continet in ſe diem, ueluti, ſi morieris, aut cum morieris date ſpondes, ut in d. l. Iulianus, et l. ſi Titio, aut in ſe diem non continet, veluti ſi intra Kalendas digito cęlum tetigeris, vt in l. in illa ſtipulatione. ff. de verb. obligat. vel ſi nauis venerit ex Aſia, vel non, vt in l. commodato. ff. de peric. et commo. rei uendic. et l. Iulianus. ff. de cond. indeb. l. ſi pupillus. §. 1. ff. de nouar. Quod ſcite importat propter moram, ut datur videre infra par. 2. c. 1. quæſt. Vtrum exiſtentia conditionis conſtituat quem in mora. 66. num. 2. ver. ſed nũmquid, & quia aliquando non facit conditionem ut infra,

part.ſecunda,quæſtione prima, cap. primo.

24 Item poſſibilis conditionis eſt & alia ſpecies, quæ dicitur neceſſaria; ut eſt illa, quæ ineſt in ſubſtitutione, quę ad actum eſt neceſſaria, cum ſit impoſſibile formare ſubſtitutionem ſine inſtitutione, ſicut non poteſt eſſe numerus tertius ſine binario, & ideo ſubſtitutio dicitur pura nomine, conditionalis effectu.l.qui liberis.in princip.ff.de vulg.Doctor.in l.Gallus.§.quidam recte.ff. de liber.& poſthum.Socin.iun.in l.centurio num.330.ff.de vulg.& pupill.& eſt generale, quod quando exprimitur conditio, quæ de neceſſitate ineſt, ſemper actus dicitur purus nomine, licet conditionalis effectu Bal. in l.1.ff.de cond.& demonſtr.Rom.in rubr. ff.de volg.& pupill.col.fin.& l.1.col.2.eod. & Alex.in l.qui liber is num. 2.ff.eod Niſi præcedat conditio turpis.Bar.in l.1.num.1. de condit.inſt.& infra par.2.c.5.q. 3.verſic. Hinc eſt.num. 18. & eſt neceſſaria aut propter naturam, aut propter diſpoſitionem iuris, infra cap.proximo,& part.2.c.1. quæſt. Conditio in contractu appoſita, quæ eſt in ordine 62.& fraternizat cum intrinſeca, de qua infra num.27. & cum tacita, de qua infra c.3.num.1.8.9.& 10.

25 Item alia ſpecies, quæ dicitur alternatiua, quæ duobus modis poteſt adimpleri, & vnus ſufficit. l. hæc ſcriptum vbi Bart. ff. de condit.& demonſtr.Caſtren.in l.ſi hæredit. num.2. ff. de condit. inſt. Prout quando legatū eſt relictū pluribus alternatiuè illi, vel illi, tunc enim unus tantum admittitur, qui eſt electus, & ille petendo aufert ius alij, Alberic.in l.ius ex familia.§.rogo. ver.reſpondeo & uer.& do.ff.de lega.2.Bar.in l.1.ſi tamen.25.uer.diſtingue. ff. eod. ubi Caſtren. uerſ.ſed contra.& eſt text.in l.cum quidam. 4.C.de uerb.ſignif.in l.Titius 24.cum ſequ. ff.de hæred.inſtit.in l.ſi Titia.16.ff.de lega. 2.& in l.cum pater.§.hæreditatem.& §.à filia.ff.de legat. 2. & electio ſpectat ad grauatum glo.in l.Lucio Titio. in uerb. iudicare. ff.de leg.2.l.cum filius §.varijs.ff.eod.&l.3. ff.de eo, quod certo loco, quæ habet conformitatem cum diſiunctiua relata ab Alberic. in rubr. ff. de condict. & demonſtr. num. 5.

26 Item poſſibilis conditionis eſt & alia ſpecies, quæ dicitur ſuſpendens, ut notat Alberi.in l. ſi pluribus. n. 5. ff. de leg. 1.& alia quę dicitur extinguens, & quę ſuſpendit, eſt proprie conditio, de qua ſupra c.1.nu.12.& infra in multis locis. Idem Alberi.in l. ſerui tutes ipſo iure.ff.de ſeruitutibus dat exēplū conditionis extinguētis.quā in multis confutat, & in multis ſubſtinetur ibi per eum, & Tiraquel. late de retractu conuentionali. de qua infra num.30.& part.2.c.1.q.5.nu. 3.ibi dantur rationes inducentes conditionem extinctiuam.

27 Item poſſibilis conditio alia eſt intrinſeca, alia extrinſeca, ut notat Alberi.in l. fidei commiſſa num.12.ff. de legat.3. Et eſt intrinſeca illa, ſine qua res conditionata non poteſt aliter adimpleri. Alberic. ibi. nu. 11. ubi dicit, multum referre, an intrinſeca ſit ſimplex, uel qualificata. Extrinſeca uero ſine qua poteſt res conditionalis adimpleri & differunt inter ſe, quia intrinſeca non eſt proprie conditio, nec ideo habet eius naturam.l.3.ff.de legat.1.nec vitiat. Alex. in l.à Diuo Pio §. in venditione num.16.& 18. ff.de re iudic. Feli.in c.quoad conſultationem nu.2.eod.tit.Rota diuer. in deciſ.714. num.2.par.3.lib.3.& infra par.2.c.1.quæſt. Vtrum ſententia poſſit dari ſub conditione in ordine 49. Nec impedit tranſmiſſionem l.cū illud.§.1.& l.firmio ff. quādo dies leg. cedit,& infra c.3.nu.9. Extrinſeca vero eſt proprie conditio, & ideo oportet, quod in forma ſpecifica impleatur.l.qui hæred.ff.de condit.& demonſtr.& Alberic.citato loco nu.12.Salic.in l. quoniam in prioribus nu. 4.C.de inoff. teſtam. Poſſibile poteſtatiuam conditionem in intrinſecam, & extrinſecā pariter diuidit, vbi intrinſecam exemplificat ſic.inſtituo Titium filium meum, ſi volet ex l.iam dubitari.§.fin.ff.de hæred.inſtituen.in qua non eſt neceſſe ipſum in contrarium conditionis euētum exhæredare, quia intrinſecè ineſt ſuo facto exhæredatio, ſi non vult hæres eſſe, quę ſi fuiſſet expreſſa, induceret contrarium effectum eius, quod inerat, niſi modo diuerſo, quo inerat, fuiſſet expreſſa, vt infra par.2.c.1.quæſt. Vtrū conditio expreſſa impediat relicti tranſmiſſionem num.2.quęſt.in ordine 47.quam dicit qualificatā Alberi.vbi ſupra. Extrinſeca vero nullo modo ineſt, ſed ab extrinſeco pendet.Salic.d.num.4. in princi. Et eſt duplex, Nam alia conſiſtit in dando, alia in faciendo. Quę in dando, poteſt in vltimo vitę ſpiritu impleri; quæ in faciendo non utique. Salic. ibi. verſ. extrinſeca vero poteſtatiua, & ſupra num.17.in fine.

28 Item & eſt alia ſpecies, quę dicitur promiſcua, cuius exemplum ponit.l.ſi iam facta

11.ff.de cond.& demon.vbi gl.in verb. promiſſas,dicit ſic nominari,quia facile,& frequenter adimpleri contingit,vel ſæpe iterari.Sequitur ibi Odofredus, Albericus, Baldus,& Socin.num.2.Iacobus Culac.lib.14. obſeruat c.2.& antea Azo.in ſumma C. de cond.in ſert.,num.3.

29 Eſt & alia ſpecies conditionis, quæ dicitur conditio Alliciens.hac enim dummodo ſine dolo vti poſſunt homines, quoniã non eſt de iure prohibita,exemplum eius ponit tex.in l.cum donationis ff.de mil.teſtam.& in l.captatorias.eod.per quem Bal.id firmat in d.l.cum donationis n. 2.& poſt antiquos Alberi.Salit.Fulg.Iaſ.& alij, & optimus tex. in l.fi.C.ſi quis aliquem teſta. prohib.& ibi Bal.Dec.in conſ.489.nu. 6. & eſt text. in l. Titio centum.70.§.1.ff.de cond. & demonſtr. qui text. loquitur de inuitatoria ſimilis allicientis de qua ſupra; & de alliciente non nulla tradit Rota diuer.in deciſ. 542. nume. 7.part. 1.& de inuitatoria Doctores in dicto §.Titio centum, Oldrad.conſil. 16.& alij allegati infra cap.8.num.1.& ſequent.Surdus in deciſion.63.& Rota,coram Illuſtriſs. Sabino in tapti fideicommiſſi de 23. Ianuarij. 1604.

30 Et eſt alia conditio, quæ dicitur Reſolutiua, quæ non poteſt dari in inſtitutione hę redis.l.hęreditas ex die.ff.de hęred.inſtitué. l.actus legitimi.ff.de reg. iur. & Rota diuer. dec. 126.nu.2.p.2.& de ea multa adducit Tiraquel.de retract.conuen.1.§.2.gl.1.& vnica nu.74.& ſeq.& in l.ſi vnquam in verb.reuertatur.nu.283.C.de reuocã.don. & infra, qũo cognoſcatur do regulam in 2.p.ca. 1.q. 90. & in ſententijs retro reddit diſpoſitionem conditionalem, vt noueris te excõicatum,niſi ſic feceris,quoniam æquippollet, ſi non,quod ſecus eſt in contractibus l.2. ff. de in diem adiect. quã ad hoc Butrius in c. præterea requiſiti nu.5.de appellationibus.

31 Item eſt & alia ſpecies, quæ dicitur voluntaria, quæ ineſt ex pura ordinatione ipſius teſtatoris,quę non eſt neceſſaria ad actum.l. conditiones extrinſecus,ubi gl.et Bart.ff.de cõd.demon. Mandel.in cõſ.163.nu.8.et ſeq. et in conſ.166.nu.18.et 25.et conſ.169.nu. 9.Rota diuer.deci.433.n. 1.p.1.et de his eſt tex.in l.cũ deq;ff.quan.dies leg.cẽd. et hinc

32 mala tradit Peregrin. de fideicommiſſ. art. 31.nu.22.uer.conditiones autẽ fol. 282.et infra p. 1.c.1.q. 103.nu.3.de qua,et eius differentia à Neceſſaria dicam infra in c.finali huius primæ partis.Eſt & alia ſpecies diſtributiua hoc eſt temporalis,et alia perpetua, de quibus infra c.31 n.12.et p.2.c.1.q.5.et q.47.in fi.et alia ſucceſſiua,de qua per lo.de Ana.in conſ.75.nu.1.uerſ.pręterea Cardin. Mantic.lib.11.art.20.nu.6.

SVMMARIVM.

1 Diuiſio conditionum.
2 Conditionis exiſtẽtis in dãdo,uel non,exẽplũ.
3 Cõditionis exiſtentis in faciẽdo,uel nõ,exẽplũ.
4 Conditionis exiſtentis in euentu,exemplum.
5 Affirmatiuæ conditionis exemplum.
5 Affirmatiua ad tempus limitata poſt tempus inducit negatiuam.
6 Negatiuæ conditionis exemplum.
7 Expreſſę cõditionis exẽplũ et eſt potẽtior tacita
9 Tacita conditio regulariter non impedit tranſmiſſionem legatorum.
10 Tacita cõditio fit ſex modis, & aliquib.nõ impedit trãſmiſſionem legatorũ aliquibus ſic;
11 Tacita conditio, ut plurimum inducitur per relatiua quis, vel qui, & eſt minus potens quam expreſſa.
12 Conditio tacita ſuſpendit actum non quoad effectum tranſmiſſionis.
13 Subſtitutio omnis eſt conditionalis inſtitutio.

Caput Tertium.

1 Diuiſio conditionum triplex oſtẽditur in l.in facto 59.ff. de cond. et demon. quãuis gl. ibi in uerbo quaſi dicat alias multas. Prima aut in dando aut in faciendo, uel econtra,aut in euentu conſiſtit. Secũda aut eſt affirmatiua,aut negatiua. Tertia aut eſt expreſſa,aut tacita,illa facti,hęc iuris conditio appellatur.l.multum intereſt. 21.ff. eod. vbi Alberic.et Bart.ex Dino l.3.de legat. 1. vbi Iaſ.nu.10.l.ſi Titio §.quædam ff.quan. dies leg.ced. Et multam deſerunt d.l.21. ubi Bar.Imol.Socin.ſen.in prin.

2 Conditionis exiſtentis in dando, uel nõ dando exemplum ponit d.l.in facto cum gl. magna in fine,et l.ſi fundus.13.et l.44.ff.de cond.et demonſtr.et in l.qui hęredi.§. cum hęreditas,ubi omnes eod.

3 Conditionis exiſtentis in faciendo,uel nõ faciendo exemplũ ponit gl.d.l.in facto,et l. Mutianę ubi Alberi.et l.cũ fuerit.ff.eod.Ceph.conſ.118.nu.15.et 16.lib.1.Cõditionis exiſtentis in euentu exemplũ ponit d.gl.magna in verbo Titia,& l.Iulian.85.ubi Bar.et

 Caſtren.

Caſtren.in princ.ff. de condit.& demonſtr.
5 Conditionis affirmatiuæ exemplum ponit
dicta l. in facto ibi, vt quid detur l. cum ſer-
uus,81.ff.de cond.& demonſtr.l.Lucius 82
l.illis libertis.83.l.hæres meus.78.l.ſi ita 58
cum alijs multis ff.eod.Pedemont.dec.145.
nu.4.Sed affirmatiua limitata ad tempus in-
ducit poſt illud tempus negatiuam per alle-
gata infra in 2.par.c.1.quæſt. 106. ſub verſ.
huc pertinent ibi & affirmatiua &c. num.8.
6 Conditionis negatiuæ exemplum ponit
l.Titio fundum.72.& l. mulieri 73. cũ alijs
multis ff.eod.& dicta l.in facto. ibi vel retro
ne detur.& l.71.§.Titius eod. Oldrad. in cõ
ſil.16.nu.3.& vide infra part.2.quæſt.115.
ſub num.9.ver. quia ex diſpoſitionibus, &
in ſpecie de ea in quæſt. 106. per totam, &
Pedemont.prædicta deciſ.nu. 4. Conditio-
7 nis expreſſæ exempla infinira habentur in
Rubr.de cond.& demonſtr.gl.in lege mul-
tum intereſt.in verbo facti.& l.46.§.ſeruo li
bertatem.& l.51.ff. eod. & eſt potentior ta-
cita. Decius ex multis in conſ.570. num. 7.
quæ impedit tranſmiſſionem vt infra part.
2.c.1.q.1. & multũ conformatur cũ extrin-
ſeca,de qua ſupra c. 2. n. 27. ver. extrinſeca.
8 Conditionis tacitæ exempla multa tra-
duntur in rubr.ff.eod.vnum pręcipue tradit
gl.in l.conditiones.98.in verbo tacite, & l.
51.ff. eod.& infra c.28.nu. 1.& 2. & habet
multam conformitatem cum neceſſaria, de
qua ſupra c.2.num.24.& cum intrinſeca de
9 qua ibi in d.c.2 nu.27. Quæ pariter non fa-
cit legata conditionalia. quoad impedien-
dam tranſmiſſionem legatorum dicta l. con
ditiones,& ibi gl. in verbo, conditionalia,
vbi Bart.nu.1, Alberic.in prin.ff.de cond.&
demonſtr.& l.cum illud in fine vbi gloſſ. in
verbo.non eſt.ff.qnando dies legat.ced.& l.
1.§.1.ff.de cond.& demonſtr.& l. in condi-
tionibus.19.§.hęc ſcriptura.ff.eod.vbi Bar.
Et fit vt plurimum per relariuum, Bal. in
10 dicta l.1.numer.1.ff. eo. Et quidẽ tacita cõ-
ditio fit ſex modis.Primo neceſſitate,& hoc
duobus modis. Vel propter naturam rei,vt
ſi dicatur, lego portum Arethuſæ, vel fru-
ctus naſcituros,vt in l.fin.ff.de conditio. &
demonſtr.& in l.Interdum.73.vbi Barto.ff.
de verb. oblig. Vel propter iuris diſpoſitio-
nem. Nam vbi legatur, adeſt tacita condi-
tio.Si hæreditas adeatur.l.hæc verba. 3.vbi
Bart.ff.de legat.1. & l. ſi Titio. 22. §. quæ-
dam.ff.quan.dies leg.ced.Bar.in l.conditio-
nes extrinſecus.nu.1.in princ.ff. de cond.&
demonſtr.quibus modis tacita conditio nõ
impedit tranſmiſſionem legati, quamuis le
gatarius mortuus fuerit ante eius euentum
iuribus ſupra allegatis & l.hęredis aditio 7.
§.tractari.ff.quan.dies leg. ced. Nec facit a-
ctum conditionale. Rota diuer. deciſ. 576.
nu.2. par.1. Secundo modo tacita conditio
fit cum tacita reſolutione, vt ſi legatum eſt
pure,& adijciatur ſub conditione, nam vi-
detur legatum ſub conditione contraria l.
legatum 24 & l.legata 14.ff.de adimen.leg.
& infra par.1.c.1.quęſt.105.latiſſime,quod
intellige,vt ibi gl.magna, quando legatum
purum fuit vtile, non quando fuit inutile,
quoniam quando inutile, minus debetur
ſub conditione contraria,ut notat etiam ibi
Bart.in princ. & dicta l. 24. §. Pater ortos,
& talis conditio impedit tranſmiſſionem l.
ſi poſt mortem.71.§.ſi pure.ff.de leg.1.& l.
quibus diebus 40.§.quidam.ff. de condi. et
demonſtr. Tertio modo fit tacita conditio
ex repetitione, et hoc duobus modis. Pri-
mo modo ſi conditio apponatur in inſtitu-
tione,quæ ſit in dando conſiſtens, nã uide-
tur tacite repetita in ſubſtitutione, alias nõ
l.ſub conditione 73. ff. de hæred. inſtituen.
Secundo modo ſi ſit appoſira in inſtitutio-
ne, tacite uidetur repetita in ſubſtitutione,
vt l.licet.77.ff.de lég.1.et l.cum Pater §. ab
inſtituto,ubi Bart.et l. Latinus 85.ff. de le-
gat.2.et infra par.2.quæſt.11.cap.1.in prin.
Quarto fit tacita conditio ex ſubauditione
legis.l.4.et ſequent.ff.de ann.leg.Quinto ex
præſumptione.l.vbi pure in prin.ff.ad S.C.
Trebel.et l.filliam ff.dę aur.et argen. legat.
Sexto fit tacita conditio ex qualitate lega-
ti,quod confirmatur primo modo,et expo-
nitur infra part.2.c.1.quæſt.6.num. 4.et de
repetitione in quæſ.12.13.14.15.16.et 17.
11 Quæ quidęm tacita conditio ut plurimum
inducitur per relatiuum quis, uel qui Bart.
in l.Stichum num.1.ff. de leg.1. l. cum con-
cordantibus.ff.de long.temp.pręſcript. glo.
in l.1.ff.de cõd.et demonſtr.Rota in antiqs
de conceſſ.prębẽd.dec. 9.n.3. et in compen
dio meo differentiarum in uerbo cõditio ex
preſſa,et infra in conditione.Si ſine hærede
deceſſerit.c.27.nu.1.et eſt minus potens ex
preſſa Dec.in cõſ.570.n.7.et ſup.n.7.et in-
ducitur et per alia uerba,de quibus inf.p.2.
c.1.q.18.per totã,ubi de materia repetitio-
nis.Quæ oẽs aut ſunt caſuales,uel fortuitæ,
arbitrariæ, ſeu poteſtatiuæ, uel Mixtæ,
Certæ,uel Incertæ,Neceſſariæ Alternatiuæ
ſuſpenden.

ſuſpendentes,extinguentes,intrinſecæ, ſeu
extrinſecæ vt ſupræc.proximo præcedente,
& conſiſtunt,in dando, faciendo, vel econ-
tra, aut in euentu, & ſunt aut Affirmatiuæ,
12 aut Negatiuæ,vt ſupra nume. 1. Et ſuſpen-
dũt actum,ſicuti expreſſæ gl. in l. item quia
§.1.in verbo male agitur. ff. de pactis, quæ
eſt communiter recepta, vt teſtatur Dec. in
conſ.2.num.4.ſequitur Rota diuer. in deci.
47.num.7.par.1.& infra c.7.num.1. uerſic.
& hoc ſiue ſit tacita,ſiue expreſſa, & part.2.
c.1.quæſt. 45.& 46. & quidem non quoad
effectum tranſmiſſionis ſecundum allegata
ſuperius nume.9. ſed quoad alios effectus,
quando ineſt ex volũtate diſponentis, Dec.
vbi ſupra nu. 5.& Rota diuer.in deciſ. 677.
num.5.& 6.par.prima. Cardinalis Manti.in
tract.de coniect.lib. 10.tit. 5. nu. 6. & nu. 1.
& ſequent. multa ad noſtri capitis propoſi-
tum congerit,quæ in ſingulis propoſitioni-
bus poſſunt applicari.
13 Item omnis ſubſtitutio dicitur conditio-
nalis inſtitutio gloſſ. in l. qui liberis. 8. in
verbo pure.ff.de uulgar.& pupil.Peregri.de
fideicom.artic.15.num.10.

S V M M A R I V M.

1 *Species conditionum duæ.*
2 *Approbatarum conditionum ſpecies multæ ſed quatuor magis ac probat*
3 *Dies incertus,prima.*
4 *Modus,ſecunda.*
5 *Demonſtratio,tertia.*
6 *Si quis acceptis centum hæreditatem reſtitue re ſit rogatus quarta.*

Caput Quartum.

1 SPecies enim conditionum duę ſunt. Pri-
mæ Approbatæ, ſecundæ Reprobatæ.
2 Approbatarũ conditionũ quędã conſiſtũt,
aut in dãdo,aut in faciẽdo,vel retro, aut in
euẽtu,& quæ ſunt,aut Affirmatiuæ, aut Ne
gatiuæ,aut Expreſſę,aut Tacitę, vel alias fa
cti,vel iuris,vt ſupra in quolibet earum exẽ
plo: multæ ſunt ſpecies,ſed quatuor magis
approbatę, quæ hic in exemplis proponun-
tur, ſub quibus omnes fere aliæ continen-
tur, & ab eis deriuantur, vt recte intuenti-
bus patebit, & poſſunt ſpecies ſubalternæ
aliarum ideo nuncupari.
3 Prima enim ſpecies eſt Dies incertus,
quæ approbatur in l.dies.74.ff.de conditio.
& demonſtr.concordat l.talis 30.§.ſed & ſi
ſub conditione.ff.de leg.1.& l.cum teſtator
8.vbi glo.in verbo.non poſſit.C. de teſtam.
manu.Bar.in dicta l.dies,& in l.hęres meus.
78.ff.de condit.& demonſtr. Crauet. in con
ſil.15.num.3.Iacobus Cuiac.lib. 18. obſer-
uat c.1.Corn.in conſ.160.nu.6.lib.3.Cam-
pegius de dote in quæſt.29.ſub nu.1.& pro
concordantibus Menoch.de præſumpt. lib.
4.præſumpt.201.num.40.& ſequent. quod
ẽt admittit Laurent. de Palat.in tract.quod
ſtantib.maſcul.fęminę non ſuccedunt num.
62. licet fauore filiæ dicat contrarium fuiſ-
ſe conſultum à grauiſſimis viris, quod ſcili-
cet fęminæ licet decedant ſtantibus maſcu-
lis; quod nihilominus tranſmittant ad hęre
des non obſtante conditione pręfata pen-
dente fęminis defunctis & id per tex.in l.ex
his.ff.quando dies leg.ced.& in l. Lucius Sa
turninus.ff.ad Trebel.quem etſi tempus ſta
tuti excludentis ſit incertumq; tamen non
debet haberi pro conditione, ſed pro dila-
tione fauore filię,vt ibi: & quoties tempus
incertum habetur pro dilatione,non indu-
cit conditionem,vt infra cap.5.nu. 5. & in-
4 fra cap.89.nu. 28. Secunda vero ſpecies eſt
modus,quę approbatur in l.1.ff.de his, quæ
ſub modo, vbi Bart. & idem Bart. in l. qui-
bus dies.§.fin.num.1.& ſequen.ff.de condi.
5 & demonſtr. Tertia eſt demonſtratio in fu-
turum concepta, quę approbatur in l. Sti-
chum 6.ff.de legatis.1. vbi Bart. in princip.
& in l.demonſtratio nu.1.in fine ff.de con-
ditionibus,& demonſtr.l. vter ex fratribus.
ff.de conditio.inſtit. Bald.in l.& ſi poſt tres
nu.11.verſ. demonſtratio. ff. ſi quis cautio-
nibus,Odofr.in dicta l.Stichum.6.ibi etiam
Alberic.Bald.Ang.Imola.Caſtrẽ. Alex.Iaſ.
6 Areti.& Alciatus. §.de leg.1.Quarta ſpecies
eſt.Si quis acceptis centum hęreditatem Ti
tio reſtituere ſit rogatus. Hoc enim caſu pe-
rinde habet, ac ſi Titio hæreditas ſit relicta
ſub hac conditione,ſi hęredes centum dede
rit quę approbatur in l.à teſtatore.vbi Bart.
num.3.ff.de condit.& demonſtr. de quibus
etiam infra exempla ſubijciam, quæ con-
tinentur à cap.8.vſque ad cap.87.quas ſpe-
cialiſſimas, infimas ſeu indiuidua appello
in princ.dicto cap.8.

S V M M A R I V M.

1 *Reprobatarum conditionum ſpecies multæ.*
2 *Cum non facit conditionem.*

3 *Secus quando eſt aduerbium temporis, & ſtat iuxta verbum futuri temporis.*

4 *Demonſtratio vnde pecunia ſit ſumenda ad legatum præſtandum non facit conditionem.*

5 *Prorogatio temporis non facit conditionem.*

6 *Quod ius remittit, non facit conditionem.*

7 *Legitima non recipit conditionẽ limita vtibi.*

8 *Conditio paterna mortis adimpletur, ſi filius alia ratione ſit liberatus.*

9 *In eodem teſtamento ex eadem parte quis pure, & ſub conditione inſtitui non poteſt.*

10 *Pure ex vna parte, ex altera ſub conditione hęres inſtitutus, ex parte pura adiens fit in ſolidum hæres, niſi pro parte conditionali ſit ei facta ſubſtitutio.*

11 *Hæres ſub conditione non poteſt inſtitui is, cui ab inteſtato hæreditas pertinet.*

12 *Conditio alteri adiecta deficiens non nocet ei, cui non eſt adiecta.*

13 *Conditio alio legato, quam quod petitur adiecta, non nocet.*

14 *Conditio ſpecialiter non expreſſa ſi ſub conditione ſit legatum, vel hæres inſtitutus non nocet.*

15 *Cõditio hærede codicillis iſtituto adijci nõ põt.*

16 *Conditio legato adſcripta adimi non poteſt.*

17 *Conditio quæ ante teſtamentum defecit, adimi non poteſt.*

18 *Conditio in præſens vel præteritum concepta non nocet.*

19 *Conditio impoſſibilis non nocet.*

20 *Impoſſibilis reputatur quæ ſine licentia Principis, vel diſpenſatione Papæ non poteſt impleri.*

21 *Legari non poteſt ſub conditione, ſub qua eſt legatarius hæres inſtitutus.*

22 *Si hæres erit, vel ſi hæreditatem adierit, Meuio decem dato, conditio reprobatur.*

23 *Si ab impubere ſubſtituto ita ſit legatum, ſi intra pubertatem deceſſerit, reprobatur.*

24 *Conditio alicui legato adiecta non nocet legato pure relicto.*

25 *Conditio adimi poteſt.*

26 *Pure facta repetitione de legato conditionali, conditio adimitur.*

27 *Conditio falſa non nocet.*

28 *Conditio adimpletur acceptilatione.*

29 *Lege falcidia conditio adimpletur.*

30 *Ignorantia conditionis non facit deficere legatum conditionale, cuius aditio non fuit adimpleta.*

Turpis conditio, aut contra leges reprobatur.

Iurandi conditio cum remittitur, non remittitur conditionatum.

33 *Conditio. Si inuicem cauiſſent, ſe legata relicta reddituros, ſint hæredes inſtituti, reprobatur.*

34 *Cautio legati ab hærede poteſt exigi, licet ſub contraria conditione ſit legatum relictum.*

35 *Conditio. Si nupſeris, vel non: de iure antiquo reprobatur, de iure nouo valet.*

36 *Falcidia iure antiquo non poteſt prohiberi, iure nouo ſic.*

37 *Mulieri, ſi à legato diuerterit, quod legatum eſt, dabitur abſque eo, quod diuertat.*

38 *Reliquias teſtatoris in mare non projciens, quamuis ita eſſet inſtitutus, tamen hæreditatem habebit.*

39 *Grauatus intra certum tempus aliud dare, ſi antea moriatur, ille nihilominus habebit.*

40 *Verba hæc. Si hæres erit, uel hæreditatem adierit, non faciunt conditionem.*

41 *Interrogatio temporis in gratiam debitoris, non facit conditionem.*

42 *Conditio habetur pro impleta, quando per legatarium non ſtat, quominus impleatur, ſecus in legato relicto alicui, ſi uicerit.*

43 *Conditiones multæ multis de cauſis pro non appoſitis habentur.*

44 *Conditio mixta deficiens quando non facit deſuere diſpoſitionem.*

Caput Quintum.

1 REprobatarum conditionum ſpecies multæ ſunt, in quas ſæpe incidunt homines in eorum diſpoſitionibus, quas non omnes, ſed expreſſe in iure reprobatas numero triginta nouem hic referam.

2 Prima eſt de præpoſitione Cum, quę reprobatur à l.ſi ita. 13.§.ſed & ſi ancilla.ff.de manum.teſtã.ibi enim & ſi dictum ſit, quod ancilla cum filijs ſit libera, erit nihilominus libera, etſi nullos habeat filios, quia ut notatur ibi coniunctum vitioſum, ſiue nullum, non impedit libertatem. concordat l. ſeruo 31.§.1.ff.de ſtatu liber.& l.ſi quis. 18. ff.de leg.1.l.ſi tibl. 10.ff.de leg.3.l. vxorem 39.§. agri plagam.ff.eod.l.Lucius 90.§.quiſquis. ff.de leg.2.& l.ſi cui 52.in princ.ff. de leg.1. Bar.in l.1.num.8.ff.de condit.& demonſtr.

3 Niſi enim ſit aduerbium temporis appoſitũ iuxta verbum tẽporis futuri, quia tunc non eſt differentia inter Si, & Cum. cum vterq; conditionem inducat, Bar.in d.l.1.in fine, ubi allegat l.qui promiſit.ff.de conditio. indeb.& l.quodcũq; §. penul. ff. de uerb.obli. & ibi tradit tres differentias inter dictionem

nem ſi,& dictionem cum.quas vide,& in fine num.9.concludit,quod dictio cum, inducat in caſibus ibi poſitis tacitam conditionem & infra c.89,num.2.

4 Secunda ſpecies eſt,ſi teſtator demōſtrauit,vnde pecunia ad ſoluendum legatũ eſſet ſumenda, quę licet ibi poſtea non inueniatur,legatum nihilominus debetur,quia tale legatum non eſt conditionale,vt eſt text. in l.quidam 99.vbi glo. & Bart. ff. de legat. 1. Tunc enim eſt demonſtratio, vnde pecunia ſine incommodo hęreditatis pōt haberi, vt notatur in tex.ibi Reſpōdi &c.& late Barb. in conſ.80.ſub.nu.2.3.& 4.li.3.Rota in antiquis in dec.11.nu.8.de teſtam. & infra part. 2.c.2.q.1.nu.6.& infra c.91.nu. 11. Surdus deciſ.64.nu.22.dec.104.nu.36.Quod intelge,niſi eſſet in fututum concepta per ea,quę habentur ſupra cap.4.nu.5.

5 Tertia ſpecies eſt, ſi teſtator voluit potius tempus ſolutionis legatarijs prorogare,quā conditionem legato adijcere, quoniam iſta non eſt conditio,ſed prorogatio termini dati hæredi à teſtatore,vt eſt text. notabilis & ibi gl.magna in l.Seius 46.vbi Bart.ff.ad S. C.Trebell.concordat.l.penult.C.quan.dies leg.ced.& l.firmio 26.§.cum ab hæredibus vbi Bart.nu.1.in princ.ff.eod.& in l. ſi cui §. hoc autem num.1.verſ.quandoque.ff. de legat.1.infra.c.22.nu.3.

6 Quarta ſpecies eſt, quam ius remittit,talis enim conditio habetur pro non appoſita & relictũ ſtatim debetur,ac ſi eſſet pure relictum,vt eſt text.in l.ſi poſt.5.§.ſed ſi conditio,vbi glo. in verbo ſtatim,& in verbo impoſſibilis.& Bar.ff.quando dies leg.ced. exēpla ſunt conditio impoſſibilis,contra leges, & bonos mores, de quibus in d. l. ſi poſt.& in dictis gloſis,&ſup.ī c.2.n.4.datur exēpli.

7 Quinta ſpecies eſt, ſi legitima fuerit ſub aliqua conditione relicta. legitima enim nō recipit onus,neq;conditionem.l. quoniā in prioribus 32.ubi gl.Bar.& alij.C.de inoſ.teſtamen.Capic.in deciſ.175.nu.10.Oldra. in conſ.252.nu.8.dicit impoſſibilem,& contra ius naturale, quo eſt introducta. Poteſt tamen ſtante conſuetudine diminui. Rota in nouis deciſ.1.alias 18.nu. 1.de conſuetudine,quia quantitas eſt introducta de iure ciuili,& ideo poteſt contrario ciuili iure diminui, non in totum tolli, quia eſt uariabilis in quanta, in quota, & in modo vt in dicta deciſ.nu.5.de hac ra late Satmien. in ſelect. interpr.lib.1.

Item poteſt alienatio illius ad tēpus prohiberi.Boerius.deciſ.87,nu.6.multos cumulat.Ripa in l.filiusfam.§.Diui.num.28.ff.de leg.1.ſed propoſitio propoſita,quod legitima nullum recipiat grauamen,ampliatur,infertur,limitatur, & latiſſime controuertitur apud Gabriel.libr.6.de legit. concluſ. 1.per totam.Et de conſenſu filij conditiones recipit ſecundum Ripam in reſponſo.50. lib.3. quem Gabr.vbi ſupra num. 55. Nam ſi pater grauato legitimam dixerit quod per approbationem ſui teſtamenti, ſit & grauamē legitimæ approbatum, vtiq;filius tale teſtamentum approbans, approbat etiam legitimæ grauamen late Paris.in conſil.9. libr. 3. per totum & conſ.33.nu.78.eod. lib. Rimi. conſ.31.nu.50.tamen requiritur ſcientia talis teſtamenti,vt per Bal.in conſ.204.ſi Domina lib.4.per notota in l.de his ff.de his ff. de tranſact.& in l.qui Romæ.§. duo fratres, ff.de verborum obliga. quam & nos ſupponimus ex præallegats,-& approbatio in omnibus, & per omnia ut dicit Ruin.in conſil. 56.num.11.libr.2.ſequitur Gabr. vbi ſupra concluſ.vlt.num.13.

21 Decimaoctaua ſpecies eſt. Si ſub eadem conditione legatum ſit relictum, ſub qua hæres eſt inſtitutus. Pomponius enim putat,perinde huius legati diem cedere,atque ſi pure relictum eſſet.l. ſi dies. 21.§. fin. ff. quan.dies leg.ced.l.aliquando.105.vbi glo. magna,& ſequentes,& Bart.ff.de condit.& demonſtr.& l.hæredis.7.§.tractari,ubi Bar. ff.quand.dies leg.ced.

22 Decimanona ſpecies eſt. Si ita legatum ſit, ſi hæres erit, vel ſi hæres hæreditatem adierit, Meuio decem dato, pro non ſcripta enim habetur talis conditio, vt omnimodo ad hæredem Meuij legatum tranſeat, etiam ſi ante aditam hæreditatem Meuius deceſſerit.l.ſi Titio 22.§.quędam.ff.quand.dies legat.ced.l.ſi dies.21.in fine.ff.eod.l.aliquando.105.vbi gloſſ.& Bart.ff. de conditio. & demonſtrat.

23 Vigeſima ſpecies eſt. Si ab impuberi ſubſtituto ita legatum ſit, ſi intra pubertatem filius deceſſerit, hoc enim caſu antequā impubes deceſſerit dies legati cedit, & ad hęredem ſuum legatum transfert conditione nō obſtante.l.hæredis.7.§.inde dicimus. ff.quan.dies.leg.ced.& l.1.eod. quā ad hoc glo.in d.§.in verbo ſubſtituto,& gloſ. in d. l.1.in verbo Mortuo,& glo.præcedentem, vbi allegatur d.l.hæredis.§.tantundem.

24 Vigeſimaprima ſpecies eſt. Si duabus rebus alternatiue legatis, altera pure, altera ſub conditione ſit legata, hoc enim caſu alterius legati dies ſtatim cedit, hoc eſt pure relicti,& ad hęredes transfertur.l. ſi uſusfructus.14.in princ.& ibi argumentum,vbi gl. in verbo tranſmittet.ff.quan.dies leg. ced.l. ſi penum.24.ibi.& ſi interea.ff.eod.

25 Vigeſimaſecunda ſpecies eſt. Si legatum ſub conditione relictum poſtea ſine conditione ſit repetitum, non videtur repetita cōditio, & debetur legatum æque ac ſi pure relictum.l.ſeruo.116.§.ſi ab impubere ubi gl. in verbo repetita.ff.de leg.1.l.non ad ea.87 ibi ſi prius.ff.de cond.& demonſtr.& l.ſi cui 52.§.ſi à filio impubere, vbi Bar.in princ.ff. de leg.1.& l. ſi fundum.78.§. ſi paterfamilias in fine, vbi Bar.ff.eod.& faciunt quæ ſupra num.16.

26 Vigeſimatertia ſpecies eſt. Si conditio ſit falſa veluti, ſi ſeruus meus, ſi quid Titio debeo, ſoluerit, liber eſto, & teſtator poſt factum teſtamentum pecuniam Titio ſoluit, ſeruus nihilominus liber erit, licet conditio ſit falſa.l.cum tale.71.§. falſam conditionem, ubi glo.in verbo dixerunt. in fine, & in verbo defeciſſe ff.de condit.& demonſtrat. quod ſecus eſſet, ſi eſſet falſa ab initio, vt quia nihil debebat Titio, nec ideo ex poſt facto ſoluit, quia talis conditio vitiat legatum, ſecundum prædictam gloſſ. in verbo, dixerunt in prin.& id verbo, defeciſſe, vbi etiam Bart.

27 Vigeſimaquarta ſpecies eſt. Si cum is, cui legatarius dare iuſſus eſt, legatario certam quantitatem debuiſſet, & legatarius ei conditionis implendæ cauſa illud debitum acceptotulit. Nam conditio hoc modo adimpleta non facit deficere legatum, ſed debetur.l.ſi fundum.83.§.Titio vbi glo. & Bart. ff.de leg.1.l.Iulianus.45.vbi glo. & Bart.ff. de condit. & demonſtr. faciunt notata infra par.2.c.1. Vtrum conditio, ſiue modus poſſint per compenſationem impleri. in ordine 40.

28 Vigeſimaquinta ſpecies. Si cum alicui hæreditas eſſet relicta, ſi hæredi certā quantitatem dediſſet, hæres non percepta iſta quantitate lege falcidia ſit uſus, Nam debet quantitate relicta eſſe contentus. l. ſi hæres. 89.ff.ad l.falcidiam. Maxime cum nō ſit minus quarta, vt notat ibi gl.magna & Bar.

29 Vigeſimaſexta ſpecies eſt. Si propter ignorantiam legatarius conditioni intra præſtitutum tempus non paruerit, deficiẽte enim conditione ea de cauſa, non deficit ideo legatum, l. ſi quis. 3. §. fi. vbi gl. & Bartol. ff. ad S.C. Sillan. Afflic. de Redlibitoria deciſio. 73. num. 6.

30 Vigeſimaſeptima ſpecies eſt. Si conditio ſit turpis, aut contra leges, hæ reprobantur l. conditiones. 14. ff. de condit. inſt. l. conditiones. 9. ff. eod. & §. fin. Inſt. de legatis l. vnica §. fin. ff. de his, quæ pœn. nom. l. in conditionibus. 19. § fin. ff. de condit. & demonſtr. l. ſed neque. 8. ff. de vſu, & habit. l. reprehendenda. 5. C. de inſt. & ſubſt. & ſupra nu. 19. & in c. 2. num. 2. 3. 4. & ſequen.

31 Vigeſimaoctaua ſpecies eſt. Si ſub iuris iurandi conditione ſit relictum. Hæc enim non valet, & relictum debetur l. quæ ſub. 8. in princ. vbi glo. Bart. & Bald. ff. de condit. inſt. l. ſi quis inquilinos. 115. §. fin. vbi gloſ. & Bart. ff. de leg. 1. & l. hæc ſcriptura. 26. in prin. vbi gl. & Bar. ff. eod. Sed aduerte, quod ſi iuſſus eſt hæres, uel legatarius iurare ſe facturum, vel daturum aliquid, quod non ſit improbum, tunc iurabit dicta l. quæ ſub. 8. §. quoties. ff. de cond. inſt. & dicta l. hæc ſcriptura in prin. & l. non dubium eſt. §. 1. ff. de leg. 3. Sed in caſibus, in quibus remittitur conditio iurandi, non remittitur conditionatum dicta l. 8. vbi Bald. in princ. & infra cap. 69.

32 Vigeſimanona ſpecies eſt. Si ſub conditione hac. Si inuicem cauiſſent ſe legata relicta reddituros, hæredes ſint inſtituti; hæc enim cõditio eis remittitur, ut eſt caſus. tex. in l. ſi quis ſub conditione. 7. vbi gloſſæ. ff. de condit. inſtit.

33 Trigeſima ſpecies eſt. Si ſub hac conditione. Si cautionem ab hærede legati nomine non exegerit, legatum ſit relictum, tunc enim quamuis exegerit cautionem, tamen non deficit conditio legati, & ideo nihilominus debetur legatum, ut eſt text. & ibi gl. magna, & Bart. in fine ff. vt legat. ſeu fideicom. ſeruan. cauſa cauea. l. Auia. 75. §. fin. vbi glo. ff. eod. & argumento. l. 1. §. fin. ff. quod quiſque iuris in alium.

34 Trigeſimaprima ſpecies eſt. Si ſub hac cõditione ſi nupſerit, vel non nupſerit, ſit legatum; Iſta enim cõditio non ualet, & ſi nupſerit vel nõ nupſerit, nihilominus habebit legatũ. l. quoties. 22. vbi gl. & Bar. ff. de cõd. & demonſtr. l. ſeruo. 65. §. ſi teſtator. vbi gl. & Bart. ff. ad S.C. Trebel. & l. 2. vbi gl. & Salic. C. de indic. vidui. tollend. l. ſed etſi. 60. §. fin. l. cum tale. 70. §. Meuiæ. ff. de condit. & demonſtr. Boerius deciſ. 3. num. 14. Quod verum eſt de iure antiquo, de iure vero nouo approbantur tales conditiones, & ſunt pro conſequendis relictis adimplendæ. Auth. de nuptijs ca. 23. §. quę vero. verſ. Vnde ſancimus. vbi gl. in verbo. quæ vero, & Bar. ibi Azo. in ſumma C. de indict. vidui. tollen. num. 3. & infra de conditione ſi nupſerit c. 8. per totum.

35 Trigeſimaſecunda ſpecies eſt. Si cauerit, ſe lege falcidia non vſurum, ſit alicui relictũ nam iſta conditio de iure antiquo non valet. l. quod. 15. §. 1. ff. ad l. falcid. & §. fin. l. Seius. 27. ff. eod. & l. ſi quis 18. C. eod. & l. ſi vt. 11. C. eod. Iure autem nouo cõditio hęc approbatur. auth. de heredibus, & falcidia c. 1. §. hęc autem dicimus, & §. hinc nobis cura vbi glo. in uerbo hęredem.

36 Trigeſimatertia ſpecies eſt. Si mulieri legatum ſit relictum ſub hac conditione, ſi à marito diuerterit. Nam talis conditio reijcitur, & relictum nihilominus habebit. l. ſed neque 8. vbi gloſ. ff. de ritu, & habit. l. reprehendenda, ubi glo. & Alexan. C. de inſtitut. & ſubſtit.

37 Trigeſimaquarta ſpecies eſt. Si ſub conditione hac. Si reliquias teſtatoris in mare proiecerit, ſit hęres inſtitutus, quia talis cõditio non valet. l. quidam 27. in prin. ubi gl. & Bar. ff. de condit. inſt. Nec ideo fregit Auguſtus legum ueneranda poteſtas; quia iuſſa Vergilij non adimpleuit, quia fecit id lege permittente, iuſſerat enim Vergilius aboleri ſua carmina flãmis, quod erat inhoneſtum exemplo d. l. quidam. 27. conueniunt dict. l. 1. c. 2. num. 6.

38 Trigeſimaquinta ſpecies eſt. Si ita ſit relictum, A te Scio peto, ut cum ad annum uigeſimumquintum perueneris, militiam Sticho compares. Hoc enim caſu quamuis Seius ad uigeſimumquintum annum non peruenerit, ſed antea mortuus ſit, nihilominus legatum debetur. l. libertis. 18. §. ab hęredibus, ubi gl. & Bar. ff. de alimen. et cibar. legatis. faciunt allegata ſupra ſub. num. 5.

39 Trigeſimaſexta ſpecies eſt. Si ita quis ſit rogatus. Si hæres erit, uel hęreditatem adierit. Talia enim uerba non faciunt conditionem. l. ſi Titio. 22. §. quędam. ff. quand. dies leg. ced.

40 Trigeſimaſeptima ſpecies. Si ſolutionis tantum

tantum cauſa in gratiam debitoris tempus, uel conditio ſit adiecta, quia non ualet per allegata ſupra numero quinto, & numero trigeſimooctauo, quæ eſt eadem in effectu.

41 Trigeſimaoctaua ſpecies eſt, ſi cum alicuius arbitratu quid conditionis implendæ cauſa dandum, vel faciendum eſſet, is vel arbitrari nolit, vel non poſſit, aut antea mortuus ſit, nam conditionis huius defectu non obſtante erit dandum, vel faciendum. l. mulcta. 6. in princip. ubi gloſſ. & Bart. ff. de condition. & demonſtration. & l. filiæ 28. in princ. ubi gloſſ. & Bar. ff. eo. et l. cum tale. 71. §. ſi arbitratu. ubi gl. et Bar. ff. eod. & l. turpia. 57. §. ſi Titiæ, ubi gloſſ. et Bartol. ff. de legat. prima, & l. ſi duobus. tertio. §. ſed & ſi quis ubi gloſſ. et Bartol. C. commu. de legatis. Cuius ſpecies ſimilis eſt. Si per legatarium non ſtat, quominus conditio impleatur, quo caſu habetur pro non apposita. l. in omnibus. 39. ff. de regulis iuris. et l. 1. C. de his, quæ ſub modo, & l. inter. 23. §. fin. ff. de conditio. inſtit. et l. cum filius. 78. §. non iure. ff. de legat. ſecunda, et l. mulier. 20. in princip. ff. de conditio. inſtit. et l. quibus diebus. 39. ff. de condition. et demonſtration. et l. quæſitum. §. fin. eodem. et l. cum pupillus. 76. ff. eodem. et infra capit. 6. numer. 14. cum alijs multis, Quod ſecus eſt in caſu legati relicti alicui ſub conditione, ſi uicerit, quia licet per eum non ſteterit, tamen non habebit legatum, niſi uicerit. l. in executione §. fin. ff. de uerburum obligationib. et Baldus in l. 1. num. 21. C. de inſtitut. et ſubſtitut. et infra capit. 51.

42 Sunt et aliæ multæ conditiones, quæ uarijs de cauſis reprobantur, et habentur pro non appoſitis tanquam contra generales regulas appoſitæ. l. 1. et l. ſi filius. ff. de conditio. inſtit. Cacher. in deciſion. 126. nu. 3, quæ ideo reprobantur, quas quiſque prudens cognoſcere poterit.

43 Trigeſimanona ſpecies eſt conditio mixta, quæ caſu fortuito deficiens, fauore piæ cauſæ non facit deficere diſpoſitionem Roman. ſing. 284. Quod ſecus eſt in contractibus, quando ſtat per eum, cui eſt adimplenda, ut per Iaſ. in l. 1. C. de inſtit. et ſubſtitut. et Rota in diuer. deciſi. 677. num. 10. et 11. part. 1.

S V M M M A R I V M.

1 *Approbatarum conditionum ſpecies.*
2 *Impletæ conditiones quæ dicantur.*
3 *Impleta conditione datur actio.*
4 *Conditiones debent impleri in forma ſpecifica. ſiue vna, ſiue plures, niſi ſint alternatiuæ. 2. 4. 28.*
5 *Actus appellatione venit purus.*
5 *Conditio etiam in minimo eſt implenda.*
5 *Conditionem non poteſt implere alius, in cuius perſonam non eſt collata.*
6 *Conditionem alius nomine alterius poteſt implere cum diſtinctione.*
7 *Conditio inducit formam.*
8 *Conditio adimpleta per teſtatorem, non oportet, quod impleatur per legatarium.*
9 *Conditio in indiuiduis ab uno impleta non prodeſt alteri, ſecus eſt in diuiduis. & 10*
11 *Legatarius ſuperſtes etiam in diuiduis mortuo collegatario tenetur adimplere.*
12 *Teſtator poteſt facere, quod uterq; adimpleat & vnus tantum.*
13 *Alter ſine altero poteſt implere, ſi teſtator dixerit vterque.*
14 *Dando uni cum ſit dandum duobus, conditio, non eſt adimpleta, niſi per grauatum ſtet.*
15 *Dando alteri, quam cui dare iuſſus eſt, non implet conditionem.*
16 *Iuſſus dare hæredi, dando poſſeſſori bonorum contra tabulas implet conditionem, & dando hæredi eius, cui dare iuſſus eſt, niſi ſit prohibitum.*
17 *Dando tutori, uel curatori, niſi ſit fraus impletur conditio.*
18 *Dando Domino ſerui, cui libertas eſt relicta cum legato, adimpletur conditio.*
19 *Conditionem quis non implet dando hæredi, cui hæreditas per bonorum poſſeſſionem contra tabulas eſt euicta.*
20 *Conditionem alienandi non implet quis alienando alicui ex familia, uel corpore.*
21 *Conditionem pro parte adimplere non ſufficit.*
22 *Pluribus ſub una conditione diuidua relictam pro parte adimplenti debetur.*

23 *Conditio deficiens ob mortem illius, cui quis dare iuſſus eſt, non facit deficere legatum.*

24 *Diminuto legato, conditio ſub qua eſt relictũ, pro rata diminuitur.*

25 *Diminuto legato per legem ſalcidiam, non diminuitur conditio.*

26 *Hæres, cui aliquid ſub conditione prælegatum pro ea parte, pro qua eſt hæres, conditionem adimplere non cogitur.*

27 *Minus dare per errorem, quam dare deberes pro adimplemento alicuius conditionis, ſi poſtea reliqua dabit, conditio eſt adimpleta, & habebis relictum.*

28 *Pluribus ſub conditionibus alicui relictum, is non habebit, niſi omnibus conditionibus impletis.*

29 *Disiunctim conditionibus adſcriptis unam ſufficit adimplere.*

30 *Diuerſarum conditionum nouiſsima eſt adimplenda.*

31 *Conditio leuiſsima in libertate ſub diuerſis conditionibus relicta eſt ſpectanda.*

32 *Conditio leuiſsima dicitur, quæ eſt commodior.*

33 *Libertas ſub diuerſis conditionibus relicta per fideicommiſſum non debetur, niſi conditionibus adimpletis.*

34 *Coniunctim ſub diuerſis conditionibus libertas relicta non debetur, niſi omnibus impletis.*

35 *Negatiuæ conditiones coniunctim poſitæ, reſoluuntur in copulatiua, & omnes implendæ ſunt.*

36 *Poſsibilis una, & altera impoſsibilis quomodocunque appoſita, poſsibilem ſufficit implere.*

37 *Si Titius, & Meuius ſine liberis deceſſerit ſint honorati, legatum debetur, quamuis primus deceſſerit liberis relictis.*

38 *Una ex duabus rebus relictis, ſi meæ erunt, cum moriar, quæ tunc ſit mea debetur, quãuis altera mea non ſit.*

39 *Inſtitutus pluribus inſtitutionibus ſub diuerſis conditionibus ſufficit, quod unam impleat.*

40 *Conditio eſt eo modo, quo voluit teſtator, implenda.*

41 *Legatum ſeruo in teſtamento relictum, ſi liber erit, ei dabitur, ſi teſtator eum manumiſerit.*

42 *Inſtitutus ſub conditione, ſi Titius hæres erit, fit nihilominus hæres, Titio coacto hæreditatem adire.*

43 *Conditio, ſi quis morte Patris ſui iuris efficiatur, eſt impleta, ſi per emancipationem efficiatur ſui iuris, & econuerſo. & 44*

45 *Arbitrio alterius aliquid facere grauatus non poteſt facere arbitrio ſuo.*

46 *Conditio debet impleri data opera, non caſu.*

47 *Inutiliter, & illegitime factum habetur pro infecto.*

48 *Inutiliter ab initio geſtum ex poſt facto conualeſcit.*

49 *Inutiliter factum, utiliter rurſus fieri poteſt.*

50 *Inutiliter, & illegitime factum non habetur pro infecto in caſu. l. cum filius §. non iure. ff. de leg. 2.*

51 *Conditio impleta viuo teſtatore ſufficit pro*
52 *relicto conſequendo ipſo mortuo, quod uerum eſt de conditione difficili, et quæ ſæpius iterari non poteſt.*

53 *Conditio impleta ante teſtamentum, ſi iterum non poſsit impleri, habetur pro impleta. & 54*

55 *Conditio impleta ignorante teſtatore utique habetur pro impleta.*

56 *Conditio eſt tempore debito implenda.*

57 *Tempus debitum cenſetur poſt mortem teſtatoris quam primum.*

58 *Si per alium ſteterit, quamuis debito tempore detur, non nocet dare debenti.*

59 *Tempore finito dare debens, non multo poſt dans videtur definito tempore dare.*

60 *Duo ſub conditionibus inſtituti, is habebit, cuius prior conditio exiſtit, & alius nihil agit, ſi poſtea eius conditio extiterit.*

61 *Legatarius ſoluendo pro adimplemento conditionis id, quod teſtator ipſe antea ſoluit, nihil agit.*

62 *Non ſufficit conditionem adimplere ſi per aliam exceptionem legatum peti non poſſit.*

63 *Conditionem expreſſam non recipiunt legitimi actus, de quibus in l. actus. ff. de regulis iuris.*

Caput

Caput Sextum.

APprobatarum itaq, conditionum ſpe-
1 cies rripartitè diuiduntur; Nam aliæ
ſunt impleræ,aliæ pendentes,alię vero defi-
cientes,de quibus ordinate doctrinam ſub-
ijciam.

2 Impletæ enim dicuntur,ſi factum,vel da
tum ſit, aut euenit id, quod in eis contine-
3 tur, & tunc ex illo actu; puta teſtamento,
contractu, uel alio datur actio,quia puri,&
purificati idem eſt iudicium.l.fin.§. Titius.
vbi late Iaſ.in 2.nota.ff.de vulgar. Mandel.
conſ.106.nu.4.Menoch.in conſ. 106. num.
40 & nu.110.Cephal.conſ.144.nu.37.libr.
1.conſ.272.num. 61.li. 2. vt de teſtamento
eſt tex.in l.vnica §.ſin autem aliquid. C. de
caduc.tollen.& toto tit. ff. de condit. & de-
monſtr.l. Iulianus §.offerri.ff.de actio. emp.
l.cum proponas. la 2. C.de pactis.Caputaq.
deciſ. 338.num.2.& 3.lib.1.& deciſ. 35.nu.
4.lib.2.& in deciſ. 37.num.1.6.& 7.libro 3.
Rolan.in conſ.53.nu.27.lib.1.& de contra-
ctu,& de alio actu vltra præallegata iura eſt
tex.in l.cedere diem.ff.de verb.ſignifi.Alex.
in conſ.119.lib.1.Corneus in conſ.112.nu
mer.4.lib.1.& in conſ.123.in princip.lib.2.
Turrettus.conſ.91.num.14.lib.1.& in con-
ſil.44.num.32.33.& 34.lib.2.Galleſ.ad for
mam Cameræ in 4.par. quæſt.7.& de ui in-
ſtrumenti num,2,fol.108. Surdus in deciſi.
27.nu.5.& 6.

Et id procedit, ſiue vna, ſiue plures ſint
4 conditiones,quoniam omnes ſunt implen-
dæ §.ſi plures conditiones inſtit.de hæredi.
inſt.l.generaliter in princ.C. de inſt.& ſub-
ſtit.l.Lucius la 2.ff.de hered.inſtituen.l. ſi is
qui ducenta.§.vtrum,vbi Barto.& alij ff.de
reb.dub.Maluas conſ.21.num. 7. Monald.
conſ.60.num.18. Viuius deciſ. 346.num.2.
Quod tamen eſt intelligēdum ſi ſint coniū-
ctiuè appoſitæ,non autem alternatiuè,quia
tunc vnam ſufficit implere dicto §. ſi plures
l.ſi hæredi plures ff.de cond.inſt. Socin.iun.
conſ.108.num.35.lib.2.& ſupra cap. 2. nu.
25. Niſi ſint poſitæ alternatiue inter perſo-
nas, quia tunc alternatiua reſoluitur in
copulatiuam dicta l.generaliter.vbi Salicet.
Alex. in princ.& Iacob. de ſancto Georg.
num.1.& ſequen. C. de inſtit. & ſubſtit. &
infra num.28.Signor.conſ.179. nu. 6. De-
cian. conſ. 129.nu.47.libr.3. Et ſunt in for
ma ſpecifica adimplendæ,l.qui hæredi ff.de
cond.& demonſtr.l.Neuius.eod.Decia.con
ſil.64.num.6.lib.2.Puteus deciſ.352.lib. 3.
Rota diuer.deciſ.433.num.2.lib. 1. & infra
cap.88.num.7.

5 Nam appellatione actus venit purus non
conditionalis.l.1.§.biduum ubi gloſ. quan.
appell. ſit. Et actus purus eſt plenior condi-
tionali.l.ſi ita ſcriptum de hæredi.inſtir. Et
actus conditionalis non eſt proprie talis. l.
1.de donat.l. ſi hominem in fine de uſucap.
Et non perficitur niſi conditione impleta.l.
hæc venditio in princ.de contrahen. empt.
Et cæptus etiam fauorabilis non habetur
pro impleto.l. Arethuſa de ſtatu homi.quia
cauſa quantumcunque fauorabilis defectū
formæ non excuſat.l.cum hi §. ſi prætor vbi
glo.in verb.irritam.ff.de tranſac. Guido Pa
pæ conſ.37.num.2. multos cumulat. Moder
ni in commun.opi.loco.7.tit.5.de legatis.c.
22.verſ.conditio debet.lib.3.

Et ex actu conditionali non poteſt agi,
niſi prius conditio impleatur.l. legata. ff. de
cond.& demonſtr. Cephal.conſ. 207.num.
51.lib.2.Rimin.iun.conſ.319.num.59.lib.
4.Turret.conſ.44.nu.32.lib.2.& ceteri ſupe
rius allegati.

Et idem eſt,ſi non ſit adimpleta in quoli
5 bet minimo,quia eſt adimplenda in totum
ſecundum allegata infra in par.2.c.1. quęſt.
23.per totam, & Dec. in cap. de appellatio-
nibus num.3.de appellat.Ceph. conſ. 184.
num.30.lib.4.Hondedeus conſ.78.nu. 25,
& conſ.34.num.8.& conſ.60.nu. 14. Rimi.
iun.conſ.112.nu.107.& ſequen.lib.2.Cro-
tus conſ.52.num.7.& conſ.60.num.21.Bo-
logn.conſ.10.nu.80.Magon. in Lucen. de-
ciſ.21.nu.17.quia vt diximus ſupra, ad hoc
vt poſſit agi ex quolibet conditionali actu,
oportet,quod ſit conditio adimplen. Quę re
gula,vt per ſe veriſſima eſt, & bene in alle-
gatis iuribus probata, ita plures recipit ex-
ceptiones.

5 Prima eſt, nam alius, quam is, in cuius
perſonam eſt collata conditio, conditioni
paruerit.l.à teſtatore 107. ubi gloſ.magna,
& Bart. in princ. ff. de condit. & demonſtr.
l.ſub diuerſis. 50.§.fin.vbi glo.& Bar.nu. 1.
vbi diſtinguit.ff.eod.& l.ab omnibus. 101.
§.in teſtamento ubi glo.& Bar.num.1.& 2.
ff.de leg.1.

6 Quod intellige,niſi forte nomine illius,
in cuius perſonam eſt collata, alius condi-
tionem adimpleuerit. Inſtit. quibus modis
tollit.oblig.in prin.& l.cum ſeruus. 104.vbi

glo.et Bartol. cum diſtinctione, quam facit ibi ff. de uerbor.obligat. et in dicta l.ſub] diuerſis §.fin. num. 1. quod ſcilicet non referat à quo impleatur ad euitandam pœnam, ſed bene refert ad obligationem inducendam, ut ibi per eum, qui allegat pro pœna euitanda text. in l. 2. ff. de condition. et demonſtration. et l.ſi puellam C.ſi mancip. ita fuer. alien. pro obligatione uero inducenda allegat dictam l.cum ſeruus, et l. 2. et infra part. 2. capit. primo, quæſtion. 7. et quæſtio. 8. numer. 2. Quia conditio in illo caſu obligationis inducendæ eſt in forma ſpecifica adimplenda ab ipſo met grauato, ut ibi, et Caputaquen. in deciſion. 150. num. 3. lib. 1. et Puteus in dicta deciſion. 352. lib. 3. et alij allegati ſupra ſub num. 4. Intellige ſecundo niſi conditio ſit caſualis, et ab hærede grauati impleatur, quia ius implendæ caſualis tranſit ad hæredes. §. ex conditionali inſtit. de uerbor. obligat. Ceph. conſ. 118. nu. 24. lib. 1.

7

8 Secunda exceptio eſt, niſi teſtator ipſe, non legatarius dederit, nam adimpleta per teſtatorem, non oportet quod adimpleatur per legatarium. l.cum tale. 71. §. falſam conditionem in fine ff. de condition. et demonſtration. et per allegata ſuperius cap. 5. numer. 26. et intellige, ut infra num. 51. 52. et ſequent.

9 Tertia exceptio eſt, niſi cum plures dare, uel facere deberent, unus tantum, uel non omnes impleuerint, hoc enim caſu cæteris, qui non impleuerint, non prodeſt impleta conditio. l.ſi plures ubi glo. magna. et Bart. C. de conditio. inſertis, ſub num. 4. ubi allegat. l.ſi ita 13. in princip. ubi gloſſ. ff. de manum. teſtam. Nec obeſt ei, qui conditioni paruerit, quod in alterius perſona conditio defecerit exemplo l.qui concubinam 29 §.ſi Sticchus, vbi glo. ff. de leg. tertio. l. falſa. 32. §. fin. ff. de condit. & demonſtrat. l. 2. §. fin. ff. de condit. inſt. & dicta l. ſi ita. §. quæſtio. & l.hoc articulo 29. ff. de hæredibus inſtituen. Modo impleuerit in ſolidum alias non. l.tales. 3. vbi gloſſ. & Bart. ff. de condit. & demonſtration. & dicta l.ſi ita in princip. & l.ſi quis. §.ſi duo. ff. de ſtatu liber.

10 Quod intellige locum hærede in ijs, quæ diuidi non poſſunt ſecundum diſtinctionem. Bartol. in dicta l.ſi plures. numer. 1. & 2. & Cyn. ante eum. In ijs vero, quæ diuidi poſſunt, etiam vnus ſine altero cõditionem implendo pro parte admittitur ad legatum. dicta l.ſi ita 5. quæſtio. ibi, & rectiſſime, vbi gloſſ. & l.ſi quis legata. 53. §. fin. vbi gloſſ. ff de condition. & demonſtration. l.cui fundus. 54. §. diſſimilis. ff. eod. & l. qui hæredi. 43. §. ſi duorum. cod. & l.ſi legato. 11. §. 1. ff. de manu. teſtam. & l.cui vſusfructus. 30. in princip. ff. de vſufruc. legato. Cyni in dicta l.ſi plures num. 1. verſ. expediti, & Bat. in fine & infra part. 2. cap. 1. quæſtion. 21. & 22. & ante Azo. in ſumma de conditio. inſertis num. 12.

11 Si vero vnus ex grauatis conditione diuiſibili deceſſerit, tunc ſuperſtes, vt agere poſſit, tenetur adimplere conditionem in totum, dicta l.cui fundum. 54. in fine, vbi gl. in verbo ex accidenti ff. de conditio. & demonſtr.

12 Et aduerte, quod etiam in diuiduis vnus ſine altero facere poteſt, vt ſupra numer. 10. dictum eſt, & admittitur; Niſi teſtator voluerit vtrumque grauatum facere, tunc enim alter ſine altero faciens, quamuis in ſolidum ad partem legati, nec ad legatum totum admittitur. dicta l.ſi ita in princip. ibi. niſi aliud expreſſerit teſtator, & in §. item quæri poreſt. vbi glo. & Bartol. Cyn. in dicta l.ſi plures in fine princip. & Bartol. ſub num. 4.

13 Quod quidem non habet locum, ſi teſtator dixerit, ſi vterque fecerit, non addito, ſi alter ſine altero fecerit exemplo l. Pater familiaſ. 44. vbi gloſſ. & Bartol. ff. de hæred. inſtituen. quæ loquitur in inſtitutione hæredum, quæ vt in aliquo verificetur, eſt facienda interpretatio ut ibi. Si vero teſtator voluerit, vt vno faciente, alter quoque ad legatum admittatur per vnum adimpleta conditione, etiam alij, qui non impleuerunt admittantur, dicto §. item quæri poteſt vbi gl. & Bartol. Cyn. in dicta l. ſi plures in fine princip. & Bartol. ſub nume. 4. & infra part. 2. capir. 1. Quæſt. ſi plures ſub vna conditione ſint inſtituti, vtrum omnes teneantur implere, quæ eſt in ordine 22. & infra numero 22.

14 Quarta exceptio eſt. Niſi cum duobus cõditionis implendæ cauſa dandum eſſet, uni tantum datum ſit. l.tales. 110. in princ. vbi glo. & Bar. in princ. ff. de cond. & demonſtr. & l.qui duobus. 25. in fine, vbi glo. & Bart. in princip. ff. eod. Quod verum eſt, niſi unus repudiauerit, vel mortuus fuerit iuribus præallegatis, & ſupra cap. 5. nu. 42. & infra hoc eod. cap. num. 23.

Quinta

15 Quinta exceptio eſt. Niſi alij, quam cui
dare iuſſus eſt, grauatus dederit. l. inuito.
12. vbi gloſſ. & Bald. C. de ſolutionibus. l.
ſoluendo. 41. vbi gloſſ. & Bartol. ff. de neg.
geſtis. & l. qui hominem. 34. §. ſi nulla, vbi
gl. & Paul. de Caſtr. ff. de ſoluti. & l. debitor.
19. vbi gloſ. & Bart. ff. de compenſat. & l. ſi
actione 19. in fine, vbi gl. & Bal. C. de ſolu.

16 Quod verum eſt, niſi iuſſus dare hære-
di, ei dedit qui bonorum poſſeſſionem con-
tra tabulas accepit. l. is qui. 15. §. fin. vbi glo.
& Bartol. ff. de leg. præſtan. contra tabulas,
& infra num. 19. Vel niſi hæredi eius, cui da-
re iuſſus eſt, dederit. l. ſub diuerſis. 50. §. fin.
vbi gloſſ. & Bart. ff. de conditio. & demon-
ſtrat. l. cum ita. 93. §. fin. vbi gl. ff. eod. Quod
ſecus eſt, ſi expreſſe non hæredi, ſed Titio
dare iuſſus ſit, tunc enim dando hæredi Ti-
tij non implet conditionem dicta l. 93. in
princip. Et hoc niſi tempore mortis Titij is,
qui dare debuit, pecuniam in conditione cō
prehenſam habuerit, ſi ſtatu liber ſit, ſecus
in alijs legatarijs dicta l. 93. §. ſane, vel niſi
non ſimpliciter Titio, ſed Titio hæredi iuſ-
ſus ſit dare d. l. 93. §. fin.

Aduerte tamen, quod alij, quam cui dare
17 iuſſus eſt, poteſt grauatus dare, puta tuto-
ri, & curatori illius nomine, & ſic adimple-
bit. l. fundus. 13. vbi gl. & Bar. ff. de cond. &
demō. l. Stichum. 95. §. vſumfructum ibi, ſi-
cuti, vbi glo. in verbo recipi poteſt. & Bart.
ff. de ſolutionibus. Cyn. in l. ſi plures, num.
4. C. de condit. inſert. Quod non eſt verum,
ſi colluſio facta ſit cum tutore in fraudem
pupilli, vel ſi datum ſit curatori Adulti. l.
qui filium 22. in princip. vbi gloſſ. & Barto.
ff. de manum. teſtamento. & l. Lucius 53.
vbi gloſſ. & Bartol. ff. eod. & latiſſime Sur-
dus in deciſ. 229. nū. 7. & 34. & per totum.
quod autem innuit Azo. in ſumma C. de
conditio. inſertis. num. 10. Vel ſi pecunia da
ta in rem pupilli uerſa non ſit dicto §. uſum-
fructum, ibi, id itaque recipi, ubi glo. in uer-
bo, recipi poteſt. Huic ultimo dicto contra-
dicat text. in l. quem filium ff. de manu. te-
ſtam. ubi dicitur quod implendæ conditio-
nis gratia ſufficiat, quod detur tutori; id
quod dandum eſt. Nec exigitur quod pe-
cunia data ſit uerſa in rem pupilli: & ita tex.
illum intellexit Emanuel à Coſta in l. Gal-
lus. §. & quid ſi tantum in 5. parte. numer.
24. & 25. & ita etiam explicauit text. in di-
cta l. ſi fundus. ff. de condition. & demon-
ſtration. idem Coſta ubi ſupra num. 22. ubi
materiam hanc aggreditur. & infra capit.
19. numer. 4. uerſ. Item uerum niſi tutori.
Et ratio eſt, quia minor habet tutorem obli-
gatum ad rationem reddendum de habitis,
& receptis, quæ non uertit in rem pupilli,
contra quem ages, ut pet. accepta pro im-
plemento conditionis reſtituat. l. 1. §. offi-
cio. & toto titul. ff. de tutelis. & rationibus
diſtrahendis. Niſi expreſſe loqueretur de
perſona pupilli, ut declarat Socin. in dicta l.
ſi fundus num. 2. in fine & per totum ff. de
condition. & demonſtration. Surdus d. dec.
229. cum alijs ſupra adductis.

18 Item non habet locum exceptio propo-
ſita, ſi datum ſit domino eius, cui libertas eſt
cum legato relicta, quia hoc caſu eſt condi-
tio impleta. l. qui hæredi. 44. §. ſtatu liber.
ubi gloſſ. & Bartol. ff. de condition. & de-
monſtration. et dicta l. Sticchum. 93. §. u-
ſumfructum, ibi, cæterum. ff. de ſolutioni-
bus.

19 Sexta exceptio eſt. Niſi per contra tabu-
las bonorum poſſeſſionem hæreditate eui-
cta, non ei, qui hæreditatem euicit, datum
ſit. l. is qui. 15. §. fin. ff. de legat. præſtan. & ſu
pra num. 16. Quod uerum eſt, niſi pro parte
hæreditas pro contra tabulas poſſeſſionem
hæredi ſit euicta, hoc enim caſu pro parte
hæredi, et pro parte euincenti dandum eſt,
et ſic adimpletur. l. ſi is. 4. in princip. ff. de
condition. et demonſtration. ubi gloſſ. ma-
gna. et l. 1. ff. de leg. prēſtan. bono. poſſeſ. con
tra tabulas.

20 Septima exceptio eſt. Niſi cum ſub con-
ditione hac. Si Titius alienauerit legatum
eſſet, Titius non extraneo, ſed alicui ex fa-
milia, uel corpore alienauit, hoc enim caſu
non impletur conditio alienandi. l. Pater fi-
lium 36. §. quindecim. ff. de legatione ter-
tia.

21 Octaua ſpecies eſt, niſi pro parte tantū im-
pleta ſit conditio. l. cui fundus. 55. in prin-
cip. ubi gloſſ. et Bart. ff. de condition. et de-
monſtration. l. ſi ex maiore. 7. C. de except.
ubi glo. et l. ſi quis. 46. ff. de ſolut. et liberat.
exemplum eſt etiam in l. huiuſmodi. 86. §. ſi
ita legatum. ff. de leg. 1. et infra par. 2. cap. 1.
quæſt. 23.

22 Quod uerum eſt, niſi duobus ſub condi-
tione ſit legatum d. l. cui fundus, ibi, diſſimi
milis eſt cauſa, ubi glo. et Bar. hoc enim caſu
etiam unus pro una parte conditioni pa-
rendo implet, et petere poteſt legatum ſu-
pra numer. 10. et infra parte 2. capit. primo.

Quęſt.

Digitized by Google

Quæſt. ſi plures ſub vna conditione ſint in-
ſtituti, vtrum omnes teneantur adimplere?
23 quæ eſt in ordine 22. Et niſi duobus dare
iuſſus ſit, alter antequam mora dandi ſit fa-
cta deceſſerit l. qui duobus. 23. vbi glo. Bar.
ff. de cond. et demonſtr. et l. tales. 3. in princ.
vbi gl. et Bar. ff. eod. et ſupra c. 5. num. 42. et
hoc eod. cap. nu. 14.

24 Item legatarius ſolidum legatum capere
non poſſit, tunc enim proportione minui-
tur etiam id, quod conditionis implendæ
cauſa eſt dandum. l. ei qui. 20. vbi gl. & Bar.
ff. de mort. cauſ. donat. l. Plautius 43. §. item
ſcinditur, ubi glo. & Bar. qui dat diſtinctio-
nem. ff. de cond. & demonſtr. & infra par. 2.
c. 1. quæſt. vtrum diminuto legato per falci-
diam vel alio modo ſub conditione, vel ſub
modo relicto diminuatur onus pro rata di-
minuti legati in ordine 24. Et hoc quauis
de cauſa diminuatur legatum dicta l. Plau-
tius, & l. qui hæredi 44. §. ſi pars, vbi gloſ. &
Bart. ff. de cond. & demonſtrat. & in quæſt.
25 prædicta. Dum modo legatum non ſit
per falcid. diminutum dicta l. Plautius ibi di
uerſum eſt. vbi gloſ. & Bart. Quod intellige
ut in d. quæſt. num. 5.

26 Item eſt vera exceptio prædicta. Niſi hę-
redi ſub conditione dandi aliquid ſit pręle-
gatum, hic enim pro ea parte, pro qua eſt hę
res, conditionem implere non cogitur dicta
l. 44. Plautius vbi glo. & Bar. l. ab omnibus.
107. §. item ſi iuſſus ff. de lega. 1. quia pro ea
parte. pro qua eſt hęres legatum non conſi-
ſtit dicta l. §. ſi actio, Quod verum eſt, niſi
non prælegatum ſit, ſed hæres ex parte inſti
tutus ſub conditione dicto §. Plautius.

27 Item eſt prędicta exceptio uera, niſi per
errorem, & imprudentiam minus dederit le
gatarius, quam deberet pro legato conſe-
quendo, & poſtea reliquũ dedit, tunc enim
dicitur impleuiſſe. l. qui putat 73. in princi.
vbi glo. ff. de acquirend. hære. l. qui duobus
23. ibi niſi alteri quoque & l. quamuis 32.
vbi gloſſ. & Bartol. ff. de conditio. & demon
ſtratio.

28 Nona exceptio eſt, niſi cum ſub plutibus
conditionibus legatũ eſſet, non omnes con-
ditiones ſint impletæ, hoc enim caſu legata
rius, vel vocatus non admittitur §. penul. in
ſtit. de hęred. inſtituen. vbi glo. & l. Codicil-
lis. 34. in princ. ibi item quęritur, vbi glo. &
Bar. ff. de vſufructu legato. l. ſi hæredi. 5. vbi
glo. & Bart. ff. de cond. inſt. l. generaliter C.
de inſtit. & ſubſtit. Signor. de homod. conſ.
179. num. 6. Andreas Gaill. lib. 1. obſeruat.
7. nu. 21. & ſequent. Rom. in conſ. 128. num.
1. Patiſ. in conſ. 72. num. 56. lib. 3. Surdus in
29 deciſ. 135. num. 1. & ſupra num. 4. Quod ve
rum eſt, niſi diſiunctim conditiones ſint ad-
ſcriptæ, tunc enim ſufficit vnam ex ijs imple
tam eſſe. l. cum pupillis. 77. §. fin. vbi glo. &
Bar. ff. de cond. & demonſtr. l. in eo quod. 3.
§. vbi verba, & gloſ. in verbo. vbi ff. de reg.
iur. & iura ſupra pro contraria parte allega-
ta & §. ſi plures. Inſt. de hæred. inſtituen. l. ſi
hæredi plures. ff. de condi. inſt. Azo. in ſum-
ma C. de cond. inſertis nu. 8. hanc diſtinctio
nem amplectitur Guill. vbi ſupra. Rom. in
conſ. 263. in princ. Mandos. ſupra regulis.
reg. 27. quęſt. 22. num. 3. Et verum eſt, niſi
legato ſub diuerſis conditionibus, & in di-
uerſis partibus teſtamenti relicto, nõ ſit im-
pleta nouiſſima conditio, hoc enim caſu nõ
poteſt agi. l. ſi mihi. 12. §. in legatis, ibi, ſed
& ſi ſub. vbi glo. & Bart. ff. de leg. 1. l. ſub di-
uerſis. in princ. vbi glo. in verbo. nouiſſime,
& Bar. ff. de cond. & demonſtr. & l. quod tra
ditum 86. cum duabus ſequent. vbi gloſſ. &
Bar. ff. eod. & l. Tutor. 8. §. in tutoris, vbi gl.
in verbo nouiſſima, & in verbo ſpectanda.
31 ff. eod. Et verum eſt, niſi libertas ſub diuer-
ſis conditionibus ſit relicta, tunc enim non
nouiſſima, ſed leuiſſima conditio eſt ſpectã-
da d. l. ſub diuerſis in princ. & l. 86. cum ſeq.
32 Et leuiſſima dicitur conditio, quæ ipſi ſer-
uo eſt commodior d. l. 86. ibi nouiſſima &c.
vbi glo. & Doct. & l. leuiſſima 35. ff. eod. de
condit. & demonſtr. Quod quidem non eſt
33 verum in duobus caſibus. Primo quando li
bertas relicta ſit fideicommiſſaria, non dire-
cta. l. in liberationibus vbi gl. magna, & gl.
in verbo nouiſſima. ff. de manum. teſtamen-
to. et l. per fideicommiſſum 89. ubi glo. ff. de
34 cond. & demonſtrat. Secundo caſu, quando
libertas ſub pluribus conditionibus coniun
ctim adſcriptis ſit relicta, tunc enim vt agi
poſſit, omnibus eſt parendum. l. quod vulgo
45. vbi gl. magna, & glo. in verbo omnibus.
ff. de manum. teſtamento & ſupra num. 28.
35 Item ſi plures negatiuæ diſiunctim ſint po-
ſitæ, hoc enim caſu diſiunctiua reſoluitur in
copulatiua, et niſi omnes fuerint impletæ,
agi non poteſt. l. Lucius. 85. vbi glo. et Bart.
ff. de hæred. inſtit. l. generaliter. 6. in princ.
vbi glo. Salic. et Alex. C. de inſt. ſub. condit.
fact. et l. ſi is. 14. §. fin. ubi gl. et Bar. ff. de reb.
36 dub. Item non habet locum exceptio prędi
cta, ſi una conditio ſit impoſſibilis, quamuis
enim

enim hæc nõ ſit impleta,tamen ſufficit alias impletas, quamuis omnes coniunctim ſint adſcriptæ.l.ſi Meuia 45.vbi glo.ff.de hęred. inſt.l.mulcta.6.§.ſed Seruius.vbi gl. & Bar. ff.de condit.& demonſtrat.Bar.in l. 1.nu.10 ff.de cond.inſt.

37 Item prædicta exceptio non habet locũ, ſi cum ita legatum eſſet,Si Titius & Meuius ſine liberis deceſſerit; tunc enim quamuis primus deceſſerit liberis relictis, nihilominus debetur legatum. l. hæredes.57. §.cum ita,vbi gloſſ. & Bartol. ff. ad S.C. Trebell.

38 Item non eſt vera exceptio propoſita, ſi ita legatum ſit, illam, & illam rem, ſi meæ erunt,cum moriar,Titio do,lego,& in altera re conditio defecerit,tunc enim nihilominus altera res, quæ teſtatoris eſt tẽpore mortis,debetur.l.falſa.33.§.ſi.vbi gl.in verb.dixiſset, & Bar.ff.de condi.& demon.l.2.§.ſi. vbi gloſſ.& Barto.ff.de conditio.inſt.c. cum iam dudum de præben. & c. ſignificauit de appellat.

39 Item non eſt vera propoſita exceptio. Si idem pluribus inſtitutionibus ſub diuerſis conditionibus hæres ſit inſtitutus,tũc enim ſufficit vnam eſſe impletam.l.ſi te 27. §.fin. vbi gloſ.& Bartol.ff.de hæred.inſtituen.l.ſi plures 17.vbi gloſſ.ff.de condit.inſt.

40 Decima exceptio eſt. Niſi alio modo,vel ex alia cauſa, quam in conditione comprehenſum eſt, vel teſtator voluit, ſit factum, tunc enim non dicitur conditio impleta.l. alumnæ.30.§.fin.vbi gloſ.magna ff. de adimen.legat.& l.ſi quis.44.§.ſi.ff. de manum. teſtamento.& l.Titio 95.in princ.vbi gloſſ. & Bar.ff.de condit.& demonſtr.& l.ſi in teſtamentis.22.in prin.vbi gl.magna.& Bar. ff.ſi quis omiſſa cauſ.teſtam.& l.quod quis. 50.ff.de conditio.indeb.l. Meuius, & l. qui hæredi in princ.ff.de condit.& demonſtr.& in §.fin.Surdus in deciſ.207.numer.2.& in deciſ. 209. num. 3. & ſupra hoc eod. capit. num.4.

41 Et eſt vera propoſita exceptio; Niſi libertate ſeruo, relicta in teſtamento eidem ſit legatum ſub hac conditione, ſi liber erit, & teſtator viuens eum manumiſerit,hoc enim caſu illi nihilominus legatum debetur,quãuis non ex teſtamento liber fiat. l. ſi quis.4. vbi glo.ff.de manum.teſtamento.faciunt allegata ſupra nu.8.& infra num.51. & 52.& ſequent.

42 Item eſt vera. Niſi cum hæres inſtitutus eſſet hęres hoc modo. Si Titius quoque hæres erit, Titius coactus hæreditatem adierit,nihilominus alter ſit hęres.l.ſi ita 19.vbi glo.magna.ff.de cond.inſt.

43 Item eſt vera propoſita exceptio. Niſi cũ alicui legatum eſſet. Si morte Patris ſui iuris efficiatur,ſit per emancipationem ſui iuris effectus, ita enim eſt libertatis conditio impleta.l.fideicommiſſa.11.§.ſi cum ita,vbi gl.& Bar.ff.de leg.3.l.ſi ita.15.vbi gl.& Bartol.ff.quan.dies leg.ced.l.mulier.22.in princip,vbi gl.& Alex.ff.ad S. C.Tsebell. & ſupra c.5.num.8.

44 Item eſt vera propoſita exceptio. Niſi cum alicui legatum eſſet ſub conditione emancipationis,is morte Patris,vel alio modo ſui iuris ſit effectus.l.ſi mater.3.ubi gloſ. Alex.& Salic.C.de inſt.uel ſubſti.l. vltima, vbi gl.& Salic.C.de donatio.Puteus in dec. 252.num.9.lib.2.& infra part.2.c. 1. Quęſt. vtrum conditio poſſit impleri peræquipollens in ordine 41.

45 Item eſt vera propoſita exceptio. Niſi cum mulieri legatum eſset, ſi arbitrio Titij nupſiſset. l. cũm tale. 71.§.ſi arbitratu, ubi gl.& Bar.ff.de cond. & demonſtr.& faciunt allegata ſuperius in c.5.ſub. num. 41. & infra cap.9.

46 Vndecima exceptio eſt. Niſi caſu,non data opera datum,vel factum ſit, hoc enim caſu non dicit impleta conditio.l.2.§. fin. vbi glo.& Bart.ff.de condit.& demonſtr. Quod intellige vt infrà par.2.cap.1. Quæſt.vtrum ſcienter vel fato ſit conditio adimplenda in ordine 39. Et non procedit fauore libertatis per allegata ſupra hoc eod.cap.ſub num. 41.42.43.& 44.

47 Duodecima exceptio eſt.Niſi illegitimè, & inutiliter ſit factum.l.hæc conditio.10.in princ.ibi.ſed enim vbi gloſ. & Bartol. ff.de condit.& demonſtr.l. quod pupillæ 30. ubi glo.magna.ff.quan.dies leg.ced.Paria enim ſunt non facere,ut nulliter facere.l. non putauit §.non quæuis ubi Bart.ff.de bonorum poſſeſ.cõtra tabulas.l.1.§.quod autem, ubi Bald.ff.de offic.præt. Vrbis.l. quotiens. ubi Iaſ.ff.qui ſatiſd.cogan. & eſt text. In l. iuris gentium.§. ſed & ſi fraudandi. ff. de pactis. Surdus in deciſ.51.nu.14.

48 Et eſt uera propoſita exceptio. Niſi id, quod inutiliter geſtum eſt,ex poſt facto conualeſcat dicta l.quod pupillæ,ibi. Non ante ei &c.ubi gl.& l.mulier.20.§. ſi quis ubi gl. & Bar.ff.de cond.inſt.

49 Item eſt uera propoſita exceptio. Niſi poſtea

poſtea rurſus vtiliter factum ſit id, quod antea inutiliter factum erat. dicta l. hæc conditio. 10. in princ. ibi, an tamen, vbi gl. in verbo, Benigne. ff. de condi. & demonſtr. & infra par. 2. quæſt. 54. num. 2. cap. 1.

50 Item vera propoſita exceptio præterquã in caſu l. cum filius 78. §. non iure vbi Bart. ff. de leg. 2.

51 Decimatertia exceptio eſt. Niſi uiuo teſtatore conditio ſit iam impleta. l. ſi iam. 11. §. fin. vbi gloſ. ff. de condit. & demonſtr. l. 2. ubi glo. & Bar. ff. eod. Crauet. in conſil. 167. num. 6. Neuiz. in conſ. 78. num. 6.

52 Quod verũ eſt, niſi conditio non facile impleri, nec ſæpius ab eo, cui eſt impoſita, poſſit iterari. l. ſi ita 67. vbi gl. & Bart. ff. de condit. & demonſtr. l. conditionum 90. ff. eod. l. Publius. 36. in prin. vbi gl. & d. l. hæc condi. in princ. ubi gloſ. & Bartol. & l. ſi vir. 59. vbi gloſ. & Bart. ff. eod. Azo. C. de condit. inſer. num. 3.

53 Decimaquarta exceptio eſt. Niſi ante teſtamentum factum conditio ſit adimpleta d. l. ſi iam in princ. ff. de cond. & demonſtr. d. ſi ita 46. §. fin. ff. de leg. 2. Socin. d. l. ſi ita infra cta. nu. 1. & ſeq.

54 Quod verum eſt. Niſi quod in conditione comprehenſum eſt iterum fieri non poſſit, tunc enim habetur pro impleta, ibi gl. & Bar. & infra par. 2. c. 1. quæſt. 37.

55 Item eſt uera propoſita exceptio. Niſi teſtator ignorauerit, cum teſtamentũ fecit id, quod in conditione cõprehenſum eſt, factũ eſſe tunc enim conditio habetur pro impleta, & legatum pro parte. l. hæc conditio §. ſi. vbi gl. & Bar. ff. de conditio. & demonſtrat. & l. ſi ita 46. vbi gloſſ. & Bartol. ff. de leg. 2.

56 Decimaquinta exceptio eſt. Niſi non debito tempore datum, uel factũm ſit, quod eſt in conditione adſcriptum. l. conditionum. 90. ff. de conditio & demonſtratio. & l. ſi in diem. 45. in princ. ff. eod. & infra part. 2. c. 1. q. 36. nu. 4.

57 Et in conditionibus poteſtatiuis, quæ ſunt in poteſtatem grauati, debitum tempus cenſetur cum primum poſt mortem teſtatoris facere poſſit. l. hæc conditio. 29. ubi glo. & Bar. ff. cod. l. qui poteſt. 134. ff. de reg. iur. l. 1. § item ſi ita. ff. ad l. falcid. l. penult. §. 1. ff. de condit. & demonſtratio. Socin. in l. ſi Titius num. 4. ff. eod. Et id procedit non ſolum in conditionibus poteſtatiuis affirmatiuè conceptis per allegata iura, ſed & etiam in conceptis negatiuè, vt comprobat Emanuel Coſta ſelect. interpr. lib. 1. circa conditio. cap. 24. nu. 9. & 10. quia conſideratur quod ſint poteſtatiuę vt debeãt cum primũ potuerit poſt mortem teſtatoris adimplere d. l. hæc conditio. & alijs præallegatis iuribus Azo. in ſumma C. de condit. inſer. nu. 7. Quod intellige, ubi agitur de relictis particularibus, ſecus eſt, ubi agitur de ſucceſſione vniuerſali, quę quandoque affert incommoda, quia tunc res latius differtur etiam uſque ad extremum uitæ ſpiritum. l. fin. ff. de condit. inſtit. l. ſuus quoque ff. de hæred. inſt. Niſi à iudice tempus conſtituatur. l. ſi quis inſtituatur, ubi glo. ff. eod. Bar. in dicta l. hæc conditio. Bald. in l. ſi plures. num. 33. C. de cond. inſer. Alex. & Dec. in l. 1. in fin. C. de inſt. & ſubſt.

58 Et eſt uera exceptio propoſita, niſi per alium ſteterit quominus grauatus ſuo tempore dederit, uel fecerit. l. ſi Titio. 95. in princ. ubi glo. & Bar. ff. de leg. 1. & l. Lucius. 90. §. quiſquis, ubi glo. & Bar. ff. de leg. 2. & infra c. 8. num. 4. & c. 13. num. 2.

59 Item eſt uera. Niſi non multo poſt elapsũ tempus grauatus det, uel faciat. l. ſi ſeruum. 91. §. ſequitur ubi gloſ. ff. de uerb. obligat. l. continuus. 137. §. item qui inſulam ubi glo. et Barto. ff. eod. l. qui Romæ 122. §. Flauius, ubi gloſ. & Bart. & l. interdum. 73. §. fin. ubi glo & Bart. ff. eod. et infra part. 2. c. 1. quæſt. Vtrum conditio ſit implenda ante, uel poſt poſt mortem teſtatoris? in ordine 37. et in quæſt. Vtrum exiſtentia conditionis conſtituat quem in more, in uerſ. Sed numquid mora poſſit purgari, quæ eſt in ordine 66.

60 Decimaſexta exceptio eſt. Niſi alius ex eadem parte ſub alia conditione fuit inſtitutus, et iſta conditio prior extiterit; tũc enim quamuis conditio, ex qua alius pro eadem parte fuit inſtitutus poſtea extiterit, nihil agitur. l. ſi te. 27. §. ſed ſi. ubi glo. et Bart. ff. de hæred. inſtitu.

61 Decimaſeptima exceptio eſt, niſi cũ ſub hac conditione, Si Titio id, quod teſtator debet, ſoluiſſet, legatum eſſet, et teſtator ipſe poſtea ſoluerit, tunc enim legatarius ſoluendo nihil agit. l. cum tale. 70. ubi gloſſ. et Bar. ff. de cond. et demonſtr.

62 Decimaoctaua exceptio eſt, niſi propter aliam, quam non adimplementi exceptionem legatum peti non poſſit. l. ei qui. 13. ubi gl. magna. ff. de cond. inſt.

Decimanona exceptio eſt, niſi quid contra adimplementum in integrum reſtituatur

tur per allegata infra par.2.cap.1.queſt. 53. num.2.

63 Vigeſima exceptio eſt. Niſi legitimę conditiones ſint legitimis actibus, de quibus in l.actus legitimi.78.ff.de reg.iur.appoſitę. Cum enim illi actus non recipiant conditionem neque diem, per appoſitionem expreſſam diei, & conditionis vitiantur, vt dicit tex.ibi.glo.& poſt alios Dec. & Cagnolus latiſſime,& infra par.2.ca.1.q. 59. & melius in quæſt.112.

SVMMMARIVM.

1 *Conditionem non exiſtere, & deficere differunt.*

2 *Conditio non exiſtens poteſt exiſtere,& deficere,deficiens non vtique.*

3 *Conditiones pendentes quæ dicantur.*

4 *Conditionis pendentia repellit agentem, ſed non diſſoluit actum.*

5 *Siue ſit tacita,ſiue expreſſa.*

6 *Conditione pendente, non dicitur diſpoſitio cōditionalis deducta ineſſe.*

7 *Conditionalis actus conditione nō impleta habetur pro non facto.*

8 *Conditio importat formam,qua non ſeruata actus corruit.*

9 *Conditione pendente nullum ius, eſt parti acquiſitum*

10 *Agens ante euentum conditionis, dicitur male agere.*

11 *Conditione pendente, ceſſat omnis obligatio.*

12 *Conditione non impleta omnis diſpoſitio habetur pro non facta.*

13 *Factum non fuiſſe, vel fuiſſe ſub conditione parificantur.*

14 *Conditionali ex diſpoſitione conditione non impleta,non poteſt quis agere.*

15 *Et ſi implementum non ſequatur in minimo.*

16 *Et non ſequatur, circa qualitates.*

17 *Etſi qualitates non reſpiciant ſubſtantialia.*

18 *Ius dicendi de non implemento, tranſit ad quemcunque etiam ſingularem ſucceſſorē, & implementum eſt probandum per agētē.*

19 *Conditiones deficientes,quæ etiam caſu dicuntur deficere.*

20 *Conditione deficiente, diſpoſitio habetur pro non facta.*

21 *Conditio ſemel defecta,non poteſt reuiuiſcere*

22 *Conditio vbi defecit reſtituitur res cum fructibus.*

23 *Defecta; an dicatur ſi grauatus dixerit nolle implere.*

Caput Septimum.

MOdo de pendentibus, ac deficientibus conditionibus eſt dicendum, & eſt circa eas aduertendum, vltra vulgarem
1 ſenſum, aliud eſſe conditionem non exiſtere, aliud deficere, quemadmodum aliud eſt non deficere, & aliud exiſtere.l. fideicomiſſa.§.ſi cui ita.ff.leg.3.l.ex facto.§.penult. ff. ad Trebell.

2 Nam non exiſtens poteſt, quia pendet, exiſtere,& deficere. Deficiens vero non poteſt amplius exiſtere, & ſemel defecta non reuiuiſcit.l.heredibus in princ.ff.ad Trebel. l.cum vxori.ff.quand.dies leg.ced. l. ſi quis hæredem de inſt.& ſubſtit.Oldrad.conſ. 21 & 141.Dec.conſ.218.num.7.Iaſ. conſi.66. col.5.lib.3.Roland,conſil.59.num. 14.libr. 3.Gabr.lib.4.de fideicommiſ. concluſ. 7.in in prin.& ſi ſub conditione,quæ defecit,ſūt poſiti filij, ſeu deſcendentes, profitendo, quod cenſeantur vocati, deficiet etiam hæc illorum vocatio à conditione, ſub qua ſunt poſiti deriuata; quia vitiato expreſſo,uitiatur & tacitum,quod inde ſequitur l.3.§.qui debet,in fine.ff.de ſeruit.ruſtic.præd.l.ſi ſpōſus.§.ſi maritus. ff. de donat. inter vir. & vxor.& conditio propter defectum facta inutilis non poteſt facere uocationem à ſe deriuam vtilem gloſſ. in l. nullus.C. de decurionibus.lib.10.Io.Andr.ad ſpecul.de teſtamen.in addit. incipi. Occurrit poſt Oldrad. in conſ.177.& 142.Caſtrenſ.219.lib.1. Alex.conſ.1.nu.13.lib.1.Cor.conſ.199.num. 31.lib.2.Socin.conſ.76.lib.7.Rui.conſ.104 col.2.lib.2.conſ.4.lib.13.& 135.lib.3.Pariſ. conſ.74.lib.3.cum Rui.dicto conſ.4. Socin. iun.conſ.169.col.2.lib.2.Natta conſil.667. Alciat.conſ.5.nu.32.lib.4.& 44.lib.9. Crauetta conſ.361.& 363.Cacher.conſ.74. Rimin.ſen.conſ.455.nu.22.lib.3.

3 Pendētes ăt conditiones,& adhuc non exiſtentes dicuntur,ſi adhuc nō ſit factum, aut nō datum, aut non euenerit id, quod in eis continetur,ſed fieri,dari, euenireque poſſe
4 ſperatur,& expectatur; Nam illius pendentia licet repellat uolentes agere, tamen actū non diſſoluit gloſſ.in l.neceſſario §.ſi ita. ff. de peric. & commod. rei vendi. & in l. 1. in principio C. eodem. Late Tiraquellus de

retract.conſang.§.1.gloſ.2.num. 26. Alex. in conſ.40.num.3.lib.5.Pariſ.conſ.1.num. 130.libr.1.Afflict.deciſ.280. per totam, & nu.6.Surdus in conſ.114.nu.28.lib.1.186. num.12.& 268.num.11.lib.2.

Nam ſola conditionum pendentia facit ne quis ex actu conditionali agere poſſit, vt firmant præallegati, quibus addo text. in l. vnica.§.& cum triplici, ubi gloſſ. Bartol.& Bald.in fine C.de caduc.tollend.l.Iulianus, 7.§.ſi in diem.ff.quib ex cauſ.in poſſeſſ.eat. vbi Bartol.l.hoc iure 10. ff. de verbor.obligar.l.Iulianus §.offerri.ff. de actio.emptio. vbi communiter Doctores, Bald. in l. cum teſtamento.4. C. de teſtamen.manu. & in l. ſi quidem.colum.2.C.de exceptio. & in l. ſi cauſam C.de exequt. rei iudic. l. eadem. §. Cato.ff.de verbo.obligat.Bellamer.deciſio. 723.numer. 16. Rota diuer. deciſion. 476. numer.4. parte prima, Surdus deciſion.27. num.5.6.

5 Et hoc ſiue ſit tacita, ſiue expreſſa, quia vtraque actum ſuſpendit. l. item quia §. 1. ff.de pactis,& l.2.§.fin.ff. ſi certum petatur. vbi Iaſ.& Purpur.Felin.in cap. ex parte numer.2.limit.10.de offic. delegat. Ripa in l. in illa.colum.3.ff.de uerbor.obligatio.Corneus in conſ.112.lib.1.Roland. in conſ. 53. num.27.lib.1.Puteus deciſio.317.lib.3. Pedemont.deciſio.49.num. 12. Galles.ad formam cameræ de liquidatione nu. 10. & 11. par.3.fol.128.& in fine tract.num.42. & ad quartum partic.quęſt. 1.num.9.verſ. itaque. Rota diuer.deciſio. 123.num.18.par.1.

6 Et id multis rationibus, quarum prima eſt, quia conditione pendente debitum ex quauis diſpoſitione conditionali, non dicitur ineſſe deductum. l. ſi quis ſub conditione.ff.ſi quis omiſſ.cauſ.teſtam. Doctor. in l. ex facto.ff.ad Trebell. Decia conſ.3. nu. 43. lib.1.Turrettus.conſ.44.nu.9.lib.5. Rolan. conſ.29.nu.16.lib.4.Cephal.conſ. 767. nu. 7.lib.1.Pariſ.conſ. 47.nu.11.lib. 1.Hondedeus conſ.73.nu.102.cum alijs adductis infra in c.88.num.3.

7 Et ſecunda ratio eſt, quia actus conditionalis conditione adhuc pendente,& nō impleta habetur pro non facto. l. pecuniā quā ff.ſi cert.pet.l.neceſſario §.ſi pendente. ff. de peric.& commod.reivend. Ceph.conſ.754. nu. 11. & pro concordantibus Turrettus in conſ.44.nu.10.Gabr.in conſ.72.nu.3. lib.2. Sed differtur ad tempus euenientis conditionis gloſ.in l. Seius Saturninus. in verbo. diem.ff.ad Trebell,& ibi Alex.num. 4. poſt alios,& infra par.2 q.92.nu.6.c.1.& ſi conſiſtat in faciendo dicitur defectu ſtatim atq; quod pręterierit tantum tempus, in quo potuerit impleri l.ſi ita ſtipulatus.ff. de verbo. obliga.l.hæc conditio ſi in capitolium.ff. de condit.& demonſtr. Corn. conſ.207. lib.4. Rui.conſ.13.nu.11.lib.1.Cephal.conſ.118. nu.15.& 16.

8 Tertia ratio eſſe poteſt, quia conditio importat formā, ut infra in multis locis extat firmatum multorum authoritate, quibus addo Iaſ.in l. Gallus.§.quidam.num.2.ff.de liber.& poſthum. Natta in conſ. 430.nu. 19. Tiraquel.de vtroque retract. §.1.gl. 22. nu. 13.Neuizz.conſ.50.nu.14.Hondedeus conſil.60.num.26.Bolognet.conſ.10. num. 14. Beccius conſ.39.num.19.& conſ.58.nu.18. Surdus d.conſ.186.n.18.lib.2. & forma nō ſeruata, actus redditur nullus. Natta vbi ſupra num.16.

9 Quarta ratio eſſe poteſt, quia nullum ius dicitur quæſitum parti conditione pendente. l. ſi quis ſub conditione dandorum.ff.ſi quis omiſ.cauſ.teſtam.Menoch.conſil. 452. nu.42.lib.5.Turret.conſ.67.nu.27.& conſi. 70.nu.35.& conſ.84.nu.13.lib.2.Surdus d. conſil.186.nu.12.lib.2.

10 Quinta ratio eſſe poteſt, quia qui agit ante euētum conditionis, male agere dicitur, & eſt à limine Iudicij repellendus.l.hęc venditio in princ.ff.de contrah. empt. Natta in conſ.269.nu.1.li.2.Guido Papæ deciſ.15.

11 Sexta poteſt eſſe ratio, quia pendente cōditione ceſſat omnis obligatio.c.ſi.de ſponſalibus in ſexto.Gozad.conſ.1.num.40. d.l. neceſſario.§.ſi pendente.ff.de peric. & commod.rei vendi. Bald. in l. ſi prædium. num. 8.C.de ædilit.edicto.Tiraquel.de retrac.cōſang.§.1.gl.2.num.21.Natta conſ.269. nu. 1.lib.2.Menoch.conſ.60.nu.48.libr.1. Surdus.conſil.186.nu.12.Viuius deciſ.359.nu. 3.Ceph.conſ.311.nu.7.Guido deciſ.15.

12 Septima, quæ poteſt adduci, ratio eſt, quia conditione non adimpleta, diſpoſitio omnis habetur pro non facta, per allegata ſuperius. num. 7. quod idem eſt de defectu per eadem iura.Cephal.conſ.17.nu.8.num. 51.lib.1.conſil.30.num.24.conſil.56.num. 11.& 12.conſil.68.numer.14.conſil.97.numer.38.& conſil.114.numer.3.lib.1. de pactis.

13 Octaua poteſt aſſignari ratio, quia parificantur, aliquid non fuiſſe factum, vel fuiſſe

factum

factum ſub conditione ipſa conditione nō impleta.Crauetta conſil. 15.num.3.Socin. iun.conſ.4.num.16.lib.2. & conſ. 83.nu. 6. lib.1.Cephal.conſ.455.num.26.& 497.nu mer.39.& ſequen.Cardin.Mantic.de Coniect.lib.....tit.16.num.26.Hondedeus conſ. 60.num.15.& 78.num.26.lib.1.

14 Nona ratio eſſe poteſt, quia ex quauis cōditionali diſpoſitione quis agere non poteſt,niſi prius impleatur ipſa conditio.l. legata.ff.de condit.& demonſtr.Ceph.conſil. 207.num.51.lib.2.Rimin.iun.conſ.319.nu mer.59.lib.4.Turrettus conſil.44.num. 32. li.2.vulgata.l.cum proponas.la 2.& ibi omnes.C.de pactis.& ſupra cap.3. num.12. & infra par.2.cap.1.quæſt.45. & 46. &c.capite.6.num.3.

15 Et præmiſſa ſunt adeo uera,vt procedāt, & ſi implementum non ſequatur in minimo,Cagnuolus in l.quis maior numer.194. & ſequen.C.de tranſact. Dec.in dicta l. cum proponas.num.5.verſ.4.Gratus in conſ.52. num.1.libr.1.Roland.dicto conſ.53.nu.29. lib.1.Puteus deciſ.340.lib.1.& 357.libr. 3. Caputaquen.deciſio.316.lib.3.Dec.in c.de appellationibus num.3.& ſequen.de appel. Cephal.conſ.184.nu.30.lib.4.Hondedeus. conſ.78.num.25.Surdus conſ. 156.nu. 15. lib.2.Bolognet.conſ.10.nu.80.Crotus conſil.52.num.7.conſ.70.nu.21.Riminald.iun. conſ.112.nu.107.& ſequen.lib.2. Mandel. per tex.in l.cui fundus.ff.de cond.& demonſtrat.in conſ.738.in princ.& 739.num.1. & ſequent.vbi probat habere locum etiam in contractibus.Cephal.conſ.284.num.4.

16 Et non ſequatur circa qualitates Alexan.

17 conſ.119.ſub num.3.lib.1.Etiam quod ſint tales qualitates, quæ ſubſtantialia non reſpiciant. Tiraquel. de exiguis. verſ. 371.

18 Et ius iſtud excipiendi de non adimplemēto tranſit in quemcunq; etiam ſingularem ſucceſſorem,Aretin.in conſ.70.ſub. num.2. verſ.non obſtat &c. Tiraquel. de retract. lignagier.§.8.glo.5.num.8.& id per ſupradictas rationes.Et ideo agens ex teſtamento, ſeu contractu conditionali neceſſe habet probare implementum conditionis Bald.in l.ſi quidem.& l.vlt.ver.extitiſſe. C. de exceptio.l.hoc iure.de verbor.obligatio.l.ita ſtipulatus §. quod ſi ab initio ff.eod. Mandel. conſ.21.Imol.in l.3.§.ſi quis ita. ff.de hæredib. inſtituen. Dec.conſ.585.num.1.Decia. conſ.10.num.28.& ſequent.lib.1.& in conſil.1.nu.25.& ſequent.lib.2.Mandel.in con

ſil.167.num.44.& ibi addentes litera S.

Quod eſt abſolute verum, niſi fuerit de conditionibus reprobatis, de quibus ſupra cap.5.quia iſtæ vel reijciuntur, & uitiantur, vel vitiant ſecundum diſtinctiones, quas facimus infra in part. 2.capit.primo. quæſtio. 93.& 94.de qua ſupra c.2.num. 7.& 8.

19 Deficientes vero conditiones ſunt,ſi defecerit id,quod in eis continetur,vt nō poſſit modo,quo fuit induta exiſtere, & ſi caſu deficiant l.ſi fundum.§.Iulianus.ff.de leg.1. l.Paterfamilias §.Tuſculanus.ff. de legat. 3. l.Lucius, la 2. §.quiſquis.ff.de leg. 2. Alex. in l.1.num.5.& ibi Corneus col. penult. C. de inſt.& ſubſt. Butrius in conſ.48.colum.1 Corneus in conſ.311.num.5.lib.1. vbi allegat Bart.Ang.Imol.& Caſtren. Benintend. deciſ.98.num.3.

20 Et diſpoſitio conditionalis, conditione ipſa deficiente, habetur pro non facta. l. ſi quis ita hæres.ff.de condit.inſti.l.pecuniam ſi certum petat. l.1.de regula Catonian.late Zanchus in l.hæredes mei.§. cum ita in par. 1.num.15.ff.ad Trebel.Pariſ.in conſ. 8. nu. 25.lib.3. cum concordantibus adductis per Cardinalem Mantic.de coniec.li.11.tit. 16. num. 2.Ceph.conſ.197.num. 22.& ſequen. lib.2. Nam conditione deficiente deficit ipſo iure omnis diſpoſitio tam inter viuos, quam in vltima voluntate facta. l. alterius. & l.qui hæredi.§.fin.ff.de condit.& demonſtrat.l.ſi rem.§.omnis.ff.de pignoratio.l.Iulianus.§.offerri.ff.de actio.emp.Laurent.Sylan. de feud. recognit.quæſt.23.ſub num. 1. col.3.verſ. & hoc procedit. & allegata ſuperius. numer. 7. Mandel.conſ.251.num.23. Roland.in conſil.2.num.23.conſ.58.nu.15. & conſil.59.num.7.lib.2.& in conſ. 43.nu. 58.& 59.lib.4.

21 Et conditio ſemel defecta,non poteſt amplius reuiuiſcere per allegata ſuperius in princ.huius cap. cum concordantibus adductis per Surdum in conſil.157.num.19. lib. 2.& Card.Mantic.lib.11.tit.6.nu.6. verſ. & cum ſemel.

22 Et vbi conditio defecit reſtituitur res cū fructibus l.neceſſario. §. quid ſi pendente. ff.de petic.et commod.rei uendi.l.omnia.§. 1.ff.de leg.2.late Tiraquel.in l.ſi unquam in verbo,reuertatur.num.277. C. de reuocan. dona.Surdus in conſ.14.nu.17.lib.1.Quod intellige ut infra part.2.cap.1.quęſt.88.ver.

23 Aut inſtitutioni putæ.num.13. Et an dicatur defectu ſi quis dixerit nolle implere uide

D 2 infra

infra par.2.cap.1.queſt.37.nu.6. Deficiente enim re circa quam verſatur conditio deficit et ipſa condirio, vt notant Doctor. in c. vtrum de condit.appoſit. Rota in nouiſ. deciſ.13.alias.488.vt lite pendente.

SVMMMARIVM.

1 *Metu pœnæ non debet quis inuitari ad obſeruantiam conditionis, ſi nupſerit.*
2 *Lucri ſpe poteſt quis allici ad matrimonium contrahendum.*
3 *Conditio, ſi nupſerit, vel ſi vxorem duxerit, exiſtit, & legatum debetur, ſi nupſerit.*
4 *Conditio ſi nupſerit deficit, ſi non nupſerit, & relicti actio denegatur.*
5 *Ademptio legati ſub conditione, ſi cum certo genere perſonarum nuptias contraxerit, videtur in pœnam.*
6 *Sed non eſt proprie pęna; ſed conditio appoſita rei legatæ.*
7 *Legato ſub conditione ſi nupſerit, dicitur inuitari ad honeſtas nuptias.*
8 *Conditio, ſi nupſerit appoſita legato filiæ relicto in eo, quod excedit legitimam, ſuſtinetur.*
9 *Conditio, ſi nupſerit, reijcitur à legitima, ſicut aliæ conditiones.*
10 *Ademptio ſub conditione, ſi nupſerit indigno, plebeio, vel non ſubdito, valet.*
11 *Nec dicitur ſublata facultas contrahendi, quia cum alia potuit honeſte, & commode contrahere.*
12 *Conditio ſi Titio nupſerit, & Titius ſit indignus, eique inhoneſte ſit nuptura, reijcitur.*
13 *Conditio, ſi nupſerit Titio conſobrino ſuo, uel alio iure Pontificio prohibente reijcitur tanquam turpis.*
14 *Conditio, ſi nupſerit alicui de familia debet intelligi in gradu à iure Canonico permiſſo.*
15 *Et ſi matrimonium Papæ poſsit contrahi.*
16 *Verba teſtamenti intelliguntur ſecundum ius commune, non ſpeciale.*
17 *Conditio, ſi nupſerit alicui de familia, cui de iure nubere poteſt, eſt ſeruanda.*
18 *Conditio, ſi nupſerit alicui, ſi per eum ſtat, non ideo deficit, ſed nihilominus legatum debetur.*
19 *Intellige vtroque viuente.*
20 *Conditionem ſi nupſerit adimplere recuſans, & poſtea conſentiens, an poſsit alter recuſare, & relictum obtinere.*
21 *Conditionem ſufficit momento temporis implere.*
22 *Conditio, cum per grauatum non ſteterit quo minus nupſerit cum illa perſona, habetur pro impleta.*
23 *Conditionem ſufficit quod ſemel habeatur pro impleta.*
24 *Fictio in caſu ficto idem operatur, quod veritas in caſu vero.*
25 *Conditio, ſi nupſerit requirit, quod recuſans non ſolum nolit, ſed quod contradicat, & perſeueret.*
26 *Item teſtamento dicit ſatis eſſe, ſi noluerit.*
27 *Legatarius ſub dicta conditione ſi eſt conſequutus legatum, quia alter recuſauit ipſo poſtea conſentiente nihilominus retinebit, ſecus ſi legatum non eſt conſequutus.*
28 *Mora ad inducendam exceptionem poteſt purgari.*
29 *Conditio nuptiarum intelligitur de primis.*
30 *Mora, cum res non ſit integra, non poteſt purgari.*
31 *Libertas, etiamſi conditio habeatur pro impleta, competit ipſo iure.*
32 *Mora non poteſt purgari, vt quis actionem conſequatur.*
33 *Mora, quod poſsit purgari ad exceptionem conſequendam intelligitur in legato quantitatis, vel alio, ex quo dominium non tranſeat ipſo iure in legatarium.*
34 *Mora vltima nocet quando conditio poteſt quandocunque impleri.*
35 *Intellige hereditate nondum adita.*
36 *Conditio, ſi nupſerit non deficit, ſi is monaſterium ingrediatur, aut clericatum ſuſcipiat.*
37 *Conditio, ſi nupſerit continet etiam matrimonium ſpirituale, & ex ipſo impletur.*
38 *Conditio negatiue, ſi non nupſerit appoſita intelligitur de matrimonio temporali.*
39 *Affirmatiue appoſita continet vtrunque, ſi reſpiciat ſolum perſonam, cui relinquitur.*
40 *Dos dicitur quod offertur monaſterio.*
41 *Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt.*
42 *Odia debent reſtringi, fauores ampliari.*
43 *Conditio affirmatiua, ſi nupſerit reſpiciẽs perſonam tertij non continet matrimonium ſpiritualem.*
44 *Conditio, ſi nupſerit habeat mille, ſi monaſterium fuerit ingreſſa habeat ducenta an valeat.*
45 *Monaſterium contra expreſſam mentem teſtatoris non debet admitti.*
46 *Ingreſsis religionem pauca ſufficiunt.*
47 *Onera matrimonij grauiſsima.*

Mutanda

48 *Mutanda non ſunt, quæ certam legem, & interpretationem habuerunt.*
49 *Vſu in quotidiano quod verſatur, eſt authoritatem legis permittendum.*
50 *Conſuetudo vetus quæ comprobauit, ſunt tolerabilia.*
51 *Intellectus §. ſed & hoc præſenti. Auth. de ſãctiſsimis Epiſcopis.*
52 *Mens clara ex verbis teſtatoris eſt ſeruanda.*
53 *Ius, quod non mutatur, ſtare non prohibetur.*
54 *Intellectus. l. Titiæ ſi non nupſerit.*
55 *Conditio appoſita, pro matrimonio temporali eſt fauorabilis.*
56 *Voluntas teſtatoris, cum aliud legibus non ſit conſtitutum, eſt modis omnibus ſeruanda.*
57 *Fauorabilibus perſonis, & cauſis ita debemus, vt alijs iniuſtitiam non faciamus.*
58 *Eccleſia non patitur aliquid fieri contra iuſtitiam.*
59 *Conſuetudo optima legum interpres, & ab ea non recedendum.*
60 *Vſu quod eſt receptum, eſt argumẽtum, quod ita ſit à iure conſtitutum.*
61 *Praxis vera legum interpres.*
62 *Conſuetudini interpretatiuæ etiam non iuridica eſt ſtandum.*
63 *Bartoli cautela.*
64 *Conditionis ſi nupſerit in defectum, ſi ad redemptionem captiuorum, aut in cauſam pauperum relinquatur, erit ſubſtitutioni locus, & ſi legatarius monaſterium ingrediatur.*
65 *Conditioni, ſi nupſerit Titio, ſi per Virginem non fuerit obſeruata, quia alteri per patrẽ fuit nupta, non ideo Virgo, ex non implemẽto priuabitur legato.*

Caput Octauum.

MVltæ ſunt conditionum ſpecies, quarum exempla ſupra capit. 4. promiſimus, quæ comprehenduntur ſub illis quatuor ſpeciebus ſubalternis, & ideo dicuntur ſpecies ſpeciaſſimæ, quæ infimæ, et indiuiduæ appellantur, quæ quidem quia approbatæ exiſtunt, et impletæ dant ex illo actu puta teſtamento, contractu, vel aliovbi ſunt adſcriptæ rationem; Pendentes vero, ac deficientes eam negant, et aliæ, quæ quia reprobatæ non exiſtunt, et pendentes, ac deficientes actionem non auferant, vt ſupra diximus. Ideo de aliquibus frequentioribus (vt ad indiuidua, & ſpecies ſpecialiſſimas vti promiſimus deſcendamus) infra dicam.

Et primo de conditione, ſi nupſerit, ſi v-
1 xorem duxerit. Nam etſi metu pęnæ ad obſeruantiam conditionis huius non poſſit quis inuitari c. gemma de ſponſalibus. l. Titia. ff. de uer bor. obligation. l. Titio centum. §. 1. vbi poſt alios Emanuel à Coſta. ff. de cõdit. & demonſtr. & infra par. 2. cap. 5. quæſt. 17. Miſſinger. cent. 6. obſeruat. 31. Rota di-
2 uer. deciſ. 433. nu. 2. part. 1. Tamen ſpe lucri poteſt quis allici ad matrimonium contrahendum, dicta l. Titio centum. §. 1. cum ita legatum verſ. videmus. ff. de cond. & demonſtr. l. 2. ff. de inſt. & ſubſt. c. de illis de ſponſalibus c. quicquid. 1. quæſt. 1. Bart. in l. ſi quis in teſtamento circa medium. de condit. inſt. Socin. ſen. in l. obtinuit poſt princ ff. de condit. & demonſtr. Iaſ. in l. 1. num. 4. de inſt. & ſubſt Gratus in conſ. 188. num. 9. lib. 2. Rota diuer. dicta deciſ. 433. nu. 2. par. 1.
3 Et ideo conditio iſta exiſtit, & legatum debetur, ſi nupſerit §. quæ vero. vbi gl. auth. de nupt. excepto caſu l. Pater Seuerinã 100. ff. de cond. & demonſtr. vbi gl. & Bart. num. 1. & l. ſancimus. C. de nuptijs, vbi glo. Bald. & Salicet. Ideſt ſi valide, & effectualiter nupſerit vt per tex. in l. hæc conditio. ff. de condit. & demonſtr. firmat Ceph. in conſ. 312. nu. 62. lib. 3. quia de iure, & de facto eſt conditio implenda, quoties impleri poteſt. Cephalus in conſ. 370. num. 20. & 24. infra part. 2. cap. 3. q. 54. & eſt caſus ſecundum Romanũ in conſ. 131. ſub nu. 2. in d. l. hæc conditio. ff. de condit. & demonſtrat. & in l. quod publicæ. ff. quando dies legati cedat.
4 Et deficit, ſi non nupſerit, & legati actio denegatur. d. l. ſancimus vbi gloſſ. Bald. & Salic.
5 Poteſt etiam teſtator adimere legatum, vel hæreditatẽ ſub conditione, ſi cum certo genere perſonarum nuptias contraxerit, nã & ſi videatur ademptio in pœnam. l. vnica. C. de his, quæ pęn. non. & l. 2. ff. eod. Tamen
6 non eſt proprie pena, cũ nihil auferat, quod ſit propriũ. l. damnũ de dãno infecto, ſed eſt conditio appoſita rei legatæ, quæ datur, & ideo poteſt apponi. l. ob res. §. 1. ff. de pact. do
7 tal. & l. 1. ff. ſol. matri. Et dicitur inuitari ad honeſtas nuptias, vt per Oldrad. in conſil. 16. num. 1. Anchar. in reg. nemo poteſt. de reg. iur. Aret. in l. ſi ita ſtipulatus fuero §. vlt. col. 1. verſ. quotum dictis. de verbor. obliga.

Fulgoſ.

Fulgoſ.conſ.61.Felin.in c.1.nu.19.de ſpon
ſal.Guliel.de Benedic.in c.Rainutius in ver
bis.Cuidam Petro,num.7.& ſeq.de teſtam.
Crauetta conſ.1.num.3. & conſil. 80. num.
11.Roland.de lucro dotis.quęſt.31.num. 9.
8 Et ideo præmiſſa procedunt etiã in id,quod
ſub tali conditione vltra legitimam relin-
quitur. Roland.vbi ſupra, Coſta in l.cum ta-
le §.ſi arbitratu.2.limit.n.3.& 4.quia quod
pertinet. ad reciduum Patrimonij eſt li-
bera diſpoſitio teſtatoris §.1.auth.de trien-
te,& ſemiſſe.l.1.de ſacraſanc.eccleſ.§.aliud
quoque capitulum auth.ut cum de appellat.
cognoſ.
9 Nam à legitima conditio iſta, Si nupſe-
rit,reijcitur,ſicut aliæ conditiones.l.quoniã
in prioribus. C.de inoſ.teſtam. & in ſpecie
Bald.conſ.286.num.4.lib.3.Gabr.lib. 6. de
legat.concl.1.nu.17.Gabr.conſ.131.nu. 14.
& ſupra cap.5.nu.7.
10 Et non dubitatur ademptionem valere
factam ſub conditione ſi nupſerit indigno,
plebeio,vel non ſubdito. Alciat. in l.nemo
poteſt.num.19.ff.de leg. 1. & in ſpecie text.
in l.3.§.ſi emancipatus.ff.de bon.poſſeſ.cõ-
tra tab.Bart. in l. ſi rogatus. ff.de manumiſ.
vindic.& in l.libertum.C.de nuptijs. Ruin.
conſ.8.nu. 20.lib.3.
11 Nec dicitur ſublata facultas contrahen-
di,quia cum alia potuit honeſte,& commo-
de contrahere l.cum ita legatum.ff. de cõd.
& demonſtr.Ruin.vbi ſupra.
12 Sed ſi ſit dictum;ſi Titio nupſerit,& Ti-
tius ſit indignus, eique inboneſte ſit nuptu
ra,reijcitur conditio Titio nubendi,ut dici-
tur in d.l.cum ita legatum,& ibi Bar.decla-
rat,quis ſit indignus, & probatur in l. 2.&
ibi Caſtren.de inſt.& ſubſti.Socin. ſen.in l.
quoties num.1.ff.de conditio.& demonſtra
tio.
13 Item ſi ſit dictum, ſi nupſerit Titio con-
ſobrino ſuo, vel alio, cui prohibente iure
Pontificio nubere non poſſit, nam & ſi eiui
li iure inſpecto deberet impleri.l.2. de inſti.
& ſubſt.l.vter ex fratribus de condit. inſtit.
quia ciuili iure nuptiæ prædictæ ſint permiſ
ſæ.l. celebrandis. C.de nuptijs. §.duorum
fratrum.inſt.eod. Tamen quia inſpecto Põ-
tificio iure in celebrandis nuptijs præferen-
do.c.1.de ſponſ.impuber.c.tuam de ord.co-
gnit.c.vlt.de ſecund.nuptijs,huiuſmodi cõ-
ditio tanquam turpis,& contra ius reijcitur
c.non debet.de conſang.& affin.gloſ.in l. 2.
verbo voluerit,de inſt.& ſubſtit.& in l.vter
ex fratribus in verbo conſobrinam de con-
dit.inſt.Petr.de Bellaper.Cyn.Alber.Bald.
& Salic.in dicta l.2.Loffred. conſ.26. num.
1.& 2.Molin. de Hiſpan.primoge.lib.2.ca.
13.nu.12.& 13.
14 Et ideo conditio ſi nupſerit alicui de fa-
milia,de qua in l.cum fuerit.15.ff.de condi.
& demonſtrat.debet intelligi in gradu per-
miſſo à iure Canonico, non autem prohibi-
15 to:Etiam in matrimonio Papæ diſpenſatio
ne poſſet contrahi, quia hoc caſu reputatur
impoſſibilis.Bar.in l.idem Iulian.§.conſtat.
num.2.ff.de leg.1.Neuizz.conſ.31.nu. 10.
& 23.Curt.iun.in conſil.54.num.13.& 14.
16 Et verba teſtamenti intelliguntur ſecundũ
ius commune,non ſpeciale, quod poſſit per
diſpenſationem obtineri l.vlt. de his qui ve
niam ætatis impetr. & Curt.iun. vbi ſupra,
num.13.& 14.in terminis.Niſi dixerit præ-
cedente Papæ diſpenſatione,quia tunc non
reputatur impoſſibilis, & ideo erit obſeruã-
da ſaltem petendo diſpenſationem; & om-
nem diligentiam adhibendo pro illa obti-
nenda,ut ex multis concludit Molin.de Hi-
ſpano.Primogen.lib.2.cap.13.nu.6 7.8. &
ſequen.Sciet ſub nu. 7. affirmet in propoſi-
to caſu intelligi debere diſpenſatione præ-
cedente,etſi expreſſe dictum non fuerit,nec
conſtituit differentiam ſi fuerit dictum, vel
ne.
17 Si vero honeſte,& de iure nubere poteſt,
non reijcietur,ſed erit ſeruanda.l.Titio. 70.
§.1.vbi glo.& Bart.in princ.ff.eod. & dicta
l.2.vbi gloſſ.Salic.& Alex.C.de inſt. & ſub-
ſtit.& l.15.vbi glo.ff.de conditio. & demon
ſtratio.
18 Sed ſi per alium ſtet, quam per legatariũ
grauatum implere nubendi conditionem
cum certa perſona, cum qua honeſte, & de
iure poſſint contrahi nuptiæ,non ideo defi-
cit conditio,ſed nihilominus legatum debe
tur.l.in teſtamento.31. vbi gloſſ. & Bart. ff.
eod.de conditio.& demonſtratio.l. quæ ſub
conditione §.quoties de condi.inſtit.l. uter
ex fratribus,et ſequen.de conditio.inſtit.l.ſi
poſt diem §.item ſi quia.ff. quan.dies legat.
19 ced.Quod eſt intelligendum vtroque uiuẽ-
te dicta l.in teſtamento,vbi Bart. in ſumma
20 Sed ſi ille recuſauit,et poſtea conſentiat,an
poſſit alter recuſare, & relictum obtinere.
Petr.in l.1.& Cyn.num. 10.de inſt. et ſubſt.
ſentiunt non poſſe,quia vltima mora nocet.
l.illud.ff.de peric.et commo.rei uendit.l.vlt.
in fine.ff.quorum legatorum.l.Celſus de re-
cept.

21 cept. arbitr. Sed Bald. in dicta l. 1. num. 3. Sa
lic. num. 5. dicunt contrarium, quia ſufficit,
conditionem momento impleri. l. ſi quis hæ
redem. de inſt. & ſubſtit. & infra part. 2. cap.
22 1. quæſt. 42. Et conditio habetur pro imple
ta, cum per grauatum non ſteterit quomi-
nus nupſerit cum illa perſona dicta l. in te-
ſtamento 2. ff. de conditio. & demonſtratio.
23 Et ideo ſufficit quod ſemel habeatur pro
impleta.
24 Tantundem enim operatur fictio in caſu
ficto, quantum veritas in caſu vero. l. vnica
in princ. C. de rei uxor. acti. §. item per acce-
ptilationem. inſt. quibus modis tollit. oblig.
Fulgoſ. in dicta l. 1. de inſt. & ſubſt. arguit à
contrario ſenſu tex. in l. Pater Seuerinam in
fine. ff. de conditio. & demonſtr. & l. ſi hæres
cui fidei commiſſum. ff. ad l. falcid. licet rece-
dat, & Petri, ac Cyni ſententiam defendat
25 per dictam l. 1. vbi requiritur, quod quis nõ
ſolum nolit, ſed etiam quod contradicat, &
& conſequenter quod perſeueret, quod in
actu habente tractum ſucceſſiuum veriſſi-
mum dicimus in d. q. 42.
Sed iſta conſideratio non videtur poſſe
adaptari ad dictam l. in teſtamento, vbi dici
tur ſimpliciter ſatis eſſe quod noluerit, vt
26 conſiderat Alexan. qui ſequitur opinionem
Bald. & Salic. in dicta l. 1. l. Pater Seuerinam
in princ. ff. de condit. & demonſtr. per quem
Aret. in conſ. 67. nu. 5. verbum ſi non nupſe
rit interpretatur ſi nubere noluerit, & ideo
facit Coſta in l. cum tale. §. ſi arbitratu. limi-
tat. 6. nu. 9. ff. eod. Cui etſi in vltimis uolun-
tatibus aſſentiatur Molina vbi ſupra. lib. 2.
tit. 13. nu. 18. Id tamen negat procedere in
contractibus ex Alex. Comes. Iaſ. & alij in
l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit ſub. nu. 19. vbi ad-
ducit Socin. in l. in teſtamento. nu. 10. ff. de
cond. & demonſtr. Aret. in conſ. 121. colum.
2. num. 3. & alios ibi. d. nu. 19. Imola uero in
d. l. in teſtamento diſtinguit. Aut legatarius
27 eſt cõſequutus legatum, & habet locum opi
nio Bald. vt poſſit tanquam conditione im-
pleta retinere, aut non eſt cõſequutus, & nõ
poteſt petere, obſtante exceptione, quod nõ
teneatur grauatus pręſtare, niſi matrimonio
conſenſerit, quia in diſpoſitione conditio-
28 nali facta in teſtamento, mora poteſt purga
ri quoad exceptionem inducendam. l. 1. de
penu. lega. l. cui fundus, & ibi Bart. ff. de con
dit. et demonſtr. et infra par. 2. cap. 1. quæſt.
69. Sed Socin. ſen. in dicta l. in teſtamento
2. nu. 11. ff. de condi. et demonſtr. diſtinguit
quatuor caſus. Aut primo ſtetit per legata-
rium, quominus conditioni pareret, et po-
ſtea cum alia contraxit matrimoniũ, et tunc
non ſolum poteſt legatũ retinere, ſed & etiã
29 petere, quia conditio nuptiarum intelligi-
tur de primis. l. Boues. §. hoc ſermone. ff. de
verbor. ſignif. l. matrimonij in fine, qui, et à
quibus Bal. in dicta l. 1. in fine de inſt. et ſub
ſtit. et hoc caſu ſufficit, quod conditio ſit mo
mento impleta iuxta l. ſi quis hæredem, de
30 inſt. et ſubſt. Et cum res non ſit integra, mo
ra non poteſt purgari dicta l. illud. ff. de pe-
peric. et commod. rei vendi. et infra par. 2. c.
1. quæſt. 69.
Aut ſecundo loco legatarius eſt conſequ
31 tus legatum, vt puta libertatem in teſtamẽ-
to relictam, quæ ipſo iure competit, etiamſi
conditio habeatur pro impleta l. vlt. de cõd.
inſert. uel legatum fuit ſolutum ab hærede,
et tunc dicit Socin. quod hæredi competit
exceptio, et ita intelligit Bald. et Salic. in di-
cta l. 1. per dictã l. ult. de inſtit. et ſubſtit. ubi
hoc idem tenet Bald. et Cyn. in l. ſi plures. C.
32 de condit. inſer. Nam mora non poteſt pur-
gari, vt quis actionem conſequatur. l. ſi ita
quis §. ſciat. de uerb. obli. & infra c. 102. ſub
nu. 1. uerſ. item poteſtatiua conditio differt
in caſuali, quia deficit per moram, & part. 2.
c. 1. dicta quæſt. 69. in fine.
Aut tertio legatarius legatum eſt con-
ſequutus, et tunc dicit Imola, quod debeat
matrimonium contrahere, ſi legatum pete-
re uelit, quia ad oppoſitionum exceptiones
33 mora poteſt purgari, ut ſupra dictum eſt,
quod Socin. intelligit in legato quantitatis
uel alio ex quo ipſo iure dominiũ non tran
ſeat: aliud uero exiſtimat in legato ſpeciei,
cuius dominium tranſit in legatarium, qua-
ſi conditio fuerit impleta, et mora non po-
teſt amplius purgari. l. ſi is cui. ff. de legat. 2.
per quam ita Bartol. in l. ſi inſulam num. 19.
ff de uerb. obligat.
34 Aut et quarto agitur de hæreditate, ut ſi
aliquis ſub dicta conditione fuerit hæres
inſtitutus, et tunc Alex. in l. 1. de cond. inſer.
dicit, quod cum conditio poſſit quandocun
que impleri ſecundum glo. in l. ſi quis inſti-
tuatur. ff. de hæred. inſt. et tradit Bartol. in l.
hæc conditio de cond. inſt. ultima mora no-
ceat, et ideo niſi uere impleat conditionem,
cum illam implere poſſit, hæreditatem non
habebit. Quod verum putat Socin. ibi in di-
35 cta l. in teſtamento, ſi nondum hęreditatem
adiuerit, nam ſi adiuerit, dicit non poſſe illa
priuari,

priuari, quia ſemel impleta conditione fa-
ctus hæres non poteſt deſinere eſſe hæres. l.
& ſi ſine §. ſed & ſi Papinianus. de mi nori-
bus. l. ei qui ſoluendo. ff. de hæred. inſtit. cui
adſtipulantur quæ ſupra dicta ſunt ex Soci.
de libertate & legato, & conferunt deducta
infra in part. 2. c. 1. d. quæſt. 69.

36 Item ſi is, cui ſub conditione nubendi le-
gatum, vel hæreditas eſt relicta, monaſteriũ
ingrediatur, aut ſuſcipiat clericatum, non
ideò deficit conditio, vt legatum, vel hære-
ditas non debeatur, quia nihilominus de-
bentur §. ſed & hoc præſenti. Auth. de ſan-
ctiſs. Epiſcopis. c. 37. vbi glo. & Bar. in prin.
& num. 2. idem Bar. in l. ſi ita quis §. is, cui tẽ
pus. num. 2 3. & 4. ff. de leg. 2. Puteus in de-
ciſ. 87. nu. 1. & 2. lib. 2. Boerius in deciſio. 3.
num. 14. par. 1.

37 Nam conditio ſi nupſerit continet etiam
matrimonium ſpirituale, & ex ipſo imple-
tur dicto §. ſed & hoc præſenti, & in ſpecie
Didac. Couar. variarum reſolut. lib. 1. ca. 19.
num. 10. verſ. ſed & ſi alicui, hoc idem dixit
Fulgoſ. in conſ. 53. num. 1. & 2.

38 Quod ſecus tamen erit, ſi negatiue fuerit
appoſita, ſi non nupſerit, quia intelligitur
de matrimonio temporali, & ideo dicitur
impleta per ingreſſum monaſterij. gloſ. in l.
mulieri. ff. de condi. & demonſtr. & auth. cui
relictum. C. de indit. vidui. tollen. Sed ſi ap-
39 ponatur affirmatiuè ſi nupſerit, vt in propo
ſito nos loquimur, continet, & matrimoniũ
ſpirituale, ſi reſpiciat tantum perſonam, cui
relinquitur dicto §. ſed & hoc præſenti.

40 Quia illud, quod offertur monaſterio per
filiam religionẽ profeſſam, dicitur dos qua-
ſi fuerit nupta. Bar. in l. Titio centum. §. vlt.
41 ff. de condit. & demonſtr. Et dos ſine matri-
monio eſſe non poteſt. l. 3. ff. de iure dotium
l. penult. C. de donat. ante nupt. Nec mirum
ſi in propoſito conſtituatur differentia inter
conditionem affirmatiuam, & negatiuam,
vt affirmatiua vtrunque matrimonium con
tineat, negatiua vero temporale tantũ, quia
42 odia debent reſtringi, fauores ampliari l. cũ
quidam de liber. & poſthum. c. odia de reg.
43 iur. in ſexto. Verum ſi conditio reſpiciat per
ſonam tertij, & ſi affirmatiuè ſit appoſita,
matrimonium ſpirituale non continet, ſed
temporale, vt diſtinguit Cuman. in dicta l.
mulieri, & Titio. num. 1. ff. de cond. & demõ
ſtrat. Et ſi teſtator affirmatiuè dixerit, relin-
quo fundum Titio, ſi nupſerit cum Seia, nõ
debet Titius conſequi legatum, ſi Seia in-
grediatur monaſterium, quia intellexit de
matrimonio temporali. Salicet. in auth. niſi
rogati numer. 3. in fine. C. ad Trebellinni-
cam.

44 Et ſi teſtator dixerit, ſi nupſerit, habeat
mille, ſi monaſterium fuerit ingreſſa, habeat
ducenta, an ingreſſa habeat mille, uel ducen
ta, & in hac quæſt. ſunt opiniones diuerſæ
inter antiquos, & recentiores. Nam inter
antiquos Ricchar. Malum. & Thomas de
formaginis tenent, quod debeat conſequi
mille, ut refert Ioan. Andr. in addit. ad Spe-
cul. in rubr. de ſtatu monach. circa medium.
verſ. diſputata fuit hæc quæſtio, & ipſe eo-
rum opinionem ſequitur, hanc eandem di-
ſputationem refert, & ſequitur Alberic. in l.
Deo nobis in princ. num. 7. & 8. C. de Epiſ-
cop. & Cleric. & in tract. ſtatu in 2. par. quæ-
ſtio. 104. Bart. in l. 2 nu. 1. ff. de his quæ pẽn.
nom. Matheſ. ſing. 52. Nota, quod ſi teſta-
tor Roma. in l. ſtipulatio. num. 17. ff. de ver-
bor. obligat. Butr. in c. in præſentia. numer.
27. de probat. Abb. in repet. ca. cum Eccleſia
S. Mariæ. num. 55. de conſtit. Arct. dicto ca.
in præſentia num. 22. & Feli. num. 37. Alex.
conſ. 121. num. 11. lib. 2. conſ. 35. numer. 7.
lib. 3. & in adnotat. ad Bart. in dicta l. 2. ff. de
his, quæ pẽn. nom. adducit Ananiam, & di-
cit, ita fuiſſe iudicatum Bononiæ, quod idẽ
teſtatur Imol. in l. Lucius. 2. circa finem. ff.
de hæred. inſt. & hanc ſententiam late tue-
tur Socin. ſen. in dicta l. 2. num. 1. & in conſ.
269. in prin. lib. 2. & 241. nu. 3. eod. lib. Rui
nus conſ. 68. nu. 12. lib. 4. Iaſ. in auth. ſi qua
mulier num. 11. in fine de ſacroſ. eccleſ. De-
cius in conſ. 674. num. 2. Pariſ. conſ. 65. nu.
14. lib. 2. Socin. iun. in conſ. 160. numer. 68.
lib. 2. Alciat. in l. filiuſfam. §. diuinum. 33.
ff. de leg. 1. Roland. in conſ. 35. lib. 3.

Probatur primum hæc ſententia in §. ſed
& hoc præſenti. Auth. de ſanctiſs. Epiſcop.,
quia pro conſequendo maiori legato poſ-
ſet remoueri à propoſito religionis & ideo
ne id poſſit contingere maius legatum con-
ſequetur ſecundum præallegatos. Secundo
probatur in l. Titiæ ſi nupſerit. ff. de condit.
& demonſtrat. quam Socin. ſen. in dicta l. 2.
ff. de his quę pẽn. nom. acriter inducit, vt ita
ſit fauore religionis intelligendum Boer. de
ciſ. 3. nu. 14.

Contrarium vero, quod monialis effecta
ducenta tantum, vt dixit teſtator, conſequa-
tur, vt tenet Bald. in l. Deo nobis, in princ.
numero primo, de epiſcopis, & clericis,
vbi

Digitized by Google

vbi dicit, quod ita ſeruat conſuetudo, quia
45 monaſterium contra expreſſam mentem te-
ſtatoris non debet admitti, vt in ſimili con-
cludit Iacobus de Beluiſ. in dicto §. ſed &
hoc præſenti in fine authent. de ſantiſs. E-
piſcop. C. ad Trebellian. ſequitur Bald. in
authent. niſi rogati num. 11. C. ad Trebell.
ſequitur Fulgoſ. in dicta l. Deo nobis. num.
2. vbi teſtatur de obſeruantia, & latius in cõ
ſil. 53. num. 2. vbi de communi vſu totius I-
taliæ. Et rationem adducunt, quia ingreſſis
46 religionem multo minus poteſt ſufficere,
47 quam ſi ſæculo nupſerint propter onera
matrimonij grauiſſima. l. pro oneribus. C.
de iure dotium c. ſalubriter. de vſur. Imol. æ-
quiorem dicit in l. Lucius. 2. ad finem. ff. de
hæredib. inſti. Anchar. in regul. nemo poteſt
quæſtio. 5. de regul. iur. in ſexto, Cuma. in l.
ſi ita quis. §. Is cui. num. 1. Salic. in authent.
niſi rogati num. 3. in fine. C. ad Trebellian.
Caſtren. n. 3. & in dicta l. Deo nobis in prin.
& num. 5. de Epiſcop. & cleric. & in l. Titio
centum §. Titio centum, el primo, in fine.
ff. de conditio. & demonſtr. & in l. Titiæ. §. ſi
nupſerit num. 2. eo. Corneus in dicta auth.
niſi rogati nu. 3. dicit magis communem vi-
detur ſequi Alex. in conſ. 35. nu. 11. li. 3. Iaſ.
48 conſ. 43. col. 5. lib. 3. vbi dicit non eſſe mutã
da, quæ certam legem & interpretationem
habuerunt l. minimæ ff. de legibus ſequitur
hanc conſuerudinem Albertus Brun. de ſta-
tu. art. 9. quæſt. 2. in fine Dec. in c. in præſen
tia. num. 59. de probatio. & in conſ. 419. nu.
3. & 7. Crotus in l. nemo poteſt num. 42. ff.
de leg. 1. & in l. ſi coſtante, in 2. lect. num. 21
ff. ſolu. matrim. Didac. variarum reſolut. lib.
1. c. 19. nu. io. Gabr. li. 6. de legat. concluſi. 2.
num. 7. Alciat. in l. nemo poteſt. nu. 20. ff. de
49 leg. 1. Nam quod in quotidiano vſu verſa-
tur, & ipſa legis authoritate eſt permitten-
50 dum. l. vlt. C. de fideiuſs. Et ſunt tolerabilia
quæ comprobauit vetus conſuetudo. l. Im-
peratores in fine. ff. de pollicit. l. 1. §. ſed & ſi
quæ. ff. de veter. iur. enucl.
51 Et diſpoſitio text. in dicto §. ſed & hoc
præſenti, auth. de ſanctiſs. epiſco. in quo eſt
fundata pręcedens contraria opinio, non ob
ſtat huic vltimæ, quia illa ratio conſiderata
pro prima, quod retrotrahitur à propoſito
religionis pro conſequendo maiori legato
non facit conditionem reijcere, vt habeatur
pro non ſcripta, ſed quia non cenſetur teſta-
tor cogitaſſe de ingreſſu monaſterij, & ideo
præſumitur, quod ſi cogitaſſet, ſimiliter vo-
luiſſet monaſterium in eius locum ſuccede-
re, vt declarat Caſtren. in authen. niſi rogati
nu. 3. & 6. C. ad Trebel. ſequitur Alex. in cõ-
ſil. 121. nu. 12. lib. 2. & conſ 35. nu. 9. lib. 3.
Dec. conſ. 419. nu. 3. & ſequentibus, & in c.
in præſentia. num. 18. & ſequent. de probar.
Didac. variar. reſolut. libr. 1. cap. 19. num. 8.
& 11.
52 Sed cum in propoſito mens teſtatoris ſit
clara ex verbis dicentibus, quod ſi ingre-
diatur monaſterium habeat ducenta tan-
tum, non poterit petere mille, quia teſtator
expreſſe cogitauit de hoc caſu, de quo non
loquitur ille text. vt dicit Fulgoſ. dicto con-
ſil. 53. numer. 1. & 2. Et ideo inquit ius an-
tiquum, quoad hoc remanere incorrectum,
53 & quod non mutatur, ſtare non prohibetur
l. ſancimus. C. de teſtam. l. præcipimus in fi-
ne. C. de appellar. Imo. in dicta l. Lucius 2.
ad finem. ff. de hæred. inſt. dicit, quod in ca-
ſu propoſito conſtat de expreſſa mente te-
ſtatoris, non autem in caſu illius §. ſed &
hoc præſenti.
54 Minus obſtat diſpoſitio dictæ l. Titiæ ſi
non nupſerit. ff. de condi & demonſtr. quia
Bal. in d. l. Deo nobis in prin. n. 1. de epiſ. &
cleri. & Cor. in dicta auth. niſi rogati. nu. 3.
ad Trebellia. dicunt, quod ibi conditio erat
appoſita in genere pro matrimonio, qđ fieri
non poteſt, vt ſupra firmauimus, ſed in ca-
55 ſu noſtro eſt appoſita pro matrimonio tem
porali, non contra, & eſt fauorabilis dicta l.
Titiæ, & Didac. lib. 1. variarum reſolur. cap.
56 19. nu. 10. Et ideo cum aliud non ſit legibus
conſtirutum, voluntas teſtatoris eſt modis
omnibus ſeruanda c. vltima voluntas 13. q.
l. 1. de ſacroſ. eccleſ. §. diſponat. auth. de nu-
ptijs. l. in conditionibus primum locũ. ff. de
condi. & demon. l. cum qõ in fin. C. de legib.
57 Nec fauor monaſterij debet impedire vo
luntatem teſtatoris, quia perſonis fauorabi-
libus, & cauſis ſic ſumus debitores, vt alijs
iniuſtitia non fiat ca. ex tenore de foro cõ-
peten. ca. nuper. de don. inter virum, & vxo-
rem. Et ideo bona teſtatoris non debent
monaſterio concedi contra expreſſam men-
tem teſtatoris ipſius, quia eccleſia, quæ eſt
58 cultrix, & tutrix iuſtitię, nõ patitur aliquid
fieri contra iuſtitiam capit. 1. §. diuerſum de
alienatio. feud. Bald. conſil. 24. in fine libro
2. Ancharan. conſil. 231. num. 3. Rom. conſi.
298. numer. 2. Caſtrenſ. conſ. 106. num. 2. in
fi. lib. 1. Dec. conſ. 329. in fi. Et cum ſecundũ
59 allegatos adſit conſuetudo, non eſt ab ea

recedendum, quia optima legum interpres cap. cum dilectus de conſuetud. l. ſi de interpretatione, & l. minime. ff. de legib. Abb. in
60 dicto cap. cum dilectus. num. 7. Et quando apparet aliquid fuiſſe vſu receptum, eſt argumentum, quod ita etiam ſit à iure conſti-
61 tutum. Fulgoſ. in conſi. 121. nu. 3. Eſt enim praxis vera legum interpres. Bald. in cap. 1. num. 2. de feud. ſin. cul. non amittit. Natta conſ. 167. num. 7. 147. num. 17. Roland. cō-
62 ſil. 2. nu. .. & ſequen. lib. 2. Et quod ſit ſtandum conſuetudini interpretatiuæ, quamuis appareat non eſſe iuridicam, tradit Bald. in conſ. 235. lib. 2. Ang. conſil. 99. num. 5. 345. num. 4. Roma. conſil. 61 num. 1. in fine Corne. conſil. 83. num. 11. lib. 4. Socin. ſen. conſil. 145. numer. 2. lib. 1. Socin. iun. conſ. 2. numer. 24. & 28. lib. 1. Vnde Roland. dicto conſil. 35. num. 19. in fine, & 32. hoc idem fatetur ſeruandum in illis locis, vbi adeſt talis conſuetudo.
63 Verum ex cautela Bart. quam ipſe tradit in dicta l. 2. ff. de his, quæ pœn. nom. vt ſcilicet filiæ relinquantur ducenta, & ei, cui duxerit illam in vxorem octingenta pro dote præcipua, poterit quis omnem uitare controuerſiam, quia relictum hoc pacto ualet, nec poteſt monaſterium illud conſequi, quia non eſt relictum mulieri, ſed ei, qui cã ducet in vxorem, vt probatur in l. Titio centum §. 1. ff. de cond. & demonſtrat. ſequitur ibi cautelam Socin. ſen. num. 2. Feli. in c. in præſentia num. 68. de probat. Hanc eamdē cautelam impinguat Thom. Ferra. in cautela. 9. ad quam ſe refert Boerius in deciſio. 3. num. 14.
64 Sed ſi in defectum conditionis. Si nupſerit, ſit ad redemprionem captiuorum, aut in cauſam pauperum relictum, tunc enim quã uis vir, vel mulier ingrediantur monaſterium, ſine difficultate erit ſubſtitutioni locus, & relictum erogabitur in redemptionem captiuorum vel cauſam pauperum dicto §. ſed & hoc præſenti verſic. ſi tamen ad redemptionem. Guliel. de Cuneo. per illum text. in l. Titio vſusfructus §. vltim. ff. de conditio. & demonſtratio. vbi Bartol. & Alberic. Roma. in authent. ſimiliter. num. 52. ad l. falcid. Aret. conſil. 67. numer. 2. in fine. Imol. in l. qui habebat. ff. de vulgar. & pupil lar. poſt gloſſ. & Bartol. 1aſ. in authent. cui relictum numero tertio, de indit. vidui. tollend. Tiraquellus de priuileg. cauſæ piæ priuileg. 18. Gabriel. conſil. 131. nu. 11. & 12.

65 Sed ſi illa, cui aliquid fuit relictum, ſi Titio nupſerit, ſit Virgo, & alteri, quam Titio de conſenſu patris nubat, non ideo legatum amittit, quia non eſt Virginalis pudoris maritum ſibi eligere, ſed eſt eius electio committenda parentibus ſecundum Beatum Ambroſium, de quo in cap. honorantur 32. quæſt. 2. Ideoque legati commodo priuari non debet, ſi patre reluctante filia conditioni non paruerit, & alteri nupſerit, vt conſuluit Bertran. in conſil. 148. Ponitur in facto lib. 1. Didac. in epitome de matrimon. cap. 3. §. 8. num. 2. & ſic ex hoc reſtringitur. l. Titio centum. §. primo, & l. cum ita legatum. ff. de condition. & demonſtration.

Et huiuſmodi conditio ſi nupſerit cenſetur ſemper appoſita, quoties in diſpoſitione dictum fuerit tempus; & nuptiæ fuerint nominatæ, & non aliter dicitur impleta, niſi ipſa nuptiarum feſtiuitas acceſſerit l. ſancimus, vbi glo. Odofr. Cyn. nu. 1. & 2. Bart. Alber. Fald. & cæteri omnes Rom. in conſil. 134. num. 2.

SVMMARIVM.

1 *Conditio ſi nupſerit arbitrio, conſenſu, vel conſilio alicuius regulariter reijcitur.*
2 *Niſi in eius defectum ſit ſubſtitutus locus pius.*
3 *Niſi fuerit dictum, ſi nupſerit cum conſilio alicuius.*
4 *Niſi rei, non matrimonio ſit appoſita.*
5 *Niſi lucrum ſit appoſita.*
6 *Niſi ſit appoſita in donatione.*
7 *Conditio ſi nupſerit cum conſilio alicuius, ſi ille noluerit dare, uel non potuerit, quia mortuus, habetur pro impleta.*
8 *Conſilium non fuiſſe adhibitum affirmans, tenetur probare.*

Caput Nonum.

Frequenter parentes apponunt in eorum teſtamentis, in quibus filijs, vel vt plurimum filiabus aliquid relinquunt, hanc conditionem. Si nupſerit arbitrio, vel cum conſenſu alicuius, ſeu conſanguineorum uel conſilio, quæ quidem, etſi ex generali regula quæ conſtituitur, quod omnis conditio impeditiua matrimonij ueniat de iure reijcienda, per allegata ſuperius in præcedenti capite octauo, in

in princ.& eius defectus nõ auferat id,quod
eſt ſub ea relictum , ſed nihilominus debea-
tur.l.cum tale §.ſi arbitratu.ff.de condit. &
demonſtratio.l.filiæ eod.vbi Bart.Socin. &
alij.Bar.& Caſtren.in l.turpia §.1.ff. de leg.
1.Bar.in l.1.num.2.ff.de his quæ pœn. nom.
Fulgoſ.in conſ.61.num.6.Caſtren.in conſi.
300.Didac.in epit.de matrim.cap.3.§.8. nu
mer.3.& ſupra cap.5.nu. 41. Molina de Hi-
ſpan.primogenijs.lib.2.cap.13.nu.35.verſ.
in primo caſu.Verum ſecundum allegatos,
vt cõſequatur legatum,debet nubere , alias
excluditur.l.quæ ſub conditione §.toties.ff.
de cond.inſt.Caſtren.in dicta l.Turpia.§.1.
num.2.Alex.num.7.vbi dicit, idem ſentire
Petrum & Cynum,& ſupra cap.8.numer.1.
& infra par.2.c.1.quæſt.6.num.4. Nihilomi
nus iſta conditio exiſtit,& eius defectus ex-
cludit à relictis in aliquibus caſibus,

Quorum vnus eſt.Si in defectum talis cõ
2 ditionis ſit ſubſtitutus locus Pius; tũc enim
debet impleri , alias locus pius ad legatum
admittitur,ita Guliel. de Cumes.in l.Titio
vſuſfructus §.vltimo ff.de condi.& demon-
ſtrat.vbi etiam Bart.& Alberic.l. ſunt perſo
næ in fine.ff.de relig.ſumpt.fun.c.vlt. de re
iudic.Rom.in auth.ſimiliter.nu.52.ff.ad fal-
cid.Iaſ.in auth.cui relictum,num.3. C.de in
dict.vidui.tollen.Aret.conſ.67.num.2.in fi-
ne.Tiraquel.priuileg.piæ cauſæ, priuil.18.
Hieron.Gabriel.in conſ.131.num.11.&.12
teſtatur de communi,ſupra cap. præcedent.
num.64.

Alter eſt caſus,ſi fuerit dictum.Si nupſe-
3 rit cum conſilio alicuius, vel conſanguineo
rum,quia talis conditio eſt implenda , cum
non ſit nuptijs impedimento , quia non te-
netur conſilium ſequi , ſed tantum require-
re,quod poteſt illum in ſuam ſententiã tra-
here.c.cum olim.de arbitr.Bartol.in l.1.§.ſi
plures.ff.de exercit.actio.& ita poſt Petrum
dicit Caſtren.in dicta l.turpia.§.1.numer.3.
ff.de leg.1.& l.Theopompus.ff.de dote præ-
leg.& in conſ.300.numer.1.lib.1. Quia hoc
non eſt contra naturam,vel conſuetudinem
matrimonij , ſed potius ſecundum eam l. 1.
l.in copulandis,& l.viduæ.C.de nuptijs. A-
nanias in conſ.126.num.6.lib.2. Crauet. in
conſ.1.num.3.vbi reſpondet ad conſ. Aret.
67.num.1.

Tertius caſus eſt , quando rei eſt appoſi-
4 ta,vt puta doti,non matrimonio.Oldrad.in
conſ.16.num.1.verſ.ſed eſt certa lex, & pro
concordantibus ſupra in c.8.num.6.7.& ſe-
quentibus.

Quartus caſus eſt,quando eſt appoſita lu
cro , quo poteſt quis priuari nubendo ſine
conſenſu illius ; cum quo nubendo lucrum
habebit,Io.Lopez.in c. per veſtras.in 3.no-
tab.§.21.nu.3.verſ. ex qua deciſione de do-
nat.inter vir.& vxor.Capella Toloſ. deciſi.
292.num.3.Crauetta in conſil.89.num.11.
Emanuel Coſta in l.cum tale §. ſi arbitratu
ampliat.vlt.nu.16.verſ.ego contra.ff. de cõ-
dit.& demonſtr.

Quintus caſus eſt,in donatione idem Co
6 ſta in dicto §.ſi arbitratu 2 limit.num.3.per
totum.& num.4.verſ. Sed & mihi probabi-
lior,quod & ego idem tenui contra deciſio.
in Roma.bonorum de Ceulis per prædicta ,
& allegata ſuperius in d.c.8.num.6.7.& ſe
quent.& in omni caſu indiſtincte adhiben-
dum eſſe affirmat ex Cyno in d.§.ſi arbitra-
tu,& alijs Molin.de Hiſpan.Primogen. lib.
2.c.13.nu.36.& 37.

Secus tamen erit,ſi antequam venerit tẽ-
7 pus requirendi conſilium, ille talis conſul-
tor adhibendus fuerit mortuus , vel nolue-
rit conſilium dare. l. quæ ſub conditione §.
quoties.ff.de cond.inſt.Caſtren.in l. in teſta
mento num.2.in fine.ff.de cond. & demon-
ſtr.& ſupra c.5.ſub nu.4. verſ. cuius ſpecies.
Imola.in l.cum tale §.reſcriptum.ff. eod. ſe-
cundum Dinum , & Bald.dicit , & hanc de
conſilio requirendo eſſe reijciendam,ſed eſt
contra communem per ſupra relatos Dec.in
c.Eccleſia Sanctæ Mariæ.num.131. de con-
ſtitutio.& in c.pro debilitate nu. 63.ff.de of
fic.deleg.Et latiſſime hanc materiam tradit
Emanuel Coſta in d.l.cum tale,§. ſi arbitra-
tu.ampliat.vlt.ff.de cond.& demonſtrat.Si-
mon de prætis,de interpret.vlt. volunt.lib.
4.dubit.1.num.10.& Molina vbi ſupra.nu.
57. & ſequentibus , vbi dat alias limitatio-
nes & infra c.25.& fundans ſe in negatiua ,
8 conſilium ſcilicet non fuiſſe adhibitum , te-
netur eam probare Ang.in l. veteribus col.
penult.in fine.ff.de pactis.Dec.in conſ. 534.
num.4.Hercu.de negatiua.num.2.& in ſpe-
cie Bartol.in conſil 137. ſtatuto communis
Gualdi num.4.ver.ſuper quatto Salic.in au-
th.hoc amplius num.5.quæſt.8. C.de fidei-
comm.Aymon.conſ.1.num.7.Corn.in con-
ſil.103.col.penul.lib.2.Gozad.in conſ.349
num.10.& late infra par.2.c.1.q.102.per to-
tam,& in fine.

SVMMARIVM.

1 *Conditio ſi non nupſerit, vel ſi vxorem non duxerit, antiquo iure prohibita.*

2 *Conditio, ſi non nupſerit procreationi liberorum, & vtilitati reipublicæ contraria.*

3 *Reipublicæ intereſt, voluntates teſtantium ſeruari.*

4 *Reipublicæ magis intereſt, legitimis liberis abundare.*

5 *Conditio, ſi non nupſerit &c. certis perſonis nō reijcitur, ſed valet.*

6 *Conditio non nubendi, niſi mercatoribus eſt ſeruanda tam in primis, quam in ſecundis nuptijs.*

7 *Conditio, ſi non nupſerit &c reſpectu certi loci ualet.*

8 *Niſi in loco non reperiatur aliquis, cum quo poſsit matrimonium contrahi.*

9 *Conditio, ſi non nupſerit &c. uſque ad certum tempus ualet.*

10 *Amplia, procedere & ſi ante tempus fuerit cōtractum matrimonium per uerba de præſēti in tempore conſumandum.*

11 *Minori per in integrum reſtitutionem ſubueniendum in propoſito caſu.*

12 *Niſi minor ſit in mora, & contrafecerit.*

13 *Reſtitutionis beneficio reijcitur odioſus teſtatori, & delinquens.*

14 *Conditio nubendi ad certum tempus non debet ad legatum tempus protrahi, & ſi protrahatur, reijcitur.*

15 *Conditio, ſi non nupſerit non procedit, ſi ſub cōtraria cōditione eidem ab eodem ſit relictū.*

16 *Item nō procedit, ſi ſeruus mulieri ſit legatus & ſi nupſerit, liber eſſe iuſſus ſit.*

17 *Item non procedit ſi alij reſtituere ſit grauata.*

18 *Niſi ſub contraria conditione, ſi nupſerit Virgo ſit grauata reſtituere.*

19 *Conditio ſi non nupſerit &c. non procedit, ſi alij, quam grauatæ, ſit legatum relictum.*

20 *Niſi alij coniunctim ſit legatum relictum.*

21 *Et niſi legatarius ſit grauatus reſtituere mulieri.*

22 *Conditio, ſi nupſerit non procedit ſi fuerit dictum ſi, uel quoties uidua erit, aut ſi amiſerit uxorem, uel quando ad celibatum peruenerit.*

23 *In conditione ſi non nupſerit non eſt differētia inter uiros, & mulieres.*

23 *Conditio ſi non nupſerit ſecundo loco ualet, et eſt adimplenda.*

Caput Decimum.

1 PRæcedentibus contraria conditio, ſi nō nupſerit, vel ſi vxorem non duxerit antiquo iure pro non ſcripta habebatur, & licet nupſerit, tamen id, quod ſub ea erat relictū, non deficiebat, ſed debebatur, & dabatur. l. vnica, vbi gl. & Salic. C. de caduc. tol. & l. quoties 21. vbi gl. & Bar. ff. de cond. & demonſtratio. l. cum tale 71. §. reſcriptum & §. Meuiæ l. cum ita legatum. & l. hoc modo. ff. eod. l. ſeruo 65. §. ſi teſtator. ff. ad S. C. Trebellian. l. ſed etſi 61. §. fi. vbi gl. & eius additio. ff. de cond. & demonſtr.

2 Nam hæc conditio veluti procurationi liberorum & vtilitati Reipublicæ contraria veteri iure indiſtinctè reijcitur, quaſi ex ea omnino nuptijs fiat impedimentum, de iure fieri prohibitum dicta l. cum tale. §. reſcriptum & §. Meuiæ cum alijs ſupra citatis Doct. in l. turpia §. 1. ff. de leg. 1. Ang. de teſtamentis gl. 66. nu. 2. & 3. Corneus in cōſil. 125. in fine lib. 2. Tiber. Decia. conſ. 13. nu. 9. & ſequen. lib. 1. Plotus inter conſ. matrimo. conſ. 87. num. 11. & ſequen.

3 Et ſi etiam reipublicæ interſit teſtantium voluntates ſeruari l. vel negare. ff. quemad. teſtam. aperi. l. Gallus §. quid ſi is, ubi gl. in verbo utilitatem. ff. de liber. & poſthum. Ma-

4 gis tamen Reipublicæ intereſſe uiſum fuit Ciuibus liberis legitimis abundare. l. cum ratio C. ſi plures. ff. de bon. damn. l. 1. ſolut. matrim. quam rationem uidetur tacite conſideraſſe text. in l. 2. in fin. C. de indic. uidui. toll. ubi Iaſ. in prin. Bal. in l. 1. in fine de ſumma Trin. & fide Catho.

5 Verum dicta antiqua iuris diſpoſitio, nō procedit, ſi non ſimpliciter quis, quæue nubere, uel uxorem ducere ſit prohibitus, prohibitaue; ſed certæ perſonæ, ſeu aliquibus perſonis, quia tunc non reijcitur, ſed eſt ſeruanda, ut conſequatur relictū. l. cum ita 62. in prin. ibi gl. & l. ſequen. ff. de cond. & demonſt. & l. 1. & 2. de inſt. & ſubſt. l. 1. de his quæ pœn. nom. Oldr. in conſ. 16. col. 2. in 1. q. Iaſ. in l. Titia in prin. et col. 4. uer. capio gl. de verb. obli. Aymon conſ. 80. nu. 11. & ſupra c. 8. nu. 16. & 21. Surd. deciſ. 30. nu. 28. & 29. Quod utique idem erit ſi ſit appoſita cōditio non nubendi, niſi cum certis perſonis, ut puta mercatoribus, & tenebitur quiſque illam ſeruare tam in primis, quam in ſecūdis nuptijs. Oldr. d. conſ. 16 in fine 1. q. Felin. in c. fin. colum. fallent. penult. de pace, & tregua Tiraquel. in l. boues. §. hoc ſermone. 7. limita. num.

ta.num. 1.& ſequent. Et hoc propter conditionem negatiuam, vt ibi per eum Dec. in cõſ. 3.nu.4.conſ. 581.num.8. & in l. 1. num. 14. C.de pactis.

7 Secundo non procedit illa antiqua iuris diſpoſitio, ſi quis, vel quæ certo in loco, nubere, vel vxorem duxerit prohibitus, vel prohibita l. hoc modo. 63. & dicta l. cum ita 62. ff. de condition. & demonſtration.

8 Sed ſi in loco, vel familia non reperiretur aliquis, ſeu aliqua, cum quo, vel qua matrimonium poſſit contrahi, tunc abſque amiſſione legati poſſet cum alio, alia ve, & in alio loco matrimonium contrahere dicta l. cum ita. & dicta l. hoc modo. Abbas in conſil. 65. col. 3. in prin. lib. 2. Plotus inter conſ. matrimo. dicto conſ. 57. num. 9. & 18. Tertio antiqua iuris diſpoſitio non procedit, ſi pro-

9 hibitio contrahendi matrimonium ſit facta ad certum tempus, quia tunc non reijcitur, ſed eſt ſeruanda dicta l. cum tale. 71. §. Meuia ibi non idem, vbi gl. & Bart. & l. fed etſi. §. fi. vbi gl. & Bar. ff. de condit. & demonſtr. Imo. in d. §. fi. & in l. mulieri. nu. 5. eod. Aret. conſ. 67. circa princ. verſ. venio ad primam. Caſtren. in l. vlt. nu. 2. C. de indic. vidui. toll. Dec. conſ. 349. num. 2. in fine. Socin. iun. in conſ. 48. nu. 8. lib. 1.

10 Quod procedit etſi ante tẽpus fuerit contractum matrimonium per verba de præſenti in aſſignato tempore conſumandum, ita Aret. conſ. 67. col. 2. verſ. venio ad primam.

11 Sed minori dicit ſubueniendum per in integrum reſtitutionem in col. 4. verſ. venio ad quartum, per tex in l. 3. §. etſi hæres ff. de minoribus, refert & ſequitur Rui. in conſ. 199.

12 nu. 4. li. 5. Quod tamen nõ procederet, ſi minor eſſet in mora, & in dolo parendi, & ſic contra fecerit, quia tunc non reſtituitur. Cra

13 uet. in conſ. 193. col. 1. Nam vt odioſus teſtatori, & delinquẽs reijcitur à beneficio reſtitutionis in integrum. l. auxilium. §. in delictis. & l. ſi ex cauſa §. nunc videndum. & §. in commiſſum de minoribus Bal. in l. pupillorum, in fine. C. de repud. hered. Caſtren. cõſ. 259. col. fi. li. 1. late Pariſ. in conſ. 19. nu. 83. lib. 2. Cephal. in conſ. 336. per totum.

14 Præterea ſi iſta conditio non nubendi ad certum tempus in tam longum tempus protraheretur, vt non ſit veriſimile, poſt illud tempus Virginem poſſe virum inuenire, tunc enim quaſi in fraudem adiecta reijcienda foret arg. d. l. cum ita, & l. hoc modo. ff. de cond. & demon. & l. hæres meus §. vlt. ff. eo. Aret. d. cõſ. 67. col. 1. verſ. venio ad primã.

15 Quarto non procedit antiqua illa iuris diſpoſitio, ſi ſub contraria conditione eidẽ & ab eodem ſit relictũ legatum. l. Titiæ 99. vbi gl. & Bar. ff. de cond. & demonſtr.

16 Quinto limitatur, ſi ſeruus mulieri ſit legatus, ſi non nupſerit, & ſi nupſerit, liber eſſe iuſſus ſit l. Titio. 95. ubi gl. & Bar. ff. de cõdi. & demon. quia fauor libertatis præfertur fauori nuptiarum d. l. Titio §. ſerui, & l. vlt. ubi glo. ff. de ſtatu liber.

17 Sexto limitatur ſi ſub iſta conditione inſtitutus, uel inſtituta alij reſtituere ſit grauata, tunc enim etſi conditio contrahendi matrimonium remittatur, tamen non remittitur fideicommiſſum. l. non dubium. 14. in prin. ubi gl. in uer. non dubium & Bar. nu. 1. in fine, Alberic. num. 1. ff. de leg. 3.

18 Et hoc niſi ſub contraria conditione, ſi nupſerit ſit fideicommiſſum relictum, quia legatum petere poterit, nec cogitur reſtituere. l. quoties. 22. ubi glo. & Bar. ff. de cond. & demonſtr. Quod tamen eſt intelligendum in Virgine, non autem in uidua ſecundum Bar. & alios ibi, quod & admittit Cardinal. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 19. num. 4.

19 Septimo limita, nõ procedere, ſi alij, quæ iſta conditione grauato, grauatæ ue ſit legatum relictum. l. 1. ubi gl. Bald. & Salic. C. de indic. uidui tollẽ. Niſi in fraude legis Patri mulieris ſit ita relictum. l. hæres meus 78. §. fi. ubi gl. et Bart. ff. de cond. et demon. Aret. in l. mulieri in fine ff. eod. et Cardinal. Mantica ubi ſupra nu. 5.

20 Sed non procedit limitatio, ſi alij coniunctim ſit legatum relictum, quia tunc quoad grauatum, vel grauatam ſub iſta conditione reijcitur, quoad alium non, & petet legatũ, ut per Cardin. Mãt. ubi ſupra nu. 5. uerſ. itẽ illud ibi. Quod ſi conditio per tex. in d. l. mulieri. 73. ubi glo. de uerbo non nupſerit, & Bar. ff. de cond. & demonſtr.

21 Item non procedit limitatio prædicta, ſi legatarius ſit grauatus reſtituere mulieri. l. Aula. 76. §. Titio, ubi gl. et Bar. ff. de cond. et dem. Car. Mãt. ubi ſup. dic. itẽ illud ſub. n. 5.

22 Octauo limita, non procedere, ſi non ita, ſi non nupſerit, ſed ita ſit legatũ. Si, uel quoties uidua erit, aut ſi amiſerit uxorem, uel quando ad cælibatum peruenerit. l. 3. C. de indic. uidui. tol. & infra c. 16. Sed an ſufficiat qđ ſit uidua, uel ſit neceſſe, qđ permaneat uidua, erit id reſoluẽdũ ſecũdũ uerba, et mẽtẽ teſtãtiũ, iuxta notata infra in c. 11. per totũ.

Nono

23 Nono nõ procedit diſpoſitio iuris antiqui in ſecundis nuptijs, ſi enim fuerit legatum relictum, ſi ſecundo non nupſerit, conditio pro conſequutione legati erit adimpleta auth. cui relictum. C. de indic. vidui. tollen. vbi Bar. poſt glo. Ioan. laudabilis quidem, & cõmendabilis eſt vidua, quæ primo marito eſt contenta, & dicitur exemplar honeſtatis, & pudicitiæ §. optimum. Auth. de non eligen. ſecun. nuben. Nam ſi ſecundum matrimonium eſt quædam fornicatio ſecundum rationem veritatis, quæ ex cauſa permittitur, & ideo dicitur honeſta fornicatio, c. hac ratione. 31. q. 1. & quod huiuſmodi conditio in Virgine habeatur pro non ſcripta per allegata in princ. & in uidua debeat impleri dicit glo. in l. ſeruo inuito. §. 1. in verbo nupſerit. ff. ad Trebell. & Bart. in l. ſi vir vxori §. vlt. & in l. ſed ſi hoc. §. vlt. & in l. mulieri, & Titio. num. 5. ff. de condition. & demonſtrat. Idem Bart. Bal. & alij in dicta auth. cui relictum hanc inter Virginem, & viduam huius conditionis reſpectu differentiam cõſtituunt, et communem dicit Dec. in rubr. de ſecundis nuptijs nu. 5. Socin. iun. in conſil. 48. num. 8. lib. 1. Didac. Couar. in epitome de matrimonio c. 3. §. 6. num. 11. dicit cõditionem hanc additam viduæ eſſe ſeruandam, et ſi ſecundus contraxerit nuptias, legatum deficere, nec id eſſe aliquo iure etiam Pontificio correctum; et ſi Apoſtolus dicat ad Corint. 1. c. 7. Mortuo viro mulier ſoluta eſt à lege uiri, et ſi non poteſt continere, nubat in Domino c. penult. et vlt. de ſecun. nupt. quia legatum ſub iſta cõditione non nubendi ſecundò, non arctat, nec metu aliquo impellit non contrahere matrimonium, ſed allicit, atque inuitat, quod fieri poſſe non dubitatur per allegata ſuperius in cap. 8. in princ. et in cap. 9. num. 4. et 5.

Et id, quod ſupra in regula, et in limitationibus in propoſita conditione firmatum dimiſimus, procedit tam in mulieribus, quã in viris omni differentia inter eos ſublata; dicta l. 3. cui cõcordat §. quæ uero nũc auth. de nuptijs pro hoc facit dictum Caſtren. in l. vlt. numer. 5. C. de indic. vidui. tollen. licet contrarium determinet, et male ſecundum Iaſon. in authent. cui relictum in fine C. eod. vbi adducit Bald. in auth. hoc locum in fine C. ſi ſecundo nupſer. mul. quam ſententiam late defendit Cardinalis Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 19. num. 12. 13. 14. 15. et 16. et infra cap. 16.

SVMMARIVM.

1 *Conditio viduitatis per virum indicta vxori ſuſtinetur.*
2 *Vxor ſub dicta conditione inſtituta, intra annum luctus non conſequitur legatum.*
3 *Niſi ingrediatur monaſterium.*
4 *Poſt annum habebit præſtita cautione, de reſtituendo.*
5 *Idem procedit in viro.*
6 *Conditio, ſi vidua erit, vel cum vidua erit momento, dicitur impleta.*
7 *Sed viduitatem peruenerit momento, dicitur impleta.*
8 *Conditio, ſi vidua erit, vel cum vidua erit appoſita à Patre, vel alio, ſufficit momento impleri.*
9 *Pater ſi reliquit filia ſub conditione, ſi vidua remanebit, in vidua intelligitur ſi permanebit, in nupta habente maritum eſt intelligenda, ſi ad uiduitatem peruenerit.*
10 *Maritus relinquens uxori, ſi uidua erit, uel cũ uidua erit, eſt intelligendum, Si perpetuo uidua remanſerit.*
11 *Maritus ſi dixerit, donec, quamdiu, quouſque uidua erit, uel permanſerit, quomodo intelligatur.*
12 *Si dixerit ſeruando uitam uidualem, quomodo intelligatur.*
13 *Filius relinquens matri, per uerba ſupradicta, ſunt intelligenda eodem modo, quo de marito.*
14 *Maritus ſi dixerit, ſi lectum meum cuſtodierit, uel donec cuſtodierit, quomodo intelligatur.*
15 *Maritus ſi dixerit, ſi uidualiter uixerit, uel ſi uitam uidualem ſeruauerit, quomodo intelligatur.*
16 *Vidualis uita per continentiam ſeruatur.*
17 *Vidualem uitam ſeruare dicitur ingrediens monaſterium.*
18 *Monaſterium ſuccedit ingreſſa etiam in uſufructu.*
19 *Vidua dicitur, quæ permanet in ſeparatione primi uiri.*
20 *Si continenter uixerit appoſita à patre, marito, uel filio, quomodo ſit intelligenda.*
21 *Conditio ſi caſte, & honeſte uixerit, ſi fuerit appoſita a patre, ſeu alio, aut à marito, uel filio, quomodo ſit intelligenda.*
22 *Conditio, ſi caſte, & honeſte uixerit appoſita ab alijs, quam à marito, & filijs non extenditur ad tertias, ſeu ulteriores nuptias.*

Caſte,

23 *Caſte,& honeſte viuere, non dicitur ſexagenaria,uel terty ordinis induta nubens.*
24 *Caſte,& honeſte uiuere non dicitur, qui habet mentem corrupeam.*
25 *Inhoneſtas mala conuerſatione uirorum dicitur probata.*
26 *Condemnata ex delicto irrogante infamiam honeſtaeem amittit.*
27 *Honeſtatem non amietit ſtuprata per uim.*
28 *Conditio uiduitatis cenſetur repetita.*

Caput Vndecimum.

PRoximum præcedenti ſimilis eſt condi
1 tio viduitatis, quæ quidem indicta viduæ,cui maritus prædeceſſit, & ſic ſecundo
loco nubere vetans ſuſtinetur, & eſt pro cõ
ſequutione relicti implenda per allegata ſuperius præced. c.nu.23.Hinc eſt quod intra
2 annum luctus vxor relicta hæres à Titio cũ
iſta conditione viduitatis non conſequitur,
& ſi per cautionem cum iuramento renunciet ſecundis nuptijs. Niſi forte per ingreſ-
3 ſum monaſterij ſit omnis ſpes ſecundi matrimonij ſublata,per allegata infra in 2.par.
4 ca.1.quæſt. 106 poſt princ. Poſt annum autem ita demum legatum habebit, ſi præſtiterit cautionem de reſtituendo rem cum fructibus,ſi nupſerit dicta authen.cui relictum.
C.de indic.vidui.toll.& ibi omnes. Et ſi ab
vxore eſt indicta viro,vtique ab eo eſt obſeruanda,per allegata ſupra in præcedenti c. in
fine. Verum an ſit huiuſmodi viduitatis conditio perpetuo indicta, colligitur ut plurimum ex uerbis, quibus eſt concepta.
6 Si enim teſtator dixerit,ſi vidua erit, vel
cum vidua erit, intelligitur impleta per caſum viduitatis, licet poſtea tranſeat ad ſecũ
das nuptias,quia momento ſufficit conditio
nem impletam fuiſſe, vt in terminis eſt tex.
in l.vlt.C.de indic.vidui.toll.vbi Bal. num.
1.Not.2.Caſtren.in §.ſed quia num.1.& in
terminis idem Caſtren.in conſ.185.libro 2.
Imo.in l.in ſubſtitutione num.3.Alex.num.
11.de vulg.& pupill.ſubſt.Iaſ.in,dicta l.vlt.
num.31.de indic.vidui.& in l. ſi quis hæredem num.1.de inſt.& ſubſt.Tiraq.in l. ſi vnquam in verbis ſuſceperit liberos nu. 152.
C.de reuocan.donat.
7 Quod idem erit affirmandum, ſi teſtator
dixerit ſi ad uiduitatem peruenerit, dicta l.
vlt.C.de indict.vidui.toll.Pariſ.conſ.95.nu.
14.lib.2.
8 Sed ego non puto hoc indiſtinctè verũ,&
ideo pro opinione, quam teneo,exiſtens ſic
eſſe diſtinguendum. Aut enim teſtator, qui
per illa verba viduitatem inducit,eſt Pater,
vel alius:aut maritus,vel filius. Primo caſu,
ſi pater vel alius,procedat proxima præcedens opinio ſufficere momento conditionẽ
uiduitatis impletam fuiſſe,per allegata ſuperius.& ita in Patre loquitur Bald. in dicta l.
ult.notab.2.& Caſtrenſ.ubi ſupra, ſed quia
num.1.& dicto conſ.285.lib.2. & in patruo
3 Ang.in conſ.34.num.11. Sed ſi pater reſoluit filiæ ſub conditione, ſi uidua remanebit
& eſt diſtinguendum. Aut enim relinquit filiæ iam uiduæ, aut filiæ maritum habenti:
primo caſu eſt intelligendum,ſi uidua permanebit Caſtrenſ.in dicta l.ultima, in fine.
C.de indic.uidui.toll. Secundo caſu, ſi reliquit filię iam nuptę,& maritum habenti,eſt
intelligendum ſi ad uiduitatem peruenerit
Caſtren.ubi ſupra, quia ſecundum communem loquendi uſum uidua remanere dicitur illa,quæ ad uiduitatem peruenerit, & ſi
in uita uiduali non permaneat,& id eſt cum
diſtinctione intelligendum in legato unico
& ſimplici, non autem in annuo, quia in illo prima uiduitas ſufficit,in annuo vero debetur pro illo anno, uel pro illis annis, quibus uidua fuit.l.concubinam §. uxori meæ.
ff.de leg.3.Bald.in conſ.42.num.2.lib.5.ſed
ſi dixerit,ſi uidua permanebit,oportet quod
uitam uidualem agat Bal.ubi ſupra, & ideo
non poterit habere legatũ, niſi præſtita cautione per dictam auth.Cui relictum.C.de indic.uidui.toll.
10 Secundo caſu, ſi maritus per illa uerba reliquerit uxori,ſunt intelligenda ſi perpetuo
uidua permanſerit,quia congruit eius deſiderio,ut non tranſeat ad ſecundas nuptias,
per quas eius anima dicitur contriſtari. §.
quæ uero. uerſ. nos uero uidentes auth. de
nuptijs,& eius memoria lædi, ut cenſeatur
relictis indigna,quia legata propter merita,
non autem propter demerita relinquatur. l.
nec adiect.ff.pro ſocio, & ex hac coniectura
ita concludit Ang.dicto conſ.34.num.10.&
in l.in ſubſtitutione num.2. ff. de uulgar. &
& pupillar.ſubſt.vbi Aret.num.5. latius numer.12.

Sed in propoſito caſu præmiſſa non credo indiſtinctè eſſe vera,& ideo puto ita diſtinguendum,aut enim eſt dictum. Si vidua
erit,aut cum vidua erit, vel dum, ſeu donec
vidua erit. Primo caſu cum ſi inducat principaliter conditionem.l.Titio.ff. quan. dies

leg.

leg.ced.l.qui promiſi.ff.de cond.indeb.& in
fra in par.2.c. 1.q. 1. Quod vtiq; cum faciat
dictio cum appoſita tempori futuro per alle
gata infra c. 89. nu. 1.& 2.par.2.c.1.q.2.nu.
5. ſequitur quod per virum appoſita intelli
gãtur ſi vidua permãſerit uel cũ permanſe-
11 rit in viduitate perpetua. Secundo vero ca-
ſu, ſi dixerit dum, vel donec quamdiu, quo-
uſque erit uel permanſerit vidua & tunc le-
gatum videtur annuum.l. legatum, de an-
nuis leg.l.qui concubinam.§.vxori.ff. de le-
ga.3.& viduitate ceſſante ceſſabit legatum.
Imo.in dicta l.in ſubſtitutione. num. 3. ff.
de vulg.vbi Cuma.Hoc ibi notant gl. Cyn.
Bar.Bal.& alij in dicta l.vlt.de indic. vidui.
toll.Bald.in conſ.42.in fine lib.5. Caſtrenſ.
in dicta l.vlt.§ ſed quia nu.2. Et ideo quam
uis poſtea nubat, non tenetur reſtituere fru-
ctus, vt inquit Caſtren.Ruin.conſ. 170.nu.
2.in fine lib.3. Natta conſ.459.nu.17. Cra-
uet.conſ.300.num. 5. verſ. tertio dubitatur
Surd deciſ.30.nu.29.& 30.

Quod idem erit affirmandum, ſi fuerit v-
xori relictus vſusfructus ſtante ipſa in vita
viduali.Alciat.in l.Stichum.nu.12.verſ.exi-
ſtimauerim.ff.de leg.1.

12 Sed dubitatur ſi dixerit ſeruando vitam
vidualem, an intelligatur diſtributiue, quã-
diu vitam vidualem ſeruauerit, vel perpetua
Bald. in conſ. 267. Proponitur quod Man-
fredonius num.4.lib.5. intelligit donec ob-
ſeruauerit, ſed id niſi ſit facta ademptio ſub
conditione ſi nupſerit, quia intelligitur per
petua.Rui.conſ.170.num.6.lib.3. Alciat.cõ
ſil.85.num.13.lib.9.

Et ſi vir ſecundo loco ductus poſtea de-
ceſſerit legatum extinctum non redintegra
tur Socin.iun.conſ.210.nu.9.lib. 1. & infra
par.2.c.1.q.5.per totam.

13 Et ille, qui per illa verba conditionem
viduitatis apponit, eſt filius, eſt idem dicen-
dum de eo, quod fuit dictum de marito, &
cum eadem diſtinctione, quam ſupra de ma
rito fecimus, quia vtique filijs, & eorum me
moriæ perſequentes nuptias fit iniuria. §.
proſpeximus. Auth.de non eligen.ſecun.nu
ben.& in §.ſoluto.auth.de nuptijs, ut de eis
ſit idem dicendum quod de marito.

14 Sed ſi maritus dixerit. Lego uxori meæ,
ſi lectum meum cuſtodierit, uel donec cu-
ſtodierit, ut notat Albe.in l.ult.de bonis ma
ter. & intelligitur donec honeſte uiuat, &
non nubat, ut notat Alb.ubi ſupra, licet pu-
tet, honeſte uiuere, etiam ſi nubat per text.
in l.cum mulier §. cum proponeretur. ff.ad
Trebellian.ubi Dyn.& Iacob.de Aretio, &
Ray.Sed Paulus Pic.in l.Titia §. Titia cum
nuberet.nu.144.ff.de leg.2.intelligit, quod
debeat uitam uidualem agere.

15 Si uero dixerit, atque expreſſerit. Si ui-
dualiter uixerit uel ſi uitam uidualem ſerua
uerit, profecto de perpetua eſt intelligendũ
dicta Auth.cui relictum C.de indic.uidui.tol
len. Ideo eſt uidendum, quomodo agatur
uita uidualis, ac uidualis uita ſeruetur, ut le-
gatum conſequi poſſit.

Et quidem ſecundum Bald.per continen
16 tiam ſeruari eſt dicendum, non enim requi-
ritur, ut deploret mariti mortem, nec cogi-
tur nigras ueſtes induere, ut notat ipſe Bal.
in l.decreto num.1.C.quib.cau.infan.irrog.
Et ideo ex hoc colligitur, illam uitam uidua
lem ſeruare, quæ eſt continens, & quod de
alijs ſignis exterioribus non eſt curandum,
licet contrarium ex Baldo dicat Alexã. in l.
mulier §.cum proponeretur nu. 12. ad Tre-
bell. illam ſcilicet uitam uidualem non ſer-
uare, quæ non gerit ueſtes nigras, quod in-
telligit Alex. ſtante uſu loci, uel communi
uſu loquendi.

17 Et ingrediens monaſterium intelligitur
uitam uidualem ſeruare Alex. ubi ſupra ex
Auth.cui relictum.de indic.uidui. toll. Nec
habetur pro mortua quoad ſuccedendum.l.
Deo nobis §.hoc etiam de Epiſcopis, & cle
ricis.

18 Etiamſi eſſet legatus uſufructus, quia per
ingreſſum monaſterij non extinguitur, ſed
monaſterio acquiritur, donec uſusfructua-
rius uixerit.glo.& Bart. in auth. ingreſſi, in
prima lect.in fine, & in repet.num.42.&43.
de ſacroſan.eccleſ.ubi Bald.num.12.Iaſ.nu.
48.Alexand.conſi.10.num.14.lib. 5.Socin.
ſen.conſ.10.nu.19.lib.1.Didac.in c.2.num.
8.de teſtam.

19 Nam quæcunque permanet in reparatio
ne primi uiri, dicitur uidua quoad mundum
c.uidua, & ibi Archid.34.diſtinct.Bal. in di-
cta l. Deo nobis num.9.in fine Alex.in l.mu
lier.§.cum proponeretur num. 13. ad Treb.
Cremen.ſing.142.Iaſ.in l.ult.num.33.C.de
indic.uindic.toll.Alciat.conſ.62.numer.11.
lib.9. ſed ſub numer. 10. intelligit eam pro-
prie uidualem uitam uiuere, quæ uiuit mo-
re aliarum uiduarum.

20 Si fuerit dictum, ſi dictum continenter
uixerit an nubere poſſit, & legatum nihilo-
minus conſequi, & eſt diſtinguendum, aut
enim

enim ita dixerit, maritus in legato relicto vxori, & erit intelligendum vidualiter, quia, vt diximus paulo ſuperius, vidualis vita ſeruatur continentia, vt ſit idem ſenſus, ſi continenter, vel ſi vidualiter. Si vero ita dixerit pater & eſt vtique diſtinguendum, aut enim id dixit in legato facto filiæ iam nuptæ, & idem eſt, quando ita fuit dictum a marito, quia vita continentium diſcrepat à vita nubentium, & eſt diuerſi ordinis gloſ.in capit.primo, de ſumma Trinitat.ubi Bald. numero decimoſecundo, & eſt de perpetua continentia intelligendum Bald.in dicto cap.primo, numero 12.in fine Iaſ.in l.2.num.ſexto, verſ.limita de inſtitut. & ſubſtitut. Aut ita dixit in legato relicto filiæ Virgini nunquam nuptę, & habetur pro non ſcripta per allegata ſupra in princip.numer.

21 Si vero dictum fuerit ſi caſte, & honeſtè vixerit, quomodo ſit intelligenda, & dantur duæ diſtinctiones, aut enim ita dictum fuit à Patre, ſeu alio aut à marito, vel filio, & procedunt quæ fuerunt dicta ſuperius in quolibet eorum, vt in ſpecie de iſtis verbis in patre, vel alio, quod non importent honeſtatē, & caſtitatem vidualem, notat Bald. in l. Deo nobis in princ. num. 9. de epiſ.& cleric.Ang. in §. cum igitur, auth.de non eligen.ſecund. nuben. & in l. Iuſtitia § iuris præcepta.numer.1.inſtitu.& iur.& in l. mulier.§.cum proponeretur.num.3.ad Trebell. Salic.in dicta l.vlt.num. 5.de indi. vindic.tol.Imol.in dicto §. cum proponeretur. nu.3. & in l. cum filius §. qui Mutianam in fine.ff.de leg. 2. Et de iſtis verbis in marito quod importent honeſtatem, & caſtitatem vidualem in ſpecie not.Bal.in dicta l.vlt.nu. 4.de indic.vidui tollend. quia per ſecundas nuptias anima prioris viri contriſtatur §. quæ uero authentic. de nuptijs. Et de iſtis uerbis in filio, quod idem importent, quod in marito, dicit Ang.in dicta l.mulier.§.cum proponeretur.num.3.& 4. ad Trebellia. ubi Imo.paulo poſt princip. Caſtrenſ. numer.4. Alex.num. 6.Idem Ang. in §. ſoluto igitur. uer.contriſtatc.Auth.de nuptijs, & in §.cū auth.de non eligen.ſecun.nuben. & de utroque Didac.in epitome de matrimo.c.3.§.9. num.11. Tiraquell.in liboues §. hoc ſermone.num.149.ff.de uerb.ſignif. Alia uero diſtinctio fit in communi uſu loquendi, aut enim ex communi uſu loquendi intelligitur de caſtitate uiduali, aut matrimoniali, & intelligendum erit ſecundum communem loquendi uſum Bar.in l.mulier.§.cum proponeretur.nu.5.ff.ad Trebel.& in auth.hoc locum nu.1.ff ſecun.nup.mult. & in d.l. ult.in fine. Abb.in c.ut clericorum num.5.de uita, & honeſt.cler.& in c.quia te.nu.3.de cleric. coniug.Marſil.ſing. 577. Qua diſtinctione admiſſa, ſi ita erit communis loquendi uſus, erit ſecundum eum indiſtinctè iudicandum de patre, uel alio, marito, ſeu filio, ut uana reddatur omnis diſtinctio, quæ de eis datur ſtante communi uſu loquendi: de hac re aliqua infra par.2.c.1.q.103.nu.20.

22 Sed ſi dictum ſit ab alijs, quam à marito, & filijs, ſi caſtè, & honeſtè uixerit, procedat id, quod dictum eſt quoad ſecundas, non quoad tertias, ſeu ulteriores nuptias. Nam tertias, ſeu ulteriores nuptias contrahere honeſtati ſatis contrarium dicitur. Angel.in §.hæc autem de Deo.in fine Authēt. quomodo oport.epiſt.& in dicto §.cum proponeretur.numer.4.uerſ.prædicta autem ad Trebell.ubi Caſtrenſ.nu.5.in fine Feli.in c. cautio.nu.31.uerſ. & hinc eſt de fide inſtru. Pariſ.conſ.160.num.9.lib.4.Marſil.d. ſing. 577.in fine contrarium tenet Didac.in epito.de matrim.c.3.§.9. in fi.approbans id in marito, uel in filio dictis uerbis utentibus.

Modo uidendum reſtat, quomodo intelligatur, honeſtè, uel inhoneſtè uiuere, & ultra præmiſſa, non dicitur caſtè, & honeſtè uiuere ſi matrimonium cum infamia & de-
27 decore fuit contractum, ut quia ſexagenaria, uel tertij ordinis induta nupſerit, tunc dicitur conditio honeſtatis, & caſtitatis à quibuſuis perſonis appoſita defeciſſe, quia talis non dicitur caſtè, & honeſtè viuere, Alex.ex Ang.in d.l.mulier §. cum proponeretur.nu.9.& 10.ff.ad Trebel.& id arg.tex. in §.hæc autem de Deo.Auth.quomod. oport. epiſ.Ang.in l.iuſtitia. §. iuris præcepta. nu. 1.de iuſt.& iur.

24 Item pro caſtitate, & honeſtate oportet, quod habeat non ſolum corpus intactum, ſed & etiam mentem incorruptam, quoniam habens mentem corruptā, & ſi habeat corpus intactum, non dicitur caſtè, & honeſtè uiuere c.propoſito & c.nec ſolo, & ſequ. 35.q.2.Alex.conſ.77.nu.1.lib.7.Pariſ. conſil.160.num.22.lib.4.

Vtique caſtè & honeſtè uiuere non dicitur uidua, quæ ſponte patitur uirorum amplexus, & turpiter conuerſatur, & ſi ſtuprari non patiatur, quia ēt ſine ſtupro inhoneſtè

viuere dicitur, & probata in genere mala virorum conuerſatione dicitur probata in honeſtas. Bald. in conſil. 207. Quia dicta Pagoniſſa. lib. 4. Angel. de teſtamen. in glo. 46. num. 3. dicit conueniri honeſtati, à nemine, nec manibus tangi, vt poſſit legatum conſequi, quia manuales tactus ſunt præludia adulterij, ſeu ſtupri. l. 1. glo. & Bartol. de extraordin. crimin. l. quod ait lex, & ibi gloſ. & Bartol. Didac. in epitome de matrimon. ca. 7. §. 6. numer. 3. in fine, & iuxta illud, Viſus, & Alloquium, Tactus, poſt Oſcula, factum. facit Dec. in rubr. C. de edend. num. 1. & 2.

26 Verum non dubitatur honeſtatem amiſiſſe, quæ propter delictum, quod infamiam irroget, fuit condemnata, & ideo non poterit conſequi legatum ſub conditione honeſtatis relictum, Paul. Pic. in l. Titia §. Titia cum nub. ret. num. 149. in fine. ff. de leg. 2.

27 Illa vero, quæ per vim fuit ſtuprata certũ eſt honeſtatẽ non amiſiſſe c. 1. & ſeq. 32. q. 5

28 Et quando conditio uiduitatis in teſtamenti parte inducta dicitur cenſetur repetita in toto teſtamento Dec. in conſ. 190. per totum. Caſtren. conſ. 11. in fine lib. 2. Natta conſ. 459. Surdus de alimentis tit. 9. qõ. 30. num. 43. late Simon de pretis de interpret. ult. uolunt. lib. 4. dub. 10. nu. 103. 104. & ſequen. Quod intellige ſecundum diſtinctiones, quas faciunt, & ſecundum generales regulas repetitionum, de quibus inf. par. 2. c. 1 q. 18. & 19. de hac conditione illius obſeruantia, atque interpretatione, quatenus attinet ad præſumptam mentem diſponentis multa tradit Menoch. de præſump. lib. 4. prę ſumpt. 187.

SVMMARIVM.

1 *Conditio ſi filios ſeu liberos habuerit, natiuitate vnius, & ſi deceſſerit impletur.*
2 *Idem de conditione, ſi filios educauerit.*
3 *Idem de conditione ſi contigerit filios ex ſe natos habere.*
4 *Conditio, ſi filius meus filios non habuerit, ſubſtituo Titium, ſi habuit, & deceſſerint ante patrem, an Titius ſubſtitutus admittatur, uel potius proximiores filij instituti.*
5 *Tunc importat extremitatem temporis.*
6 *Si liberos habuerit non impletur, quando habuit, & ſuperſint tempore mortis ad ſubſtitutum excludendum.*
7 *Si nupſerit momento temporis inſtituto excludunt ſubſtitutum.*
8 *Fideicommiſſum ſemel purificatum non renaſcitur.*
9 *Conditio, ſi liberos habuerit intelligitur de natis legitimo tempore, ut ſecundum naturam viuere poſsint.*
10 *Teſtatorem nolle tranſire bona ad extraneos conijcere ex vltima ſubſtitutione facta de agnatis, & ex prohibitione alienationis.*
11 *Conditio ſi liberos habuerit, non impletur per adoptionem.*
12 *Conditio debet impleri naturaliter, et vere, nõ per fictionem.*
13 *Grauatus non debet habere facultatem deludendi ſubſtitutum.*
14 *Conditio, ſi liberos habuerit, non impletur per arrogationem.*
15 *Impletur ſi eſſent adoptati ſeu arrogati ante teſtamentum teſtatore ſciente.*
16 *Id non procedit in Regno Franciæ.*
17 *Impletur dicta conditio in adoptatis à teſtatore loco nepotum.*
18 *Impletur per adoptionem factam ad inſtantiam ipſius teſtatoris grauantis per hæredem grauatum.*
19 *Impletur dicta conditio per adoptionem factã ab hærede grauato, qui non poteſt habere, niſi filios adoptiuos.*
20 *Impletur d. cõditio per adoptionem ſi dixerit ſi liberos legitimos, vel legitimos tantum, vel naturales tantum habuerit.*
21 *Niſi ex alijs verbis teſtamenti appareat de contraria voluntate teſtatoris.*
22 *Non impletur dicta conditio, ſi ſub ea inſtitutus nullos alios liberos habeat, quam quos teſtamenti facti tempore habebat.*
23 *Non impletur ſi filius mortuus natus ſit.*
24 *Non impletur conditio iniuncta vxori ſi ex alio, quam ex teſtatore liberos habuerit.*
25 *Niſi teſtator dixerit, etiam ſi ex alio fuerint ſuſcepti.*
26 *Impletur per filios natos in figura matrimonij.*
27 *Impletur per filios natos ex primo, vel alio matrimonio fratris.*
28 *Non impletur dicta conditio ſi filij declinent ad monſtrum.*
29 *Filij declinantes ad monſtrum, quantum ad conditionem matrimonij; vt dicatur impleta, dicuntur filij.*
30 *Nõ dicetur d. conditio impleta ad effectum excludendi ſubſtitutum per filios deportatos.*

Impleta

31 *Impleta dicitur,& ſi filij ingrediantur monaſterium,vel clericatum ſuſcipiant.*

32 *Niſi illa deficiente ſit illi aliquis ſubſtitutus.*

33 *Impleta dicitur ſi ſubſtitutus ſub ea deceſſerit relicta vxore pregnante.*

34 *Impleta dicitur ſi grauatus, quando decedit habeat nepotes ex filio,vel filia.*

35 *Impleta dicitur per filium extractum exciſo ventre matris.*

36 *Impleta dicitur , ſi habuerit filios naturales.*

37 *Impleta dicitur dicta conditio. Si habuerit filios naturales legitimatos per reſcriptum principis.*

38 *Impleta dicitur conditio,ſi habuerit filios naturales, & illos per ſubſequens matrimonium legitimauerit.*

39 *Etſi matrimonium fuerit in articulo mortis contractum.*

40 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium vt ſit valida,qua requirantur.*

Caput Duodecimum.

1 SI liberos habuerit iſta conditio exiſtit,& impletur ſi filius natus ſit, nec obeſt, ſi is deceſſerit.l. cum vxori.C. quan. dies leg.
2 ced. Et ſimiliter eſt,ſi dictum ſit,ſi filios educauerit, nam ſi illos procreauerit, quamuis ſuperſtites non reliquerit, conditio nihilominus intelligitur extitiſſe l. hæredibus. in princ.ff. ad S.C. Trebell.& ibi Bartol. Idem
3 ſi dictum fuerit, ſi contigerit, eum filios ex ſe natos habere,quia tunc ſufficit ſemel habuiſſe, quamuis poſtea ſine liberis deceſſerit.l.ſi vir vxori.ff.de condit.& demonſtrat. Ang.in conſ.364.nu.1. Quod abſolute procedit in iſtis terminis,ſi liberos habuerit,vel ſi educauerit,nam talis inſtitutus pro conſequutione hereditatis ſufficit,quod ſemel habuerit, licet poſtea ante eum deceſſerit ſecundum allegata iura.
4 Difficultas inde oritur. Si teſtator filium inſtituit, & dixerit . Si filius meus filios non habuerit,ſubſtituo ei Titium, & ſi defuncto teſtatore conditio ſit purificata, quia filius liberos ſuſcepit, ſed hi deceſſerint ante patrem, an Titius ſubſtitutus admittatur,vel potius hæreditas vadat ad proximiores inſtituti filij, ſtante,quod ſemel liberos habuit,& ſic ſecundum prædicta iura conditionem impleuit,varij in hoc ſunt Doctores. Nam Iacob.de Aret.& Alberic. in l. ex facto §.penult.ff.ad S.C. Trebell. dicunt ſubſtitutum non admitti,quia conditio per dictam l.cum vxori.fuit impleta,& per l.hæredibus in princ.ff.ad Trebell. Aliud ſenſit Cuman.in l.in ſubſtitutione.num.2. verſic. per hoc videtur. ff. de vulgar. & pupillar. & id ex præſumpta voluntate teſtatoris, quia teſtator videtur,ſe voluiſſe referre ad filios, qui tempore mortis ipſius filij ſuperſunt,de quo tempore agitur de ſucceſſione legitima liberorum,de qua teſtator videtur conſideraſſe , vt in dicta l. in ſubſtitutione in fine. Verum huic fundamento reſpondet Alexã. in dicta l.hæredibus,quod illud ibi procedit ſecundum intellectum gl.propter. dictionẽ
5 tunc,quæ ſignificat extremitatem temporis vt notat etiam ibi Bar.& eſt tex.in l.ſi ijs legatis.§.1.ff.de cond. & demonſtr. & Socin. ſen.in l.ſolemus.nu.3.ff.de cond.& demon. dicit conditionem præfatam ſatis eſſe impletam,ſi filij ſemel extitiſſent, licet poſtea deceſſerint per dictam l.hæredibus,& l.ſi quis hæredem.ff de inſt.& ſubſt. Sed hoc reſtringit niſi aliud appareat de mente teſtatoris, vt eſt caſus in l.Lucius.2.ff. de hæredib. in-
6 ſtituen.vbi hæc cõditio, ſi liberos habuerit, non impletur,quando habuit,& non ſuperſunt tempore mortis; Et ratio eſt, quia filij fuerunt poſiti in conditione,vt excluderent ſubſtitutum,vt colligitur ibi in fine, & ideo debent ſupereſſe tempore mortis, vt ſubſtitutum excludant, qui alios erit admittendus,vt intelligit,& declarat Bar.in l.liberorum.num.18.in fine.ff.de verb. ſignif. Soci. in dicta l.ſolemus num.4.ita intelligit l.ſi inter virum.ff.de reb.dub.l.in ſubſtitutione in fine.ff.de uulg.& pupill. l. ex facto §. ſi quis autem.ff.ad Trebell.idem ſenſit Iaſ.in dicta l.in ſubſtitutione.num.10.uer. Nam aduertendum,& in l.ſi quis hæredem.num.11. C.
7 de inſt.& ſubſt. Verum ſi momento temporis liberi ſuperſint inſtituto , ſubſtitutus prorſus excluditur. Soc. ubi ſupra nu.5. Bal. in c.1.§.cum eſſet.tit.epiſc.uel Abb.Alex.in conſ.139.num.3.lib.6.Rui.in conſ.125.nu. 1.& in conſ.153.nu.5.lib.2.& in conſ.132. num.5.& in conſ.133.nu.1.lib. 3. Iacob. de Sancto Georgio in Inueſt.feud.in uerbo fœminis.num.11.
8 Et cum ſemel fuerit purificata conditio, &extinctum fideicomiſſum non renaſcitur, quamuis poſtea ultimus decedat ſine liberis,ut dicit Bald.in l.ult.num.45. C. de hæred.inſt.in hoc propoſito eſt tritum uulgatum conſ.Oldradi.21.& 141.& 177. quem

Digitized by Google

Alciat.reſponſ.99.num.20.21.& 22.&Menoch.in conſi.200.num.95.& in conſi.333.num. 24. Quod tacito Oldrado authore dicit Ioann.Andr.in additio.ad Specul.in Titu.de teſtamen.incipien.Quęſtio talis eſt,ſequitur Caſtren.in dicta l.ex facto.§. penult. ff.ad Trebellian.Abb.in conſil.40.numer.1.li.1.Alexan.in conſ.31.col.1.verſ. & quamuis lib.3.Iaſ.in l.in ſubſtitutione num.10.ff. de vulgar.& pupil. Dec.in conſil.63.num.2.& 205.numer.8.ver.non obſtat,& in conſil. 211.nu.5.& in conſil.218.num.7.& 8.& in conſ.269.num.13.& in conſ.511.num.1.& 2.& in conſ.585.num.2.& 3.Pariſ. in conſ. 18.nu.4.& conſ.44.nu.3.lib.2. multos congerit Tiraqu. in l. ſi vnquam in illis verbis, ſuſceperit liberos nu.253.de reuoc.don.Gabriel.de fideicom.lib.4.concl.7.nu.1.Et hoc ſane intelligitur.

9 Primum,ſi filius legitimo tempore ſit natus,ita vt ſecundum naturam viuere poſſit. l.ſeptimo menſe.ff.de ſtatu hominum.l. Gallus in princip.ff.de liber.& poſthum.l. inteſtato §.vlt.ff.de ſuis,& legit.l. quod certatū eſt ff.de poſthum.hæredib.inſtituend. Soci. in conſ.275.num.2.lib. 2. & in l. cum auus. num.110.ff.de cond.& demonſtr. cum alijs, quos congerit Tiraq.in l.ſi vnquam, ibi ſuſceperit liberos.num.167.de reuocand. donat.

10 Deinde niſi ex legitimis coniecturis appareat, quod teſtator noluerit bona tranſire ad extraneos hæredes veluti ſi in vltimo gradu ſubſtitutionis agnati eſſent ſubſtituti, & facta eſſet prohibitio alienationis, vel quouis alio modo talis voluntas teſtatoris comprehendi poſſit Curtius iunior, in conſil. 121. numero decimoquinto. Crauetta in conſilio vltimo,numer.16.libro ſecundo.Pariſ.in conſil.75.num.40.& 51.lib. 2.Socin.iun.in conſil.42.num.5.& 254.libr. 1.Gabr.in dicta conclu.7.nu.4.de fideicom. lib.4.quod declarat Crauetta, in conſil.98. num.14.

11 Sed propoſita conditio.Si liberos habuerit &c. non dicitur impleta, ſi illos habuit per adoptionem.l.ſi ita.53.§. final. ff. de legat.2.vbi gloſ.in verbo conſequi.& Bartol. numero primo,& ſecūdo,& l.fideicommiſſum.74.ff.de condit.& demonſtr.Rimin.in conſi.324.& ratio eſt,quia verba ſunt naturaliter intelligenda,non fictè l.vlt.ff.de his, qui veniā ętatis.Diuus Ambroſ.in epiſt.43. li.6.ad Siſennium verſ. Namque aut natura liberos ſuſcepimus aut electione & ideo teſtator de naturalibus uidetur ſenſiſſe,in quibus habet locum naturalis affectio.l. generaliter.ff.de inſtit.& ſubſtitu.l. cum acutiſſimi. ff.de fideicom.& l.cum auus.ff.de condit. & demonſtr.

12 Vnde cum verum ſit, ſine liberis deceſſiſſe,non debet ſubſtitutus propter filios adoptiuos excludi, quia conditio debet adimpleri naturaliter, & vere non per fictionem. l.qui hæredi,& l.Meuius.ff.de condit.& demonſtrat.

13 Secunda ratio eſt,quod non debet eſſe in poteſtate grauati ſubſtitutum deludere, vt in dicta l. fideicommiſſum ibi. adoptionis commento, quod eſſet facile per adoptionem extinguere fideicommiſſum,quod non eſt dicendum,vti etiam ſentit Bar.in l.ſi cognatio ſub.num 1.verſ.oppono.ff. de rebus dub.& Cuma.in l.ſi ita quis §.1.ff. de leg.2. Ioann.Andr.in addit.ad ſpecul.in tit. de ſucceſ.ab inteſtato ad finem ſequitur Alexand. in conſ.2.num.51.lib.1.Socin.ſen. in conſi 226.num.8.& 9.lib.2.ſequitur Curt.iun. in conſ.145.num.21.in fine, & 22.comprobatur per l.nec ei.§.1.ff.de adopt. quam Ruin. in l.Gallus.§.& quid ſi tantū nu.29.et 30.et alius nu.48.ff.de lib.& poſth.num. 12. & in l.commodiſſime nu.22.eod. Quod idem dicendum de filio arrogato ſecundum Soci.in dicto conſ.226.num.7.in fine lib.2.

14 Iſtud enim, quod dictum eſt cōditionem illam non impleri, ſi habuerit filios adopti-
15 uos eſt prius reſtringendum. Niſi filij eſſent ante factum teſtamentum adoptati ſciente teſtatore, quia in his ceſſat ſuſpitio, & commentum fraudis. l. cum oratio. §. ex bonis & l.1.ff. de bonis damnat. Ruin. in l. Gallus §.& quid ſi tantum.numer.30.ad finem.ff.de libr. & poſthum. ſequitur Tiraq. in l.ſi vnquam in verbis ſuſceperit liberos. numer.17.de reuocand.donatio.ubi ſubdit.

16 Non procedere in Regno Francię,ut tradit Maſuer.de Probat.uerſ. Item et ſi defectus, & Gulielm.de Benedic.in repetit. cap. Rainaldus in illis uerbis,et uxorem nomine Adelpham numero 758. et alias ſub eiſdem uerbis in quinta deciſ.num.178.et ſequentibus, et argumento l. unicæ §. ſin autem ad deficientis C.de caduc. tollend. ita etiam reſtringit Alciat.lib.3.de uerb. ſignif. ſub. nu. 12.uerſ.quam ſententiam, iura ſuperius allegata loquuntur de adoptione poſt teſtamentum ſubſequuta, et teſtatore inſcio,

& infra

& infra part.2 ca.1.quæſt.103.ſub num. 14.
17 Secundo reſtringendum eſt,vt habeat lo
cum in filijs adoptatis ab eo, qui reſtituere
ſit grauatus,non in adoptatis ab ipſo teſta-
tore in locum nepotũ, quaſi fuerint ex filio
nati Bar.in l.ſi cognatis ſub num.1.verſ.op-
pono prout hæc lex intelligitur. ff. de rebus
dub.Imo.in d.l. fideicommiſſum circa prin.
ff.de cond.& demonſtr.Soci.ſen.in d.l.ſi co-
gnatio nu.20.& Ripa in l.ex facto §. ſi quis.
18 rogatus nu. 34. Vel ſit facta ab hærede gra-
uato ad inſtantiam ipſius teſtatoris grauan-
tis Soci.Bar.& Imol.vbi ſupra,communem
dicit Tiraq. qui alios refert in dicta l. ſi vn-
quam in verbis ſuſceperit liberos nu. 20.de
reuocan.donat.& Rip.vbi ſupra num.34.
19 Tertio limitari debet, niſi teſtator eũ gra
uaſſet, qui non poſſit habere niſi filios ado-
ptiuos. Dec.in c.præſentia. num.32. de pro-
ba.Ripa in dicta l.ex facto §.ſi quis rogatus.
num.35.l.Sed & quæſitum & ibi Aret. ff.de
liber.& poſthum.& infra part.2.c.1. nu.15.
verſ.limita.30.
20 Quarto limitatur,niſi teſtator dixerit. Si
liberos legitimos,& naturales habuerit, vel
legitimos tantum,vel naturales tantũ,tunc
enim filij adoptiui implent conditionem,&
excludunt ſubſtitutum, quia filij adoptiui
dicuntur legitimi ſecundum gloſſ. commu-
niter receptam in dicta l. ex facto §. ſi quis
rogatus.ff.ad Trebellian.& gloſſ.Inſti. de a-
dopt.in prin.& facit l. non facile §.1.de gra
dibus affinitat.alias verbum illud,vel legiti-
mis tantum, eſſet ſuperuacaneum, niſi de a-
doptiuis intelligeretur, quæ ſuperfluitas
etiam in verbis teſtatoris eſt uitanda. lege ſi
quando ff.de leg. 1. & ita reſtringit. Alciat.
in rubr.ff.de liber.& poſthum.nu.12. & lib.
3.de verb.ſignif.ſub.num 12.in uerſ. idem-
21 que certius, niſi ex alijs verbis teſtamenti
appareret de contraria voluntate teſtatoris.
Dec.in conſil.399. numer. 4. verſ. ſed diffi-
cultatem non paruam, & Curt. iun. in ea-
dem cauſa in conſil.145.num.1.& 2. & nu-
mer.11.cum ſequent. licet contrarium ſen-
tiat Rui.in conſ.173.quando ſubſtitutus nõ
fuerit citatus,cum adoptio facta eſt,cui opti
me retenta prima Decij,& Curtij opinione
reſpondet Cardin.Mantica de coniec.li.11.
tit.8.num.9.& ſeq.& infra par.2.c.1.q.113.
nu.22.& late hanc eandem materiam reaſſu
mit Pereg.de fideicom. art.22.ſub.num.91.
& ſeq.vſque in finem,& infra par.2.ca.1.q.
103.ſub.num.14.

22 Secundo propoſita conditio ſi liberos ha
buerit non dicitur impleta ſi ſub ea inſtitu-
tus nullos alios liberos habeat, quam quos
teſtamẽti facti tempore habebat.l.ſolemus.
9.vbi gl.& Bar.ff.de cond.& demonſtra. fa-
ciunt allegata ſuperius in cap.8.ſub.num.5.
prope finem.
23 Tertio pariter non dicitur impleta, ſi fi-
lius mortuus natus ſit. l. qui mortui 29. vbi
gloſſ.ff.de verbor.ſignificat.l.ex facto §. pe-
nultim.ff.ad Trebellianic. Angel. in tractat.
de teſtamen.gloſſ.79. numer. 10. ver.quæro
quid ſi teſtator.et Bono.à Curtil.de nobili-
tate par.4.numer. 42. & infra capit. 13. nu-
mero 4.
24 Quarto non dicitur impleta conditio pro
poſita. Si vxor legataria ex alio, quam ex te-
ſtatore liberos habuerit. l.cum vir. 25.vbi
gloſſ.& Bartol.ff de condition. & demon-
25 ſtration.& l.ſi vir vxori.ff.eod. Niſi ſpecia-
liter ipſe teſtator expreſſerit,etiam ſi ex alio
poſt mortem ſuam fuerint ſuſcepti. l. ſed &
ſi ſpecialiter. 60. in princip. ff. eodem, vbi
Doctores. Boerius in deciſion.276. & Car-
dinalis Mantica de coniect.libro 11.titul.8.
num.29.
26 Limita, niſi fuerint ex alio,ſed in figura
matrimonij ipſius teſtatoris:nat.controuer-
titur apud Card.Manticam in tract.de con-
iect.lib.11.tit.8.num.24.et 25.
27 Et prædicta non procedunt in legato fa-
cto fratri, et filijs fratris, quia ueniunt filij
tam primi quam ſecundi matrimonij, vt in
ſpecie poſt alios. Surdus in cõſ.72. legatum
quod fecit.lib.1.
28 Quinto non dicitur impleta. Si liberi ad
monſtrum declinent, liberi enim non ſunt,
qui contra formam humani generis conuer
ſo more procreantur, veluti ſi aliquid mon-
ſtruoſum,uel prodigioſum natum ſit.l. non
ſunt liberi.ff. de ſtatu homin. et ideo neque
præteriti rumpunt teſtamentum, neque pa-
rentibus ſuccedunt. l. quod certatum eſt. ff.
de hæred.poſthum.inſtituend.neque exclu-
dunt ſubſtitutum Bartol.in dicta l.non ſunt
29 liberi, quod quantum ad hoc, vt conditio
matrimonij appoſita videatur impleta, di-
cuntur filij vt l.quæret aliquis. ff. de verbo-
rum ſignificat. ſed non quantum ad ſucceſ-
ſionem paternam,et ad excludendum ſubſti
tutum Bartol.in l.filiusfamil.§.cum quis.ff.
de leg.1.
30 Sexto ad effectum excludendi ſubſtitutũ
nõ dicitur impleta,ſi q̃s habeat filios, et illi
ſint

Digitized by Google

ſiue deportati. l. ex facto §. ex facto. ff. ad Tre bell. & ibi Bart. num. 5. Alex. num. 3. & Ripa num. 13. Soci. in l. cum auus. num. 107. ff. de cond. & demonſtr.

31 Verum ſi inſtitutus ſub illa conditione ingrediatur monaſterium, vel clericatum ſuſcipiat, non dicitur deficere, ita vt ipſe, & monaſterium pro eo non conſequatur hęreditatem, quoniam nihilominus ad eam admittuntur §. ſi quis ſub. vbi Bartol. auth. de ſanctiſs. Epiſc. alligata ſupra in cap. 8. num. 5. Alexand. in conſ. 121. num. 67. & 8. col. 2. Fel. in rubr. de maiorir. & obed. Quòd intellige, niſi illa conditione deficiente alius & ſit ſubſtitutus, qui hoc caſu non excluditur, quia ingreſſus monaſterium habetur pro mortuo, & non poteſt ſuccedere. Bar. in l. filiusfam. §. cum quis in fine. ff. de leg. 1. Bald. in l. cum acutiſſimi num. 12. ff. de fideicom. Bart. & Ang. in l. vlt. C. quan. & quib. quarta pars, lib. 10. Ianchar. in conſil. 396. num. 1. Imo. in l. Lucius, la 2. num. 3. ad finem, & num. 4. ff. de hæred. inſt. Paul. de Caſtro, in l. ex facto. §. 1. num. 3. ff. ad Trebell. Alexan. in conſ. 13. num. 7. li. 3. Soci. ſen. in l. cum auus, num. 99. ff. de cond. & demonſtr. & in conſi. 92. nu. 4. lib. 1. Boe. in deciſ. 354. circa finem. Crauet. in conſ. 287. in fi. verſ. ſecundo principaliter.

33 Rurſus deficere non dicitur, ſed impletam, eſſe ſi inſtitutus ſub ea deceſſerit relicta vxore prægnante l. ſed & ſi 20. vbi gl. & Alex. ff. ad Trebell. l. is cui. 18. ff. quand. dies leg. ced. vbi glo. & l. intelligendus. 153. vbi gl. ff. de verb. ſignif. & l. ſi quis 148. vbi glo. ff. de reg. iur.

34 Item ad effectum excludendi ſubſtitutũ deficere non dicitur, ſed adimpleta, ſi grauatus habeat nepotes ex filio, quãdo decedit, ſeu ex filia. Bal. in conſ. 13. num. 3. lib. 3. Roma. in conſ. 148. Caſtren. in conſ. 164. num. 4 lib. 1. & in conſ. 338. num. 2. libr. 2. differit firmat, & extendit Cardinalis Mantica de coniect. libr. 11. tit. 8. num. 20. uſque ad 24. et Peregr. artic. 22. ſub num. 44. & ſequentibus.

35 Item non dicitur deficere, ſed impleta, ſi filius non ſit natus, ſed exciſo ventre matris ex vtero extractus Bal. in conſ. 122. nu. 1. lib. 1. & in conſil. 128. in fine lib. 1. Socin. ſen. conſil. 197. lib. 2. Zanchus in l. hæredes mei. §. cum ita in 4. par. nu. 86.

36 Deficere pariter non dicitur, ſed eſſe impletam ad effectum excludendi ſubſtitutum ſi habuerit filios naturales l. ex facto §. ſi qs rogatus. ff. ad S. C. Trebell. & ibi Bart. Ang. Imo. Alex. num. 5. in fine controuertitur, & firmatur apud Cardinalem Manticã in tractat. de coniect. li. 11. tit. 9. num. 1. & ſequen. & limitatur per eundem ibidem multis modis ſub. num. 5. & ſequen. & apud Peregr. de fideicom. art. 22. ſub. num. 79. & ſequentib.

37 Item deficere non dicitur, ſed eſſe impletã ad effectum excludendi ſubſtitutum, ſi filios naturales habuerit, & illos legitimatos per reſcriptum Principis, ij enim, vere & proprie dicuntur legitimi, auth. quib. mod. natur. effic. legit. in nigro, & rubro, & nihil differũt à legitimis §. ſit igitur licentia, ibi, nil à legitimis differentes eadem, quod late exornat Cardinalis Mantica, in dicto tract. lib. 11. tit. 10. num. 9. & ſequent. Et ſuperius firmat excludere ſubſtitutum ſub numer. 9. ver. contrarium, & teſtatur hanc eſſe magis communem in ver. Hæc autem, & dicit in multis caſibus non controuerti apud Doct. quos enumerat ibi num. 17. & ſequen. & illam extendit, & poſtea in multis caſibus limitat à num. 22. vſque ad finem per extenſum doctiſſimæ more ſuo, quod idem latiſſime poſt eum reaſſumit Peregr. de fideicom. art. 23. per totum. Surdus conſ. 1. per totum. Et quia multi uolunt, quod ad hoc, vt legitimatus excludit ſubſtitutum, vti ſupra extat firmatum, quod ſubſtitutus ſit citatus in actu, legitimationis, ideo hanc quæſt. idem Cardinalis examinat ad lõgum in dicto lib. 11. tit. 11. per totum, & firmat ibi non eſſe neceſſarium.

38 Item deficere non dicitur, ſed eſſe impletam ſi habuerit filios naturales, & illos per ſubſequens matrimonium legitimauerit, ij enim regulariter excludũt ſubſtitutum, iſta enim legitimatio eſt omni alia longe fauorabilior, & potentior, ut dicit Bald. in conſi. 319. num. 1. lib. 4. & in ca. innotuit num. 12. in fine de elect. Tiraqu. de iure primogeniorum. quæſt. 54. numer. 28. dicit, quod ſit per Deum propter pœnitentiam, & conuerſionem, quæ fit ad eum per ſequens matrimonium hanc eandem materiam late perſequitur, & exornat Cardinalis Mantica, ubi ſupra lib. 11. tit. 12. & ſub num. 5. & ſequen. vt locum habeat, enumerat requiſita ad eam, poſtea ſub num. 8. et ſequen. illam in contrarium deducit in diuerſis caſibus, et per contrarietates confirmat, et in multis caſibus reſtringit, et limitat.

Et

39 Et hoc idem poſtea in tit.13.extendit etiã
ad matrimonium contractũ in articulo mor-
tis, vbi licet multi ſaciant differentiam, fir-
mat, filios iam natos ex hoc fieri legitimos,
& excludere ſubſtitutum ex conſ.Ceph.239.
num.17.& alijs ibi ad longum adductis ſub.
nu.2.& 5.et ſequent. ſequitur et alios infini-
tos adducit Peregr.de fideicom.art.24.per to
40 tum. Tamen ſunt neceſſaria illa quinque re-
quiſita de quibus per Peregrin.poſt alios ubi
ſupra ſub num.47.vſque ad 59.fol.228.& ſe
quent.et infra part.2.c.4.q.8.prope finem.

S V M M M A R I V M.

1 Conditio ſi ſine liberis deceßerit exiſtit, ſi ſine filijs mortuus fuerit.

2 Et continet duas conditiones mortis, & liberorum.

3 Deficit ſi filios reliquerit.

4 Impleta dicitur, ſi ex ventre relicto poſthumus mortuus natus ſit.

5 Deficere faciunt filij naturales legitimati, etiã poſt ſubſequens matrimonium in articulo mortis contractum.

6 Deficere facit vnus filius, licet ſit concepta in numero plurali.

7 Siue ſit maſculus, ſiue fœmina.

8 Appellatione liberorum in ultimis uoluntatibus continentur fœmina.

9 Maſculinum continet fœmininum.

10 Si deceſſerit ſine filijs, debet referri ad intellectum iuris communis.

11 Filij grauati excludunt ſubſtitutum, ſub conditione, ſi ſine liberis deceßerit.

12 Voluntas teſtatoris ſemper eſt ſpectanda.

13 Deficere non faciunt, conditionem iſtam filij adoptiui.

14 Nec concepti poſt deportationem.

15 Nec deportati, & banniti.

16 Nec filij, qui ſunt apud hoſtes.

17 Nec filius, qui ſimul cum Patre interijt.

18 Deficit tam in maſculis, quam in fœminis, & ſi ſit tacita.

19 Deficit, ſi filij ingrediantur monaſterium.

20 Conditio, ſi ſine filijs maſculis deceßerit, quid importet.

21 Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, tacitè intelligitur.

22 Conditio iſta, quando præſumatur extitiße.

23 Et facta duobus, uel pluribus, quando cenſeatur, altero inſtitutorum ſine filijs decedente purificata.

24 Si deceſſerit ſine filijs maſculis effectus.

Caput Decimotertium.

SI ſine liberis deceſſerit præcedenti, ſi li-
1 beros habuerit contraria exiſtit, & im-
pleta dicitur, ſi inſtitutus grauatus fuerit
mortuus poſt ſe filijs non relictis. l. ex facto
17.§.ſi quis autem, vbi gl.& Bart.ff.ad S.C.
Trebell.Anchar.in conſ.74.num.1.Crauet.
in conſ.98.num.1.& 4.Puteus deciſ.55.lib.
1.Cephal.conſ.269.num.1.lib.2.conſ.283.
num.6.eod.lib.2.Rauder.de Analogi.c.34.
num.318.& infra par.2.cap.6.quæſt.4.verſ.
ſed Fulgoſius & Cum. contra Decium in l.
2 1.num.2.C.de pactis, oſtendimus verba iſta
duas continere conditiones, mortis ſcilicet,
& liberorum. Et deficit, impletaque non di-
3 citur, Si filios reliquerit. l. filiusfamilias. §.
cum quis. ff. de legat. 1. dicta l. ex facto §.
penult. & ibi Doctor. Cardinalis Mantica
de coniect.lib.11.tit.6.nu.6.& ſecundnm a l
legata in proximo pręcedenti cap.vel ſi vxo
rem reliquerit prægnantem l. ſi quis 148.
vbi gl. ff.de reg.iur.l.intelligendus.153. vbi
vbi gl. ff.de verb.ſig.l.ſed & ſed,& ſi 20. vbi
gl.in uerb.legatũ.& Alex.ff.ad S.C. Trebel-
lianic. & ſupra proximo præcedenti capite.
num.33.
4 Quod verum eſt, niſi ex uentre relicto
poſthumus mortuus natus ſit.l.is cui. 18.in
fine vbi gl.in verbo viuus.ff. quan. dies leg.
ced.& gloſ.in dicta l.ſi quis prægnante.ff.de
reg.iur.& l.qui mortui. ff.de verb.ſignif.ex-
cepto caſu l.hæredibus 77.ubi gl. & Bar.ff.
ad S.C. Trebell.ſupra c.proximo præceden-
te.num.23.
5 Hanc vero deficere faciunt filij naturales
ad effectum excludendi ſubſtitutum ſupra
dicto c.12.ſub.num.36.legitimati num.37.
etiam per ſubſequens matrimonium num.
38.& etiam in articulo mortis contractum.
num.39.
6 Item vno filio relicto intelligitur dicta
conditio defeciſſe, licet plurari numero ſit
concepta dicta l.ex facto 17.§.ſi quis autem,
ibi aut igitur.vbi gl.& Bart.ff.ad S. C. Tre-
bell.non eſt ſine liberis.ff.de verb.ſignifica.
Dec.in conſ.118.num.10.& in conſil.636.
num.4.l.pater Seuerinam.§.in fideicommiſ
ſo,& l.à filia ff.ad Trebel.gl.in dicta l.ex fa-
cto,in uerbo ex uoluntate, ubi Bart.num.5.
& Bal.in l.1.num.3.C.de condi.inſer. colli-
git, quod ſi extat ſtatutum, ut uir lucretur
medietatem dotis, ſi mulier deceſſerit ſine

liberis,

liberis, non intelligatur ſine liberis deceſ-
ſiſſe, quę vnicam filiam reliquit. concordan
tes allegat Mantica lib. 11. titu. 6. num. 8. in
trac. de coniecturis. Et ſiue Maſculus ſit, ſiue
7 femina d. l. non eſt ſine, & l. 1. de cond. in ſer.
& l. iubemus §. in autem. C. ad S. C. Trebell.
l. maximum vitium C. de liber. præter. Dec.
in conſi. 570. nume. 4. & 5. & antea Anchar.
in conſi. 120. circa finem ver. vlterius aduer
tendum Corn. conſi. 83. lib. 1.

8 Nã filiorũ appellatione ueniũt præſertim
in vltimis voluntatib. cõtinẽtur feminę l. ſi
quis ita in prin. ff. de Teſt. Tute. l. ſi ita ſcri-
ptũ. ff. de l. 2. l. iuſta l. quiſquis. ff. de verb. ſi-
9 gnifi. Et genus maſculinum continet ſem-
per femininum. l. qui duos in fine. ff de leg.
3. l. ſeruus legatis in princ. cod. Docto. in c. ſi
quis ſuadente. 17. quæſt. 4. & in c. in genera
li. de elect. in 6. & in l. ſi quis maior, C. de
tranſact.

10 Et ita verba ſi deceſſerit ſine filijs, de-
bent ad intellectum iuris communis refer-
ri arg. l. quæro §. inter locatorem. ff. locati,
& condict. l. Gallus §. quidam recte de li-
ber. & poſthum. c. cauſam quæ de reſcriptis.
Anchar. in d. conſi. 120. quo & feminæ, vt ſu
pra dictum eſt continentur. Et ideo filiæ
11 grauati excludunt ſubſtitutum ſub hac con
ditione ſi ſine liberis deceſſerit. Ioan. Andr.
in ca. Rainaldus de teſtam. Anto. de Butr. &
alij ibi Rom. in conſi. 148 nume. 5. Anan. in
conſil. 55. Alex. in conſil. 55. nume. 10. lib. 3.
Socci. ſen. in conſi. 185. lib. 5. & 227. eod li.
Dec. in conſil. 370. & 568. & alij infiniti
cumulati per Card. Mant. de coniect. lib. 11.
tit. 13. ſub num. 7. verſi. & hanc quidem ſen
tentiam.

12 Et niſi aliter appareat de voluntate Te-
ſtatoris, quod ſcilicet voluerit fæminas ex-
cludere, quod, vt proxime eſt firmatum, in-
telligi debet vt dicit ibi Cardinalis prædi-
ctus ſub. num. 8. 9. 10. & ſequen. vbi materia
controuertitur, & controuerſijs conciliatis
firmatur inhęrendo expræſſæ, & coniectu-
ratę voluntati teſtatoris, prout etiam deter-
minat Rota diuerſor. in deciſ. 374. nu. 3. &
4. par. 1. in Peruſina fideicommiſi. die. 9.
Maij. 1578.

3 Non enim propoſitam conditionem ſi
ſine liberis deceſſerit, faciunt deficere filij
adoptiui ſecundum ſuperius allegata in pro
ximo precedenti ca. 12. num. 11. quod limi-
ta, & reſtringe, vt ibi, in verſi. Iſtud enim vſ-
que ad num. 20.

14 Nec minus concepti poſt deportatio-
nem. l. ex facto. 17. §. ex facto. vbi gl. & Bart.
ff. ad S. C. Trabell.

15 Nec filij ipſi deportati, & banniti, & an-
notauimus ſupra in c. 12. ſub num. 30. verſi.
6. ad effectum.

16 Item illam deficere non faciunt filij, qui
ſunt apud hoſtes. l. etiam 141. ff. de verbo.
17 ſignifi. Hoc idem dicendum eſt de illo filio,
qui ſimul. cum patre interijt, ita vt incertum
ſit vter vtri ſuperuixerit d. leg. ex facto, §. ſi
quis autem vbi gl. quæ intelligit de impube
re, qui ob teneram ætatem præſumitur ante
Patrem deceſſiſſe.

18 Et Tacita conditio, quæ intelligitur in
perſona grauati ſub hac conditione ſi ſine
filijs deceſſerit, deficit tam in maſculis, quã
in feminis. d. l. cũ acutiſſimi, C. de fideicom.
& l. generaliter §. cum autem, C. de inſt. &
ſubſt. Dec. in conſi. 491. nu. 7. & ſupra verſi.
& ſiue maſculus.

19 Rurſus deficit, ſi filius ſeu filij ingredian
tur monaſterium, quod intellige vt ſupra c.
12. nu. 31. niſi alius ſit ſubſtitutus, quoniam
monaſterium tit. 7. & tit. 8. dicit, quando nõ
intelligatur.

22 Et an, & quãdo præſumatur extitiſſe late
diſſerit Card. in d. tract. lib. 11. c. 4. per totũ.

23 Et quando ſubſtitutio facta duobus, vel
pluribus inſtitutis ſub conditione, ſi ſine fi-
lijs deceſſerit, cẽſeatur, altero inſtitutorum
ſine filijs decedente, purificata, late tradunt
poſt alios Ripa in l. hęredes mei §. cum ita.
num. 129. Zanchuſin 8. par. nume. 192. ff. ad
S. C. Trebell. Card. Manti. late vbi ſupra lib.
11. tit. 5. per totum. & latiſſime: Menoc lib.
4. præſumpt. 186. per totã. Gozad. in conſi.
64. per totum, & de hac conditione nonnul
la repetit Simon de Prętis de Interpr. vlt. vo
24 lunt. lib. 3. ſolut. 3. num. 13. Si vero fuerit di
ctum ſi deceſſerit ſine filijs, vel deſcendenti-
bus maſculis quomodo cenſeatur purifi-
cata, & cuius ſit effectus, tradunt Mattheſ.
nor. 130. Soccin. ſen. conſi. 12. nu. 5. lib. 3. &
in l. Gallus. §. nunc de lege in 6. & 7. ff. de li-
beres poſthu. Paris in conſi. 8. num. 5. lib. 3.
Clemen. in conſi. 130. nu. 9. Card. Manti. de
coniect. lib. 8. ti. 9. nu. 7. eſſe quod Perugini
fidei commiſſis articu. 26. per totum, §. 246.
Rota diuer. Deus 69. 8. in 2. par. 1. Mandel.
conſi. 88. nu. 4. & ſequen. & in conſi. 87. nu.
11. conſi. 165. nu. 11. cõſi. 312. nu. 11. & cõſ.
329. nu. 14. & 464. nu. 2. & ſeque. & in conſ.
476. nu. 1. & ſeque. & conſ. 568. nu. 22.

SV-

SVMMARIVM.

1 Conditio ſi, vel dum cum liberis erit, à liberis nõ receſſerit, ſeu cũ liberis habitauerit, exiſtit & deficit vt ibi.

2 Non deficit ſi per legatarium non ſtet, quominus cum liberis commoretur.

3 Impletur ſe offerendo paratum cum liberis cõmorari.

4 Heredis in facultatem ſe exonerare in præiudicium legatarij eſſe non debet.

5 Impletur, ſi recedatur retinendo conſilium cõmorandi.

6 Deficere nõ dicitur, ſi quis receſſerit ob grauiorem ſeruitutem vitandam.

7 Deficere non dicitur, ſi liberi, cum quibus commorari debeat, mortui ſint.

8 Defectus conditionis in perſona illius, cuius fauore ſit legatum, non præiudicat legatario.

9 Deficere non dicitur, ſi is, cum quo morari debuit, aſsidue proficiſcatur per loca longinqua.

10 Deficere non dicitur, quando relictum non ſuperat onus.

11 Deficere non dicitur, quando quis fuit iuſta cauſa impeditus.

12 Adimpleuiſſe videtur is, per quem non ſtat, quominus impleatur.

13 Deficere non dicitur conditio commorandi cũ liberis ſi diuiſerint, & ſeorſum vnus ab alio habitauerint.

14 Deficere non dicitur, quando viget odium inter ipſos.

15 Nouerca non cogitur habitare cum priuigno, nec e contra propter odium præſumptum.

16 Odium præſumptum releuat ab onere probãdi.

17 Deficere nõ dicitur, qñ inter eos bis cogitatur.

18 Deficere non dicitur, quando ob ſæuitiam liberorum, ſeu hæredis non commoratur.

19 Deficere non dicitur, quando liberi, ſeu hæredes habent vxores rixoſas.

20 Deficere non dicitur, quando legatarius grauatus non poteſt honeſte habitare cũ hæredib.

21 Deficere non dicitur, quando legatarius haberet vxorem pulcram.

22 Deficere non dicitur, ſi liberi, cum quibus eſt comorandum, mortui ſint.

23 Deficere nõ dicitur, quãdo legatarius vult habitare cum ſua vxore, & filijs.

24 Deficere non dicitur, quãdo hæredes nulla neceſsitate coacti mutant domum, atque aliã habitant.

25 Hæres, cum quo habitandum eſt, non debet ad ſui libitum mutare domum.

26 Diſpoſitio qualibet intelligitur de rebus ſic ſtantibus.

27 Legatarius cum onere commorandi tenetur, ſi neceſsitate domus ab hærede ſit mutata.

28 Cauſa iuſtæ non commorandi quænam ſint reſidet in arbitrio iudicis iudicare.

Caput Decimumquartum.

1 SI uel dum cum liberis erit. Itẽ ſi à liberis
non receſſerit conditio frequẽtiſſime ad
ſcribitur, quę quidẽ exiſtit, & impletur, ſi cũ
liberis cõmoretur, & deficit, ſi à liberis rece
dat; quo caſu denegat actio ad emolumẽtũ
conſequendũ. l. ſi ea conditione, ubi gl. Bar.
& Bal. C. de cõd. in ſer. Anc. in cõſi. 118. n. 4.
Rol. in conſ. 22. nu. 9. li. 1. multos cumul. l. ꝙ
legatur, ff. de iudic. Ang. in l. cũ hi. §. uult igi
tur. ff. de Tranſa. Caſt. in l. diuortio. nu. 9. ff.
ſoluto matri. Rui. conſi. 81. nu. 3. lib. 2.
2 Qđ uerũ eſt niſi per legatariũ ſtet, quomi
nus cũ liberis cõmoretur. l. Titia 35. §. ſi ea
conditione ubi gl. & Bar. ff. de l. 2. l. qui cõcu
binã. 29. §. uxori in fine, ubi gl. & Bar. ff. de l.
3 3. & ſupra c. 6. n. 58. & c. 8. n. 4. Ne aũt uidea
tur ſtare per legatarium quominus cũ libe
ris commoretur, ſufficit, ꝙ ſe ſe offerat para
tum cũ ipſis commorari, & ea facere, ad quę
tenetur; & poterit emolumentum relictum
petere, ut docet Alex. in conſi. 158. n. 2. li. 7.
per tex. in dicta l. qui cõcubinam. §. uxori, &
in l. illis libertis, & in l. ſi quis ita, ff. de cõd.
4 & dem. & per rationẽ, ꝙ non debet eſſe in fa
cultate hęredis ſe exonerare in pręiudiciũ le
gatarij, l. cętera, §. fi. ff. de l. 1. idẽ nulla facta
Alex. mẽtione cõcludit Nat. in cõſ. 387. n. 4.
5 Itẽ eſt uerũ, niſi talis grauatus, ſeu grauata
cũ liberis cõmorari recedendo retineat cõſi
liũ cõmorandi. l. ſi quis. 8. ubi gl. ff. de cond.
& dem. ubi Ba. dicit, quod qui cũ aliquo eſſe
debet, non tenetur cum eo omni momento
temporis commorari.
6 Itẽ eſt uerũ, niſi grauatus ob grauiorẽ ſer
uitutẽ uitandã à libetis receſſerit. l. Caio. 13.
§. fi. ubi gl. & Bar. ff. de alim. le. l. pe. ff. ubi, &
apud quẽ pupillus edic. deb. Bar. in cõſi. 21.
n. 6. li. 1. per l. qui concubinã, §. uxore. ff. de l.
3. l. annua in pri. & §. 1. ff. de an. l. Sal. in l. 1. n.
4. C. de l. Men. de Arbit. caſu 170. nu. 14.
7 Item uerum eſt, niſi liberi, cum quibus mo
rari debuit, mortui ſint. d. l. Caio. §. impera
tor ubi gl. & Bar. l. Stichus. 20. in pri. ubi gl.
& Bar. ff. de ann. l. et l. 1. C. de legib. Anch. in
conſ. 118. l. illis libertis. 83. in fine ubi gl. ff.
de cõd. et demo. quia, ut dicit Bar. ibi deficit

8 conditio in perſona illius, cuius fauore legatum fuit relictum. Hoc idem probat tex. in l. 1. C. de legatis, vbi notant omnes Doct. Caſt. in conſi. 167. col. 2. in prin. verſi. ſi vero ſtaret lib. 1. Dec. in conſi. 526. & 601 Rim. ſen. in conſi. 250. num. 8. Bertra. in conſ. 67. nume. 2. lib. 7. Durantes de arte teſta. titu. 6. caut. 56. in fine. Hac occaſione dubitant doctores, an emolumentum ſub illa conditione commorādi cum liberis relictum, ſit per eorum mortē extinctum, vel potius ipſa nō obſtante debeatur, cum in dubio ad commodum, & fauorem liberorum videatur factū, vt poteſt videri in d. leg. 1. C. de legatis. Sed hæc ad nos modo nō pertinent. & poterit cōſuli Signor. de Homod. in conſ. 179. n. 6. vbi dicit non deberi, & alij congeſti per Benin. in Deciſ. 98. nu. 2.

9 Item verū eſt, niſi is, cum quo morari grauatus iuſſus eſt, aſſidue proficiſcatur per loca longinqua. l. Meuiæ. 13. §. fin. vbi gloſſ. & Bart. de ann. l. quod boni viri arbitrio eſt declarandum ſecundum Bar. ibi.

10 Item eſt verum niſi is, cum quo morari iuſſus eſt, nihil amplius preſtet, quam eſt legatum. tractatur de hoc in d. §. ſi. verſi. Item quæritur, & in glo. ibi nihil amplius.

11. Item limitatur, nec eſt vera propoſita cōcluſio quod conditio deficiat, ſi cum liberis non commoretur, qñ legatarius iuſta cauſa impeditus non poteſt cum eis commorari, quia tunc, cū per ipſum non ſtet, emolumentum relictum nihilominus conſequetur ſecundum allega. ſuperius. num. 4. & Bart. in d. §. Imperator. nume. 2. Alex. in conſil. 178. nu. 5. verſi. circa ſecundū dubium. lib. 6. Iaſ. in l. ſi diuortio in prin. nu. 25. ff. ſolu. mat. Salic. l. 1. C. de l. nu. 4. & ante omnes id voluit Specu. in tit. qui filij ſint legitimi, §. 1. verſi. quid ſi dixit in Teſtamento. nu. 36. vbi allegat tex. in l. ſi quis ita legauerit. ff. de cōd. & demonſtr. Caſt. in conſi. 167. nume. 1. lib. 1. Natta in conſi. 387. n. 5. Ceph. in conſi. 429. nu. 90. per tex. in l. illis libertis verſi. Paulus
12 reſpōdit, ff. de cond. & demonſt. Et ratio eſt quia is adimpleuiſſe videtur, quando per eum non ſtat, quominus impleuerit ca. cum non ſtet. de reg. iur. in 6. l. Labeo ſcribit. la vltima. ff. de contrahen. empt. cum alijs apud Ceph. in d. conſi. 429. Et iuſtæ cauſæ in ſpecie multę ſunt à diuerſis Doctorib. cōſideratę, quas placet inf. ex ordine numerare.

13 Prima enim ex iuſtis cauſis erit, quæ excuſat ab indicta commoratione cum liberis, ſi ipſi deuenerint ad diuiſionem, & ſeorſum vnus ab alio habitet, tali enim caſu grauatus ſeu grauata habitando cū vno implet, & emolumentū ab omnib. conſequetur, ęq; ac ſi cum omnib. commoraretur, quia ſtat per ipſos qui actum cōmorandi in ſimul reduxerunt per diuiſionē ad impoſſibilitatem, ita firmat Cuman. in conſi. 38. num. 3. verſic. & ad hoc me maxime mouet Rui. conſ. 80. col. 2. conſi. 81. col. 3. li. 2. Dura. de arte teſt. caute. 56. nu. 3. Rol. in conſi. 22. nu. 15. li. 1. & in conſi. 89. nu. 14. li. 3. Meno. de Arbit. iudi. ca
14 ſu 170. nu. 16. Secunda inter cauſas iuſtas nō cōmorandi annumerabitur, qñ viget odium īter ipſos l. ſi diſceptetur. ff. vbi. & apud quē pupil. educ. debeat. Iacob. de Arena, quē citat, & ſequitur Bald. in auth. hoc locū. nu. 3. C. ſi ſecun. nupſe. muli. vbi infert quod No-
15 uerca nō cogitur habitare cū Priuigno, nec e contra ꝑꝑ odium inter ſe preſumptū. Bal. in l. 1. nu. 9. C. de l. Bar. & Ang. in d. l. ſi diſceptetur. Anc. mod. in q. 1. nu. 27. li. 2. & hoc ſiue odiū ſit verum ſiue preſumptū, vt inter Nouercā, & priuignum, ſecundū ſupra relatos & Ancha. in d. q. arguendo à communiter accidentibus ſecundū Marſil. ſing. 1. & Euerard. loco 56.

16 Nam præſumptū odiū releuat ab onere probandi l. fina. in princ. ff. quod met. cau. l. ſiue poſſidetis. C. de proba. l. nupturę in fine ff. de iure dotium cum alijs apud Crauet. in conſi. 60. num. 7.

17 Tertia inter iuſtas non cōmorandi cauſas annūmerabitur, ſi inter illos lis agitetur. ita Iaſ. in conſ. 44. nu. 3. verſi. circa aliud quaſitum. li. 2. Rol. in conſi. 22. nu. 12. lib. 1. Men. de arbitr. caſu 70. nu. 16. Deciſ. Peruſin. 46. nu. 10. Anc. d. q. 1. nu. 23. Ludouic. Moli. de Primogen. Hiſpan. lib. 2. c. 15. nu. 74.

18 Quartā iuſtā non cōmorandi causā cēſuerunt ſeuitiam nimiam liberorū, ſeu hęredis, cū quo, ſeu quibus eſt commorandū, Bar. in conſi. 211. nu. 6. lib. 1. per l. qui concubinā §. vxore. ff. de leg. 3. l. annua in princ. & §. 1. ff. de annu. leg. Salic. in leg. 1. nu. C. 4. de lega. Anchar. in d. q. 1. num. 23. Menoch. d. caſu. 170. num. 44.

19 Quinta iuſta cauſa non commorandi erit quando liberi, ſeu hæredes haberent vxores rixoſas, cum quibus grauatus non poſſet commorari cum pace animi ſui, ut uoluit Caſt. in conſil. 167. li. 1. col. 1. in fine, Bero. in conſ. 52. num. 15. lib. 1. Anchar. in d. q. 1. nume. 23.

20 Sexta

20 Sexta iuſta cauſa uon commorãdi erit. ſi legatarius grauatus nõ põt honeſte habitare cũ hæredib. ſine periculo impudicitiæ arg. l.pen.ff.vbi pupil.per quam ita dixit Bar. in d.l.Caio §.imperator.nume.2.ff. de alimen. & cibis legat.

21 Quod idem erit. Si talis grauatus haberet vxorẽ pulcram,quia tunc non teneretur cõmorare, & nihilominus emolumẽtũ relictũ conſequeretur.Imo.& Caſt.in l.ſi cum dotẽ §.tranſgrediamur.ff.ſolu.matri, vbi dicunt, hanc eſſe iuſtã cauſam recedẽdi à Patre Bal. in l.1.nu.19.C.de leg.Rol.in d.conſi.22.nu. 11.lib.1.& in conſi.89.nu.14.lib.3.

22 Septima inter iuſtas non cõmorandi cauſas erit mors illorum cum quibus eſt cõmorandum per allega.ſuperius nu.7.

23 Octaua erit non commorandi cauſa qñ grauatus commorare vult habitare cum ſua vxore, & filijs non.n. debet vxor à marito, uel filius à patre ſeparari.l.poſſeſſionũ.C.cõmu.utriuſq; iudi.quam Bald.in l.1.§.uideamus,C.de rei uxor actio,& per illũ tex. hoc idem conſuluit Ioã. de Anania in conſi. 11. num.54.ubi Bologn.in addit.ſequitur Rol. in d.conſ.22.nu.13.facit Caſt.in conſ. 167. col.fin.verſi.quid enim lib.1.

24 Nono inter iuſtas non cõmorandi cauſas adnumerari poterit ſi hęredes ex eorum mera uoluntate nulla neceſſitate coacti mutarẽt domũ atq; aliam habitarẽt;ſecus ſi ex neceſſitate arg.l.qꝫ ſi quis.§.1.ff. locati , quam ad hoc ſpec.in ti.qui filij ſint legiti. §.1.nu 36.

25 quia Non debet hæres ad ſui libitum mutare domũ,& quia teſtator uidetur ſenſiſſe de Domo,quã tũc hęres habitabat non de alia, quia uerba non debent includere futura,ſed præſentia.l.ſi ita.ff.de auro,& argen.leg.l.fi. §.1 ff.de l.2.l.nomen.§.filio.ff.de l.3.Bal. in conſi.284.nu.1.lib.2.Capra in conſi.45.nu. 12.Cor.conſil.14.col.2.li.1.Rom.ſing.503. Soc.iun.in conſ.99.per totum li.3.Dec in c. quoniam Abb.nu.16.de offi.de leg. Menoc. conſi.97.num.30.

26 Et quælibet diſpoſitio intelligitur rebus ſic ſtantib.l. quod ſeruius ubi Iaſ.nu. 8.ff.de condit.cauſ.dat.Tiraq. in præfa. l.ſi unquã. nu.166.de reuocan donat. Boer. Decis.204. num.25.Crauet.conſi.95.nu.4.

27 Quod uero ſit licita mutatio ex neceſſitate,& grauatus tunc teneatur in ea commorari cũ hęredibus dicit Tiraq. qui multa cumulat de pęn.temp cau.23.per totam.Menoch. in conſi.31.num.9.& ſequen.

28 Et quæ ſit iuſta cauſa non cõmorandi,reſidet ut plurimũ in arbitris Iudicis , qui, ut inquit Caſt.in conſi.415.col.fi.lib.2.examinabit,an ſubſint cauſę pręnarratæ, inſpecta qualitate perſonarũ,ſeu aliæ ſequitur Men. in d.caſu.170.col.fi.lib. 1. mouetur per tex. cum ibi notat:per Bar.in l.ſi cum dotem §.ſi eo tempore.ff. ſoluto matrim. & uide infra, c.83.& in parte 2.q 86.

S V M M A R I V M.

1 *Conditio cohabitandi cũ liberis in Domo. vel cum hæredib.deficit ſi alibi habitetur.*

2 *Et talis grauatus non poteſt petere alimenta præterita.*

3 *Quibus verbis iniunctum habitandi onus.*

4 *Petens alibi,quam vbi ſunt relicta,plus petit.*

5 *Sic grauatus tenetur et comedere cum hærede.*

6 *Et in propria domo hæredis.*

7 *Nec excuſatur vxor tranſeũdo ad ſecũda vota.*

8 *Mortuis illis, cũ quibus eſt cõmorandum,legatum non deficit.Imo deficit,ſed non in legato alimentorũ quod procedit etiã in vſufructu reſtricto ad alimenta.9.10.& 11.*

12 *Non procedit in alijs legatis annuis, quod in legatis alimentorum.*

13 *Et in legatis alimentorũ non procedit, quãdo conſtat de contraria voluntate teſtatoris.*

14 *Nec quando teſtator alias non erat relicturus.*

15 *Nec quando onus equiualet legato.*

16 *Sub modo mixto relictum , illius defectus non uitiat, etiam quod legatum non ſit priuilegiatum,& extendatur etiam ad cõtractus, & omnes alios actus inter viuos. .& 18.*

17 *Modus participat de diſpoſitione.*

Caput Decimoquinto.

EST & alia conditio præcedenti proximæ ſimilis, quam frequenter adſcribunt homines eorum Teſtamentis contra
1 Vxores, dum eis aliquid relinqunt. Si , & dum eorum filijs habitauerint in domo; uel cum hæredibus Tunc enim uxor, ſiue aliquis alius legatarius ſub iſta conditione honoratus alibi habitans legatum non habebit,nec alibi ſibi dari petere poterit Bart. in leg. Caio. §. Imperator, ff. de aliment. & cib.legat. Alexandr. in conſil. 100.in princ. libro primo & in conſilio 38. colum. ſecunda libro ſexto, eſt tex. in leg. quod legatur, ff.de iudic. Angel. in leg.cum hi §.

vult igitur.ff.de tranſact.Rolan.in conſ.55.
num.9.lib.1.cum alijs allegatis in præcedē-
ti proximo c.14.num.1.Ex quo Bart.in con
ſil.211.nu.7.lib.1.inſert,quod talis legata-
rius,qui non habitauit in domo,non poteſt
emolumenta præteriti temporis puta ſi ſint
relicta alimenra,illa perere,quando fuerunt
ſub iſta conditione relicta,cum ſequitur Be-
ro.in conſi.185.num. 3. verſic. ex prædictis
lib.1.
3 Et tale onus dicitur iniunctum non ſo-
lum per prędicta verba,ſed etiam,ſi teſtator
dixerit, Relinquo tali alimenta cum filijs
meis,vel cum hæredibus meis, vel apud hę-
redes meos,vel in domo hæredum, vel do-
nec ſteterit cum filijs, vel dum habitauerit
cum hæredibus;quando enim vtitur ſimili-
bus verbis cenſetur voluiſſe, legatum puta
alimenta præſtari in domo non alibi, vt no-
tant præfati doctores.& Ruin.in conſil.81.
4 num.3.lib.2.dicit,quod Hoc caſu alimenta-
rius alibi petens dicitur petere plus debito,
quia commodius,& cum minori grauamine
alimenta præſtantur in Domo, quam extra
domum, quem ſequitur Rolan. in d.conſil.
22.num.9.lib.1.Bald.in l.1.num.8.C.de le-
ga. plus dicit, quod Alimentarius ſub iſta
5 conditione tenetur comedere cum hærede,
vbi ait,quod niſi ſit commenſalis non dice
tur morari,ſequitur eum ibi Ang.& Imo.in
l. ſi quis ita in princ. verſic. item nota, ff.de
cond.& demonſtr.dicit quod, qui tenentur
commorari cum aliquo, ita cum eo eſſe de-
bent,vt ſimul cum eo alantur Rimin.in con
ſil.589.Rui.in conſil.37.num.2.lib.2.Bero.
conſi.32.num.5.lib.5.
6 Et ſi hæredes ſtent in domo propria, &
legatarius velit alimenta in domo Teſtato-
ris non auditur, ſed cogitur ſtare in domo
Teſtatoris,non auditur, ſed cogirur ſtare in
domo hæredum, quia locus cenſetur adie-
ctus in gratiam,& fauorem hæredis, vt no-
tat in d.l. Caio.§. Imperator. ff.de alim. &
cib.leg.& in l.1.C.de leg.Rui. In conſil.80.
num.3.lib.2.Rolan.in d.conſi. 22.num.14.
& Menoch.de arbitr.caſu.170.num.10.
7 Et ſi fiat vxori huiuſmodi legatum, non
excuſabitur tranſeundo ad ſecūdas nuptias.
l.cum tale in princ.vbi glo.Bar.Imo. & Ca-
ſtren.ff.de condict.& dem.Et vxor iuſſa ha-
bitare cum filiabus,non habebit alimenta,
niſi ſequatur filias,quando nupſerint, quia
tenetur cum eis habitare,niſi ſtet per gene-
rum.Ruin.in conſi.37.nume.2.& ſeq. lib.2.

Corn.in conſil.7.colum.penul.verſi.obſtat,
quod tenebantur. libr. 1. Verum limitabis
hanc concluſionem, vti ſupra proximū prę
cedentem à nu.5.vſque ad finem. Sed mor-
tuis illis, cum quibus eſt commorandum,
dubitant doctores, An legatum remaneat
extinctum, uel nihilominus debeatur. Pro
8 parte affirmatiua quod debeatur,ſunt allega
ti ſuperius in proximo pręcedenti c.14.ſub.
nu.7.Pro negatiua eſt, quod conditio mix-
9 ta dependens à facto implere debentis, uel
alterius,uel etiam à caſu,extinguat legatū,ſi
deficiat per mortem, nec ideo debeatur.l.in
teſtamento.ubi gloſſ.magna, & Bart.col.2.
uerſi.alio modo.& Soccin.num.6.uerſi.ſecū
da difficultas.ff.de cond.& demo.Bar.in l.1.
in prin.uerſ.in conditione mixta.C. de inſt.
& ſubſt.ubi Bald.num.10.& Caſtren. num.
6.& in conſi.31.col.2.uerſi. item facit ratio.
lib.2.Dec.in conſi.485.num. 4. & in conſil.
526.num.3.Iaſ.in d.l.1.uerſi. aliquando &
tertio.C.de condi.in ſer.Ruin.in conſil.42.
nume.2.lib.2.Soccin.iun. in conſil.46.& in
conſi.74.num.4.lib.4.Vaſques.Illuſtr. q.ca.
93.num.9.ubi nu.10.dicit idem eſſe in qua
cunque conditione etiam caſuali, uel po-
teſtatiua, quia ſi deficiat per caſum con-
tingentem in perſonam eius, qui de-
10 bet implere, facit extinguere legatum. Ve-
rum hæc non procedunt in legato alimen-
torum ſecundum Caſtrenſ. in d. conſil. 31.
col.2.uerſi.item facit ratio.Are.in conſi.94.
num.3.in fine,ubi dicit ſpeciale in legato ali
mentorum. Soccin in d.l.in teſtamento.nu.
6.uerſic.primo enim fallit, et allegati ſupra
in proximo præced.c.ſub.nume. 7.et docto-
res allegati ponunt exemplū quando alimē
ta relinquntur ſub cōditione habitādi cū ali
quo,quia ſi ille moriatur, nihilominus le-
gatum alimentorum debetur, nec conditio
habetur pro defecta,ſed impleta,vt late do-
ctores in d.l.1.C.de legat.Soc.in conſil.68.
num.3.lib.1.verſ.Tertio arguitur vbi dicit,
ita eſſe apud omnes firmatum, & loquitur
11 etiam in legato vſusfructus,quod ſtātibus,
filijs reſtringitur ad alimenta ex conſuetu-
dine Bulgari,qua ſecundum eum poſt mor-
tem filiorum ſuſtinetur legatum tanquam
ſi eſſet conditio impleta.Dec.in conſil.485.
num.2.uerſi.vnde de tali,& num.10.verſ.ſo
lum ſupereſt,ubi poſt Bart.inquit, eſſe ſpe-
ciale fauore alimentorum,& loquitur in ter
minis uſusfructus Dec.in d.l.1 i.nu.11.uerſi.
in ea glo.ibi fauore.C.de inſt.& ſubſt.Eue-
rar.

rar.loco.24.col.4. uerſi. ſeptimo iſtud facit. Rui.in conſi. 52.nume.2.& 4.lib.2.ubi poſt Abba.in conſi.70.col.2.uerſi.aduerſ. ſecundum dubium lib.2.dicit procedere etiam in legato uſusfructus, quod per conſuetudinem Bulgari ad alimenta reſtringitur.

12 Secus eſt in alijs legatis annuis. Corn.in conſi.323.col.2.in fine lib.1.gratus in conſil.69.num.2.lib.1. Vaſqueſ. illuſtr. controuer.c.93.nu.27.Cardi. Mantica de coniect. ult.uolunt.lib.11.tit.16.num. 18. Tiraq. de priuileg. Piæ cauſæ. Priuileg.57.in fine multos cumulat.

13 Sed limitatur primo niſi conſtaret expreſſe uel ex coniecturis,quod conditio eſſet appoſita ad fauorem,& commodum eorũ,cũ quibus eſt commorandũ,quia tũc,ſi illi moriantur, deficit legatum. l.Seia in princ. ubi glo.in l.1.ubi Bart.in fine.C. de legatis. Salic.in l.1.num.8.C.de inſt.& ſubſt.ubi Dec. num.11.uerſi.in ea gloſ.& in conſi.485.nu.10. Rui.in conſi.42.num.21.& 22.& confi. 46.num.3.lib.2. Benintend.in deciſ.98. nu. 2.& 3.concordantes adducit.

14 Secundo limitatur,non procedere,quando conſtat,quod teſtator illa conditione ceſſante non erat relicturus, tunc enim deficiente conditione, deficit legatum.l.fina.in fine iuncta glo.vlt.ff.de manum. Teſt. Rom. in ſing.284.Tiraq.d.Priuileg.57.& inſ.par. 2.c.1.quæſt.76.

15 Tertio limitatur, quando onus iniunctũ per conditionem nõ æquiualet legato, quia tunc legatum cenſetur factum intuitu oneris,at ſecus eſt,quando æquiualet, tũc enim videtur teſtator reliquiſſe in fauorem eius, cui onus eſt implendum, & illo mortuo, ita vt non poſſit impleri,deficit legatum ſecundum not.per Bart.in l.Pamphilo.§. duos.ff. de leg.3. Beninten.decis.vlt.nu.7.& ſeq.Cepha.in conſi.429.num.95.

16 Quando eſt relictum ſub modo mixto, illius defectus non vitiat legatum, quodcunque ſit etiam non priuilegiatum. l. ſi fundũ per fideicom.§.Iulianus.ff.de leg.1.l. ſi quis Titio.ff.de le.2. l. Lucius §. quiſquis il, 1.ff. eod.l.pater filium §.Tuſculanus.ff.de leg.3. vbi glo.gl.in l.Turpia.§.penul.ff.de leg. 1.l. ſi quis Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond.& demonſtr. Doctor. in l.1.vbi Alex. C.de inſt.& ſubſt.

17 Modus enim participat de diſpoſitione. Ruin.in conſi.20.num.3.lib.2.Et hanc concluſio.ponit Vaſq.d.quæſt.93.nu.23.Quòd

18 ampliat etiam,ſi Modus mixtus ſit in cõtractu appoſitus, vel in alio actu inter viuos, quia nihilominus ſi deficiat,per caſum non vitiat actum,allegat tex.in l.penu. C.de con dict.ob cauſ.quod dicit notandum, quia fauorabilior ſit interpretatio in vltimis volũtatib.l.in teſtamentis.ff.de reg.iur.& quoad vltimas voluntates id, quod de modo eſt dictum,ponit Cephal.in conſil.429.nume. 104.

SVMMARIVM.

1 *Conditio celibatus exiſtit, & verificatur tam in viro quam in vxore, omni inter eos differentia ſublata.*

Caput Decimumſextum.

SI vxorem amiſerit, & quando ad celibatũ peruenerit;hæc conditio tractatur in l. legem 3.C.de indi.iudic.toll.& in leg.22.ff. de annu.leg.quæ verificatur tam in Marito, quam in Vxore modis traditis in aut.de Nuptijs §. quæ vero nunc ſequitur, & in Auth. cui relictum C.de indi.iudi. toll. omni inter eos differentia ſublata.d.l.3.vbi gloſſ. Bald. & Iaſ.& ſupra c.10.in fine & infra c.80.

SVMMMARIVM.

1 *Si hæres erit,hæc verba non faciunt conditionem.*

2 *Expreſſio eorum, quæ de neceſſitate inſunt, non faciunt conditionem & nihil operãtur.*

3 *Inſtitutus debet legatum, & ſi inſtitutus ſub verbis,ſi hæres erit hæres non exiſtat.*

4 *Legatarius antequã inſtitutus ſub dictis verbis adeat hæreditatem ſi deceſſerit,trãſmittit legatum,limita vt ibi.*

5 *Si hæres erit, in quibus caſibus facit conditionem,conditio exiſtit,ſi hæres extiterit.*

6 *Hæres per alium exiſtens non facit dictam cõditionem exiſtere.*

7 *Hæres per alium exiſtens non facit exiſtere dictam conditionem.*

8 *Impletur pro quacunque parte hæres exiſtat.*

Caput Decimumſeptimum.

1 LEgatum ab aliquo ita relictum. Si hæres erit, non eſt conditionale. l. hæc verba.3.vbi gloſſ.ff.de leg.1.& ibi Bart. dat

2 hanc rationem quia Expreſſio conditionis per

per eum modum per quem ex neceſſitate
ineſt, nihil operatur. l. in conditionibus. 59.
§. hæc ſcriptura. vbi gloſ. & Bart. ff. de cond.
& demo. l. aliquando. 106. vbi glo. & Bart. ff.
eod. & l. ſi dies. 21. §. fi. ff. quan. dies leg. ced.
& l. ſi titio 22. §. quædã. ff. eo. Boer. in deciſ.
3 38. num. 20. lib. 1. Hinc eſt, quod ſi hęres in-
ſtiturus, à quo ita eſt legatũ, ſi hæres erit nõ
exiſtat, tamen ſubſtirutus ei legatum debet
legatario. l. antepenul. §. fin. vbi gl. & Bar. ff.
4 de le. 1. Etſi legatarius antequam ille, à quo
ei legarum eſt relictum, hæreditatem adeat,
deceſſerit, nihilominus legatum ad ſuos hæ
redes tranſmittit d. l. ſi Titio. 22. §. quædam
ibi. vt omnimodo ad hęredem, ff. quan. dies.
leg. ced. Quod verum eſt, niſi teſtator volue-
rit, illam eſſe conditionem legati. l. in condi
tionibus, §. hæc ſcriptura, vbi glo. magna, &
in verbo. hoc animo, & Barto. ff. de cond. &
dem. Tunc enim conditio ſi hæres erit intel
ligi debet non ſunt de facto. 1. ſi hęres ſcri-
ptus fuerit, ſed etiam de num. 1. ſi legitimis
fuerit hęres ideſt legitime inſtitutus, es adie
rit hęreditatem Imol. 3. §. ſi quis ita, ff. de hę
red. inſtit. Non de iure quis hæres non dici-
tur niſi poſtquam teſtamento aditione fue-
rit comportatum Bar. in l. fin. in prima. C. ſi
pendeț appe. mon. inreme. Alex. conſi. 1. nu.
6. lib. 1. Decius conſi. 635. num. 3. Decianus
rei reponſo. 10. nu. 29. ll. 1.

Item verũ eſt, niſi non legatum ſit, ſed in
ſtitutio hæredi facta ſi & alter heres eſſet. l.
ſeruus. 3. §. ſi quis ita. vbi glo. & Bar. ff. de hę
red. inſt. Item eſt verum, niſi duobus hære-
dibus inſtitutis Seio puta, & Meuio, dixerit
Teſtator. Si Seius mihi hæres erit, tunc hæ-
redes mei Titio centum danto d. l. ſi Titio.
5 22. §. fin. ff. quan. dies leg. ced. In his ergo ca
ſibus, in quibus hæc verba ſi hæres erit, fa-
ciunt conditionem, conditio regulariter exi
ſtit, ſi hæres extiterit. Quod verum eſt, niſi
6 ab inteſtato hæres exiſtat. l. ſi in Teſtamen-
to. 22. in princ. vbi gloſſ. & Bartol. ff. ſi quis
omiſ. cau. Teſtam. l. cum filio. 3. vbi gloſſ. &
Bartol. & l. qui liberis 8. §. hæc verba. ff. de
7 vulg. & pupil. Item verum eſt, niſi per aliũ
exiſtat hæres, vt Dominus, & Pater inſti-
tuti. d. l. qui liberis. 8. §. hæc verba. & l. cum
filio eod. §. ſubſtituitur Inſt. de pupil. ſubſt.
Et conditio. ſi hæres eſſe voluerit tollit ſui
tatem, vt ex Bart. in l. ſi filius, qui patri. ff. de
vulg. & alijs firmat ſurdus in decis. 138. nu.
8 6. Et ad impletur pro quacunque parte hæ-
res exiſtat. Soccin. in l. in conditionibus §.
ſi a primo, numero. 2. ff. de condit. & de-
monſtr.

S V M M A R I V M.

1 *Si hæres non erit, iſta verba faciunt conditionem.*
2 *Inſtituti, & ſubſtituti concurſus non admittitur.*
3 *Reſtitutio in integrum aduerſus non aditam hæreditatem facit ſubſtitutionem reaſſumere vires.*
4 *Si hæres erit conditio deficit exceptis quibuſdam caſibus.*
5 *Vnus ex duobus hæres exiſtens non facit dictã conditionem deficere.*
6 *Seruus duorum hæres exiſtens vno domino iubente, altero prohibente non facit dictam cõditionem deficere.*
7 *Coactus hæres exiſtere non facit dictam conditionem exiſtere.*
8 *Reſtitutio in integrum aduerſus aditam hæreditatem facit dictam conditionem exiſtere.*
9 *Conditio hæc ſi hæres non erit intelligitur, & alium hæredem non fecerit ex ſua perſona.*
10 *Refertur ad voluntatem, & in potentiam.*

Caput Decimooctauo.

1 Conditio hæc ſi hæres non erit, exiſtit,
niſi inſtitutio ita ſit facta. ſi Titius hæ
res non erit, titius hæres eſto. l. vlt. §. fin. ibi.
igitur ſi titius vbi glo. in verbo. nullius mo-
menti erit, & Bart. verſi. Item oppono ad ſe
2 cundum. ff. de vul. & pupi. Item verũ eſt, niſi
cũ quis ſubſtituto ſubſtitutus eſſet ſub hac
conditione ſi ſubſtitutus hæres non erit,
ſubſtitutus hæres non ſit, ob id, quia in
ſtitutus hæres exiſtat; tunc. n. ſubſtituto ſub
ſtitutus cum inſtituto hęres eſſe nequit, quã
uis conditio ſubſtitutionis extiterit. l. cum
in teſtamento. 37. in princ. vbi glo. & Bar. ff.
de hæred. inſt. quia Inſtituti & ſubſtituti cõ
3 curſus non admittitur.

Item verum eſt, niſi aduerſus repudiatio-
nem hæreditatis in integrum ſit reſtitutus,
& ita hæres affectus. l. ſed & ſi 8. §. ſed quod
Papin. vbi gl. & Bar. nu. 4. ff. de mino. 25. an
nis, quia per reſtitutionẽ in integrũ ſubſti-
4 tutio reaſſumit vires. Si hæres extiterit hęc
conditio deficit, legatique actio denegatur.
l. in conditionibus. 19. §. ſed ſi ſic, vbi gloſſ.
magna. verſicul. Item quid ſi ita dixi: ff. de
cond.

cond.& dem, Quod verum eſt, niſi alter ex
duobus hęres non extiterit. Tunc enim quã
uis alter hæres extiterit, legatum tamen de-
bebitur d.l.in cõditionibus §. ſi à primo ita
legatum, in fine, & ibi gloſſ.in verbo ſi à pri-
6 mo. Item eſt verum, niſi cum ſeruus duorũ
hæres inſtitutus eſſet, & ita eſſet legatum, Si
ſeruus hæres non erit. Seruus altero domi-
no iubente, altero prohibente hæreditatem
adiuerit.l.ſeruum.48.in princ. vbi gloſ.ma-
gna, & in verbo ſubſtituto locum eſſe.ff. de
vulgari ſubſt.

7 Item verum eſt niſi coactus hæreditatem
adierit.l. apud Iulianum. 11. in princ. ff. ad
l.C.Treb.l.ita tamen 27.§.ſi perceptis. eod.
& l.debitor.59.§.re autem, & l.recuſare, §.
ſi.cum l.ſeq.ff.eod.

8 Item verum eſt, niſi hæres exiſtens poſtea
aduerſus aditionem hæreditatis in integrũ
ſit reſtitutus.d.l.& ſi 8.§.ſed quod Papinia-
nus.vbi glo.& Bart.ff.de mino.25.annis. l.
quamdiu.3.ff.de acqui.hæred.& l.cum in te
ſtamento.37.in princ.ff.de hæred.inſtituen.
& l.poſt aditam.5.C.de impu.& alijs ſubſt.
& l.in conditionibus 19.§.ſed ſi ſic, ff.de cõ
dit.& demo.

9 Et conditio hæc ſi hæres non erit, intelli
gitur, & alium hæredem non fecerit ex ſua
perſona.l.ſi paterfamilias.ff.de hæred.inſti-
tuen.Socc.in l.1.nume.14.ff.de vulg.l.cum
proponas §.2.vbi notant Bart. Bald. & alij,
& præcipue Iaſ.nume.11.Bart.Imol.& alij,
C.de hæred.inſtit.quos citat Surdus in con
ſil.232.num.11.& in deciſ.228.num.18.Et
deficit pro quacunque parte hæres exiſtat.
Socci.in d.l.in conditionibus. §. ſi à primo.
num.2.ff.de condit.demonſt.

10 Et refertur ad voluntatem; & impotentiã,
quia ſoluit vel non potuit l.proponas; C.de
hæred.Inſtitu.Alciat, in l.Gallus, §.quidam
recte num.13.ff. de liber.& poſthu. Soccin.
in conſi.6.num.6.lib.3.§.1.Inſtit. de vulga-
ri ubi gl. 1.& Miſſing. littera d; verſ.Porro.
leg. 1.& l.poteſt. 36.ff.eod. & ibi Doctores
Barto.in l.di leg.Miles.§.ſi pro parte nume.
3.ff.de legat.2. Decianus reſponſo.2.nu.12.
lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Conditio ſi rationes reddiderit eſt mixta dan-
di ſcilicet, & faciendi.*

2 *Conditio ſi rationes reddiderit exiſtit, & im-
pletur, ſi rationes cum reliquis reddiderit.*

3 *Vnus ex duobus rationes non reddens, non fa-
cit iſtam conditionem deficere, ſi negocia ſe-
paratim geſta ſunt, ſecus ſi coniuncti niſi al
ter totum ſoluerit.*

4 *Rationes debent reddi hæredi exceptis quibuſ
dam caſibus.*

5 *Error, & imprudentia in rationibus redditis
excuſant.*

6 *Obſcuritas (data ſadiſdatione de reliquis ſol-
uendis, ſi qua ſunt) in rationibus reddendis
excuſat.*

7 *Peritio rei ſine culpa excuſat.*

8 *Rationes qui reddere tenetur, tenetur etiam
inſtrumenta exhibere, & libros, quos con-
fecit.*

9 *Rationes reddere debens etiam furto ablata te
netur reddere.*

10 *Rationes ſunt deſtinato loco reddenda.*

11 *Rationes ſunt debito tempore reddenda.*

12 *Conditio propoſita deficit, ſi rationes reddere
grauatus nõ reddiderit exceptis quibuſdã
caſibus.*

13 *Rationes, qui reddere grauatur reddere nõ te-
netur, ſi nulla ſint reliqua.*

14 *Rationes qui reddere grauatur reddere non
tenetur, ſi nullas adminiſtrauit.*

15 *Rationes qui reddere grauatur, cum non per
eum ſed per hæredem, vel Tutorem hære-
dis ſtat, quominus reddat, reddere vide-
tur, & eſt ac ſi reddiderit.16.*

Caput Decimonono.

1 SI rationes reddiderit, iſta conditio eſt
mixta dandi ſcilicet, & faciendi, & pro-
ponitur in l cum ſeruus.81.§.quid ergo, ubi
gloſſ.& Bart.in princ.ff.de cond. & demo.l.
quamuis.32.in prin.ubi gloſſ.& Bar. & l.Iu
lius 80.§.hanc conditionem, ff.eod.& in l.ſi
ſeruo.31.ff.de ſtatu libe.& in l.qui ſuo.110.
ff.de condi.& demo.& in l.Thais.41.§. ſtic-
chus, & Damma ſerui.ff.de fidei.com.liber.
2 Exiſtit enim hæc conditio per ſupra dicta,
& dicitur impleta, ſi ſeruus, vel alius graua-
tus rationes reddiderit, & reliqua ſoluerit d.
3 l.cum ſeruus, & ibi Bart. Quod uerum eſt, &
patet ex præcedentibus, & plene probat, &
rationes adducit Azzo.in ſumma C. de con
dit. inſerti. nu.9.per totum niſi cum duob.
ſub conditione rationum reddendarum le-
gatum eſſet relictum, altero rationes redde-
re parato, alter rationes non reddat.l.ſi quis
13.§.ſi duo, ff.de ſtatu libe.quod ut ibi intel
lige, ſi rationes ſeparatim geſſerint, ſed ſi
actus

actus eſt communiter geſtus, ita ut ſeparari non poſſit, conditio deficit, niſi vterque, aut alter totum ſoluerit, vbi glo. & Bar. & l. ſi ita 13. §. quæſt. ff. de manum. teſta. Item verum
4 eſt, niſi alijs, quam hæredi, rationes reddiderit, vel re aliqua ſoluerit. l. inuito. 12. vbi gl. & Bald. C. de ſolutio. cum alijs allegatis ſupra, c. 6. num. 15. Quod eſt verum, niſi hæres ſit abſens, tunc enim arbiter à magiſtra tu dari poteſt, cui ſeruus, vel alius grauatus rationes reddat. l. ſi pater. 47. §. ſi Sticulo. ff. de fidei com. liber. l. ſi cui. 49. vbi gloſ. & Bar. ff. de cond. & demo.

Item verum eſt, niſi hæres ſtatu liberum vendiderit, hoc enim caſu emptori reliqua ſoluendo conditio impletur. l. ſi ſtatu liber. 6. §. fin. vbi gloſſ. in verb. diuidatur, ff. de ſtatu lib. Item verum eſt, niſi tutori impuberis hæredis reliqua ſine fraude ſoluerit. l. qui filium 22. in princ. vbi gloſſ. & Bart. ff. de manum teſtam. cum alijs allegatis ſupra in ca. 6. num. 17. Item verum eſt, niſi curatori hæredis adulti reliqua ſoluerit, leg. Lucius 53. vbi glo. & Barto. ff. de manum. teſta. & ſupra ſubdito num. 17. verſi. Vel ſi datum ſit curatori, niſi foite adultus eſſet præſens, & in eius rationib. pecunia eſſet relicta d. l. Lucius
5 in fine. Item verũ eſt, niſi non ſolitũ ſolutũ, vel præſtitum, niſi per errorem, & imprudentiam minus ſit ſolutum. l. quamuis. 32. vbi
6 glo. & Bar. ff. de cond. & demo. Et niſi reliquum ſit obſcurius, pro quo ſatiſdare ſit paratus. l. ſtatu libe. 5. in prin. vbi gl. magna, ff. de ſtatu liber. l. ſeruus 34. §. fi. ff. eod. & l. Thais 41. §. libertatem, & §. hæredibus, ff. de fidei com. libe. & l. ſticho. 40. §. ſeruus & §. fin. ff. de ſtatu libe. Capicius deciſ. 17. nu. 2. & ſeq.
7 Et niſi reliqua culpa ſua caſu perierint. l. qui filium. 22. §. fin. vbi glo. in verbo. culpa & Bar. ff. de manum. Teſta. & dicta. l. Thais, §. Titio.
8 Item eſt verum. quod præfata conditio eſt, vt ſupra impleta, niſi etiam inſtrumenta, & rationes non exhibuerit, vel reddiderit. l. ſi ita. 13. §. quæſtio. ibi, vt & ipſa rationum volumina reddantur. ff. de manum. teſtamento. l. non ſolum. 9. §. is qui reddere, vbi gl. in verbo. non editis. ff. de liber. l. & l. ſi cui. 48. ibi Verum etiam quas rationes, quæque inſtrumenta. ff. de cond. & demo. l. cum ſeruus. 81. §. quid ergo. ibi, id eſt legendas rationes offerre, & ibi. Inſtrumentaque omnia, vbi Bar. in princ. ff. eod. nam qui aliena negocia adminiſtrat, tenetur conficere libros, ex qui

bus ratio ſuæ adminiſtrationis haberi poſſit iuxta rradita per Doct. in l. 1. C. de eden. & in l. quædam, §. nummularios. ff. eod. Ange. conſi. 277. nu. 4. verſi. hoc enim. Alex. conſi. 58. num. 5. verſi. nam tale. lib. 1. Corn. conſi. 196. num. 4. Dec. conſi. 110. nume. 8. & illos conſeruare. Iaſ. in l. ſi quis. 9. quam legit cũ l. prætor ait, §. fin. nu. 12. verſi. ſed reſpondeo. ff. de eden. & illos in redditione rationis exhibere. d. l. ſi ita §. quæſtio cum alijs ſupra citatis.

9 Item eſt verum, niſi ea, quæ furto abſtulit, non reddat, quia ratio ſic non dicitur reddita l. ſticho. 40. in princ. ff. de ſtatu liber. Prius enim non debetur fideicommiſſaria libertas, quam etiam quæ furatus eſt, reſtituerit. d. l. Thais. 41. §. ſticchus.

10 Item verum eſt, niſi non ibi, vbi oportet, rationes reddat, & reliqua ſoluat. leg. tales. 111. §. fin. ff. de cond. & demo.

11 Item verum eſt, niſi non debito tempore rationes reddantur. d. l. Thais. §. intra certa, & hoc niſi per legatarium ſtet, quominus intra ſtatutum tempus conditioni pareat. l. ſi hæreditas. 28. in princ. vbi glo. ff. de ſtatu liber. & niſi Teſtator tempus rationum reddendarum non adijcit. l. ſticho. 40. §. Pamphilus. ff. eod.

12 Deficit itaque conditio propoſita, & legati actio ob id denegatur, ſi ſeruus, vel alius rationes non reddiderit, nec reliqua ſoluerit modo, & forma, quibus tenetur, & teſtator indixit, quod per prædicta eſt verum.

13 Niſi nulla ſint reliqua. leg. Iulianus 80. §. hanc conditionem. ibi. ſi qua habet. ff. de cond. & dem. l. ſi ſeruo. 31. §. fin. ibi. itaque ſi nulla reliqua. ff. de ſtatu liber. & l. cum teſtamento. 4. §. fin. ibi. ſin autem non debitor C.
14 de teſt. manu. Et niſi nullas rationes adminiſtrauerit. d. l. Thais. 41. §. penult. ibi. ſi nullas rationes adminiſtraſſet. ff. de fideicom. liber. leg. libertate. 26. §. fin. ff. de ſtatu liber.
15 Et niſi per hæredem ſtet, quominus rationes reddantur, uel per tutorem hæredis, vel alium ſine colluſione, ut de hęrede eſt tex. in l. ſeruus. 34. §. Imperator, & l. ſi intra. 23. §. fin. ff. eod. & l. ſi pater. 47. §. ſi ſticho
16 in fine. ff. de fideicom. li. De tutore uel alio eſt tex. in d. l. qui filium 22. §. itaque & ſi. ubi glo. & Bar. ff. de manu. teſtamento, ſed grauatus debet offerre d. §. Imperator & ſupra ca. 14. ſub. num. 3. uerſi. Ne autem. Ceph. conſi. 8. per totum, licet id nõ facile admittat Surdus in deciſ. 184. in fine.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Conditio.ſi meus,vel meum erit, cum moriar.*
2 *Alienatio facit dictam conditionem deficere.*
3 *Recuperatio rei alienata facit illam exiſtere.*
4 *Alienatio voluntaria facit conditionẽ deficere.*
5 *Probatio mutata voluntatis incumbit haredi.*
6 *Donatio ſine diſtinctione facit dictam conditionem deficere.*
7 *Manumiſsio ſerui ſubdicta conditione legati facit dictam conditionem deficere.*

Caput XX.

1 SI meus, vel meum erit, cum moriar, eſt
haec conditio,exiſtit,& dicitur impleta,
legatique actio competit, ſi teſtatoris ſit tẽ-
pore mortis.l.filiæ.28.§.fin.ubi glo. & Bar.
verſi.Primo quod teſtator.ff.de cond.& de-
2 mon. Deficit itaque hæc eadem conditio,&
legati actio denegatur,ſi non fuerit teſtato-
ris,quia fuerit tempore ſuæ mortis aliena-
tum.l.talem.51.§.1.ubi gloſ.& Bartol.ff.de
hęred.inſt.
3 Et hoc niſi teſtator rem alienatam uiuens
recuperauerit.dicta.l.filię,§.fin.
4 Et ut alienatio faciat dictam conditionem
deficere oportet,quod alienatio ſit uolunta-
ria animo adimẽdi legatum facta, quoniam
alienatio neceſſitatis cauſa facta legatum nõ
adimit. §.ſi rem tuam.vbi gl.& Aretin.Inſt.
de legat.l.qui poſt.vbi glo.& Alex.C. de le-
gat.l.fideicommiſſa. 11.§.ſi rem tuam, vbi
glo.& Bart.ff.de leg.3.& in meo promptua-
rio differentiatum in verbo. Alienationis
rei corporalis §.Et hæredi incumbit proba-
5 tio mutatę voluntatis.l.Taberna.7.ff. de in-
ſtru.leg.l. prędia.27.§.liberto. eod.ibi.niſi
manifeſte contrariã voluntatem hęredes ap
probẽt,l.Lucius.22.in fine.ibi hæres, & ab
hoc receſſiſſe teſtatorem oſtenderit.ff.de l.2.
vbi gl.in verbo.oſtenderit, quia qui mutatã
dicit voluntatem,probet.l.ſcribit.36.§.fi.ff.
de aur.& arg.l. Et hoc niſi per verbũ futuri
temporis res legata demonſtrata fuerit. d.§.
fi.in fine vbi gl.& Bar.l.nuper.83.ĩ fine. ubi
gl.& Bar.ff.de l.3.& l.ſtichũ 6.ubi gl.& Bar.
6 ff. de l. 1.facit etiam propoſitã conditionem
deficere ſi teſtator rẽ,quam ſub illa reliquit,
alteri donauerit.l.rem.18.vbi glo.& Bart.ff.
de adimen.l.nec diſtinguitur, vtrũ propter
neceſſitatem, an merá voluntate donauerit,
quia hęc diſtinctio non cadit in donatione.

7 Seruo autẽ ſub iſta conditione,ſi teſtatoris,
erit, inſtituto, & poſtea per teſtatorem vi-
uentem manumiſſo,conditio iſthæc non de
ficit d.l.talẽ.51.§.fi.vbi gl.in verbo.palã eſt.
ff.de hęred.inſtituen.& inf.c.57.Quando au
tem voluntas præſumatur mutata, vel ne,la-
tiſſime docuit Card.Mãtica de coniect. vlti.
volunt.lib.12.tit.1.per totum.

S V M M A R I V M.

1 *Cum in tutelam ſuam venerit.hęc conditio impletur pubertate.*
2 *Fæmina hanc conditionem implent viri potentia.*
3 *Pubertate ſola conditio prædicta non impletur in caſu l. 48.§.cæterum.ff de leg.3.*
4 *Mens teſtatoris in hac cõditione colligitur vt plurimum ex legatarij ſtatu,& 5.*

Caput XXI.

1 CVm in Tutelam ſuam, & ad puberta-
tem peruenerit,iſta conditio exiſtit,&
impletur, ſi Pubes factus fuerit.l.cum filio-
familias.48.in prin.vbi gl.& Bar.ff.de l.3.§.
1.Inſt.de pupill.ſubſt.Verum ſi filięfamilias
2 ita ſit legatum,viri potentia talis conditio
impletur..l.filięfam.49.vbi gl. in uerbo.uiri
3 potens.ff eo.cum.n.mater filio ſuo in patria
poteſtate conſtitutus ita legauerit,nõ intel-
ligitur de pubertate ſenſiſſe,ſed de eo tẽpo-
re,quo & Pubes,& Paterfamilias erit, cum
uitam patris haberet ſuſpectũ d.l.cum filio-
fam.48.§.ceterum ubi gl.faciunt quæ adno-
tantur inf.in par.2.c.1.in q.Vtrum pater co
gatur emancipare filium §.in ord.64. Prout
4 minus de pubertate ſenſiſſe teſtatorẽ,quan-
do ex eius mẽte apparet,quod 25.anni ſunt
ab eo præſtituti d.l.48.§.quod ſi quis, & §.
ex his ubi glo.
5 Quod idẽ eſt dicendũ de prodigo, uel alio
curatorem habẽte,cui ita legatũ ſit, nam de
eo caſu ſenſum eſſe,quo cura,& tutela liberẽ
tur,non quod puberes fiant,d.l.48.§.item ſi
furioſo.cum ſuę ętatis fuerit cum ad puberta
tẽ peruenerit, cum iuſtę ętatis factus fuerit,
cũ perfectę ętatis fuerit,cũ adoleuerit,cũ 19.
annorũ fuerit hęc oĩa locũ habẽt completis
14.an.l.ſi quis legẽ.ff.de l.1.l.ſi quis legatũ.
& l.qui filium,§.1.ff.de cond.& dem.

S V M M A R I V M.

1 *Cum quatuordecim puta annorum erit,vel cũ ad.14.annũ peruenerit.hæc verba faciũt cõditionẽ qua exiſtit decimo quarto anno impleto.*

2 *Conditio hæc deficit decimo quarto anno non impleto, exceptis quibuſdã caſibus, quibus exiſtit decimoquarto anno incobacto.*

3 *Dies certa non inducit conditionem, nec impedit tranſmiſsionem, ſed petitionem.*

Caput XXII.

1 CVm quatuordecim puta annorum erit
vel cum ad annum. 14. peruenerit, con
ditio hæc exiſtit, & impletur, & actio com-
petit, cum decimum quartum annum imple
uerit. l. ſi cui 51. in princ. vbi glo. & Bar. ff. de
leg. 1. l. ex his. 5. in fine vbi gloſſ. & Bald. C.
quan. dies. leg. ce. & l. non putabam. 27. vbi
2 glo. & Barto. ff. de condit. & demon. Deficit
itaque hæc conditio, & legati actio denega
tur, ſi decimum quartum annum non imple
uerit ex iuribus ſupra allegatis. Quod verũ
eſt, niſi ſit dictum. Decimo quarto ætatis
anno. leg. ſi ita. 45. vbi gloſſ. ff. de manu. te-
ſtam. vel niſi ſit dictum cum ad 14. annum
peruenerit. leg. qui filium. 74. §. Sabinus,
vbi gloſſ. & Bartol. ff. ad S. C. Trebell. con-
tradicit. dicta leg. non putabam, ſed ſecun-
dum Bartol. in dicto, §. Sabinus, fauore filij
annus inceptus habetur pro completo. Idẽ
eſt, ſi fuerit dictum, Cum ad legitimum ſta-
tum peruenerit dicta, leg. ex his verbis
cum ibi notatis. Circa iſtam conditionem
multa conſiderant Paul. de caſtro. Imol. &
Soccin. poſt Barr. in dicta leg. Non putabã.
& ibi materiam diſtinguũt, & in l. ſequenti.
ff. de condit. & demo.
3 Immo dubitatur an ſit conditio, & profe-
cto non eſt, quoties continet tempus certũ
per adducta ſupra in cap. 5. num. 5. nec tranſ
miſſionem impedit, ſed petitionẽ. l. ſempro-
nius. ff. de vſufruc. l. ſi dies. ff. quand. dies. le.
ced. Papien in fi. libelli pro legato rei ſing.
glo. 1. nu. 10. Rom. in conſi. 85. num. 8. lib. 2.
Craue. in l. cum filiofam. par. 2. num. 271. ff.
de legat. 1.

SVMMARIVM.

1 *Si tutelam in 18. annum geſſerit hac verba faciunt conditionem, qua exiſtit ſi puero adulto facto curationem ipſius geſſerit vſque in annum. 18.*

2 *Cura & tutela aliquando æquipollent.*

Caput XXIII.

1 SI tutelam in decimum octauum annum
geſſerit. de hac conditione tractatur in l.
Pater. 100. §. conditionum, ubi gl. & Bar. ff.
de condi. & demon. quæ uerificatur ſi Puero
adulto facto curationem ipſius geſſerit uſq;
in annum 18. Nam cura, & Tutela hoc in
2 caſu æquipollent, & certũ eſt (ut dicit gl.)
Teſtatorem hic per tutelam curam intelle-
xiſſe, & eſſe hoc modo propoſitam conditio
nem uerificatam, ibi in uerbo nõ uidebitur,
& Bart.

SVMMARIVM.

1 *Si antequam res ſuas adminiſtrare poſsit, deceſſerit.*

2 *Ante. 25. annũ quis non dicitur poſſe res ſuas adminiſtrare.*

Caput XXIIII.

1 SI antequam res ſuas adminiſtrare poſſit,
deceſſerit. Hæc enim conditio definitur
in l. cum filius. 12. ubi glo. & Bart. ff. de con-
dit. & dem. quæ quidem uerificatur, ſi ante.
2 25. annum deceſſerit cum antea res ſuas poſ
ſe adminiſtrare minime dicere poſſimus di-
cta leg. cum filius, & ibi gloſſ. & Bar.

SVMMARIVM.

1 *Si arbitratus fuerit. hæc verba faciunt conditionem, quæ dicitur impleri boni viri arbitrio.*

Caput XXV.

1 SI arbitratus fuerit conditio hæc intelli-
genda eſt de arbitrio boni uiri. leg. fidei
commiſſa 11. §. quamquam, ff. de leg. 3. & ſe
cundum eum uerificatur, legatique actio cõ-
petit, uel non competit, ſicuti bonus uir fue
rit arbitratus, d. l. 11. & ibi gloſſ. Et habetur
pro impleta, ſi is, cuius arbitrium eſt, aut nõ
uiuit, aut adeſſe nõ poſſit, aut arbitrari nolit.
l. Mulcta, 6. ff. de cond. & dem. quod intelli-
ge ad pęnam euitandam, non quoad euitan
dam diſpoſitionem, ut notat ibi Bart. Albe.
Bald. Imol. Paul. de caſtro in princ. Aretin.
conſi. 94. col. 2. faciunt allega. ſuperius ca. 9.
num. 7. & per totum.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Si meruerit, vel te non offenderit, hæc verba faciunt conditionem, quæ impletur, ſi arbitrio boni viri meritum fuerit iudicatum.*

Caput XXVI.

ODium, quod ſæpe verſatur inter homines, & præſertim inter cõiunctos, qui ad alicuius hęreditatem aſpirant, eſt in cauſa, vt ille talis cõtinuo excogitet modos repellendi ipſius odij effectus, maxime contra eum, quem ſibi vniuerſalem hęredem facere intendit, & ideo ſępe cõtingit, ut alijs, quos ſuſpectos habet, ne contra vitam hęredis machinentur, aliquid ad ipſos placandos relinquat, & ad refrenandam, & compe
1 ſcendam eorum iram & inuidiam relicto cõditionẽ adſcribat. Si meruerint, vel hęredẽ non offenderint, vel aliquam aliam ſimilẽ, de qua in l.fideicommiſſa. 11.§.proinde vbi gl.& Bart.ff.de leg.3. Quæ quidem verificatur. Si meritum boni Viri arbitrio fuerit iudicatum, nec poterit hęres dicere, legatariũ meritum non eſſe, ſi alius Vir bonus, & non infeſtus potuit meritum admittere, ibi proinde, & ibi. Si te nõ offenderit. vbi gloſſæ, & Bar. Bal. in l. vnica nu.43. C.de hijs quæ pęnę nomi. Bar. in l. vxorẽ.§. hæres, ff. de legat. 3. Ang. in l. Paterfam. nu.3. ff.de hęred. inſt. Alex. conſil. 52. col.1. lib.2. & infra part. 2.c. 5. quæſt. 10.

S V M M A R I V M.

1 *Si hæredem me inſtituerit, vel quid mihi legauerit, hæc verba faciunt conditionem, quæ impletur, quouis gradu ſit hęres inſtitutus vel quid ſit legatum.*

Caput XXVII.

1 SI hęredem me inſtituerit, vel quid mihi legauerit, de hac conditione tractatur in l.mulier. 20.§.fi. vbi gl.& Bar.ff.de cond. inſt. Quę quidem ſubſiſtit, & impletur, ipſis hęrede inſtituto, vel ſubſtituto. Nihil enim intereſt, quo gradu ſit hęres inſtitutus, vel quid ei ſit legatum, dummodo aliquo gradu id factum ſit d.§.fi.& ibi gl.& Bar. Et cõditio hęc licet habeat procedẽtem inſtitutionem captatoriã, nihilominus valet pro eius implemento inſtitutio ſecunda. l. illæ autẽ inſtitutiones, ff.de hęred.inſt. gl.in l.captatorias vbi Doc. C.de teſt.mil. Bar.in l. Tirio cẽtũ §. Tito cẽtũ il 1.ff.de cond.& dem. Ang.ĩ l.1.col.fi.ver.cõcludes. ff.de cond.inſt.& per multas rationes hoc idem cõprobat Surdus decis.63.per totam, & faciunt notata per Rotam Diuer.decis.542.nu.6.& 7.par.1.

S V M M A R I V M.

1 *Si impenſam, quam in fundum feci, reddiderit, verificatur in factis poſt emptionem.*
2 *Legatum expenſarum in ſtudio comprehendit etiam pretium librorum.*

Caput XXVIII.

1 SI impenſam, quam in fundum feci, reddiderit, definitur conditio hęc in l.quib. dieb.40.§.1.vbi gl.& Bar.ff.de cõd. & dem. quę quidẽ ſubſiſtit, & dicitur impleta, ſi reddiderit eos dũtaxat ſumptus quos fecit poſt quam fundum emit d.§.fin.ibi. Filius. vbi
2 glo.& Bart.num.1. Ex quo infert, quod Teſtator legans filio expenſas factas in ſtudio, quod videatur etiam legare pretium librorum ibi num.2.

S V M M A R I V M.

1 *Si moriatur antequam ei res reſtituatur.*

Caput XXIX.

SI moriatur antequam ei res reſtituatur. De hac conditione tractatur in l. quidã in prin. 25. vbi gl.& Bart.ff.ad S.C. Trebel. Quę quidem conditio ſubſiſtit, & impletur legatario ſiue fideicommiſſario ante diei aduentum, quo res reſtitui debet, moriente: & tunc propoſita conditio dicitur impleta, legatique, & fideicommiſſi actio ſubſtituto competit d.l.ibi quęritur §.vbi gl. & Bar.

S V M M A R I V M.

1 *Si ſine hærede deceſſerit, in hac conditione continetur ſolus hæres ſanguinis.*
2 *Sine hærede nemo moritur.*
3 *Si ſine hærede intelligitur ſine liberis.*
4 *Si deceſſerit ſine hæredib.& ſucceſſorib. vel ſine hæredib. quibuſcunq; intelligitur de liberis.*
5 *Prohibitio alienandi extra familiam comprehendit hæredes ſanguinis.*

6 *Hæredis nomen intelligitur de hærede ſanguinis.*
7 *Hæredis nomen, quando refertur ad tempus vitæ loquentis intelligitur de liberis.*
8 *Si ſine hærede alieno intelligitur etiam de extraneo.*
9 *Hæredem non habere,& habere nolentem adire paria ſunt.*

Caput XXX.

1 SI ſine hærede deceſſerit. Conditio hæc tractatur in l.ex facto 17.§.final.ff.ad S.C.Trebell.vbi glo.& Docto.

2 In hac conditione continetur ſolus ſanguinis hæres. Nam nemo ſine hærede mori
3 t ir.ideoque conditio hæc ſi ſine hærede intelligitur.ſine liberis, alias nunquam fieret locus fideicommiſſo,& ſic eſſet fruſtratoria voluntas Teſtatoris, & ita videri de liberis teſtatorem ſenſiſſe Diuus Pius reſcripſit d. l.ex facto §.fin.l.Gallus.§. etiam ſi parente. ff.de libe.& poſthu.Panorm.in c.in præſentia num.25. Dec.num.48.de probatio: Caſt. in conſil.453.lib.2. Cuma.in conſil.125.in princ.Corn.in conſi.272.lib.4.Paris.in con
4 ſil.89.co'.2.lib.2.Quod idem conſtituitur,ſi fuerit dictum, ſi deceſſerit ſine hæredibus, & ſucceſſoribus,vel ſine hæredibus quibus cunque. Quamuis enim hæc verba generalia ſint, attamen ne conditio videatur fruſtra adiecta, & aliquando locus fieri poſſit ſubſtitutioni,vel fideicommiſſo, eſt fauẽda interpretatio de liberis gloſſ. & Docto.in d. l.ex facto,§.fin.& in l.Gallus.§.etiam ſi.

5 Hinc eſt,quod ſi prohibitio facta ſit,ne hęredes alienent bona. extra familiam, quod in ea comprehendantur tãtum hæredes ſanguinis,quoniam extranei non continentur ſub nomine familiæ.leg.pronunciatio. ff.de verb.ſignifi.nec poſſunt euincere alienatã,
6 vendicantem.ff.de euictio. Et nomen hęredis poſitum in prærogatiua intelligitur de hærede ſanguinis.Bald. in conſil.283.Verba teſtamenti.lib.2.Socci.conſi.57.col. 3.li. 3.& 249.col.8.lib.2. Dec.in conſi.38.col.5. Crauet.in conſi.131.nu.9.& Bero.in conſi. 110.num.46.lib.2.

7 Præterea quando verba,hæredibus, referuntur ad tempus vitę illius, qui loquitur, vel cui ſit conceſſio,puta quia alicui, & ſuis hæredibus iu eius vita, vel quouſque vixerit,cum enim uiuus non poſſit habere heredem, & viuentis nulla ſit hæreditas, verba hæc intelliguntur de filijs, & liberis tenentibus primum locum,qui viuo Patre dicuntur ſui futuri hæredes, ita poſt antiquos tenet Iaſ.in d.l.Gallus §.etiam ſic nu.13.verſ. fallit 1.Gabr.lib.6. de verb.ſignifi. concl.2. num.6.ver.primo limita.

8 Secus eſt ſi fuerit dictum ſi ſine alieno hęrede,quia tunc intelligitur etiã de extraneo, ſecundum glo.ibi in verbo,ſine hærede,quę dicit primam veriorem, & Barto.approbat, & communiter ex ea infertur, quod feudum relictum alicui ex hæredibus intelligatur de filijs.Bart.num.2.Crauet.in conſi.38.nu.1. Quod idem eſt de emphiteuſi eccleſiaſtica Cla.in §.emphiteuſis queſt.28.in prin. Niſi forte ſit conceſſa in perpetuum,vel alijs modis,de quibus per Clarũ. vbi ſupra, quibus poſſit tranſire ad extraneos. Et ita Rota in Mediolanen. bonorum de Buſalora coram Bubalo die.7.Iunij.1585.per conſi.Soccin. 266.num.97.li.2.& Curt.Iun.conſi.4.& in fine & facta diligenti inquiſitione, & citatis ejus liberis.ad quos tangit proxima cauſa ſucceſſionis iuxta doctr.Bartol.in l.ſancimus §.quos autem C.ad Trebel. ſi nemo ſe offerat,qui hæres eſſe velit tunc bona,& hæreditas pertinet ad uocatos ſub illa conditione,quia paria ſunt hęredem non habere, vel
9 habere nolentem hæreditatem adire, & de hac conditione multa deducit Simõ de Prætis de interpr.vlti.volunta.lib.3. ſolut.3.per totam.

SVMMARIVM.

1 *Si tabulas chirographi mei heredi meo reddiderit.*

Caput XXXI.

1 SI tabulas chirographi mei hæredi meo reddiderit. conditio hæc definitur in l. huiuſmodi.86.§. ſi ita legatum. ff. de leg.1. quæ ſubſiſtit,& impletur, ſi hæredi debitũ teſtatoris acceptũ tulerit, ſufficit enim pro eius adimplemento hęredem à debito liberare d.§.vbi glo. & Bart. ſiue adſint tabulæ, ſiue non reperiantur,nec reddantur. Bar.ibi & ſupra c.3.nu. 10.in fine. Bald.in l. mulier. 20.in princ.ff.de condi.Inſti.cum alijs allegatis infra par.2.quæſt.40. nume.2. capitulo primo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Si primum marem pepererit.*

Caput XXXII.

SI primum marem pepererit, tractatur conditio hæc in l.ſi fuerit.11.§.fin. ff. de reb. dub. quę ſubſiſtit, & impletur, ſi primus maſculus naſcatur: & ſi coniunctim maſculus, & fœmina naſcantur, ſemper pręſumitur maſculus prius natus; Niſi eſſet donata libertas, ſi primum fœmina naſceretur, quia tunc fauore libertatis primum fœmina præſumitur dicta, §.fin.& ibi glo.& Bar.

SVMMARIVM.

1 *Si Capitolium aſcenderit.*

Caput XXXIII.

SI Capitolium aſcenderit conditio hæc eſt poteſtatiua, & de ea tractatur in multis locis, vt in l.2. & in l. hæc conditio. 29. ff. de cond. & dem. quæ ſubſiſtit; & ſic eſt accipienda, ſi cum primum poſt mortem teſtatoris aſcendere potuerit d.l.29. vbi gloſſ. in verbo cum primum, & Bar. in princ. & l.2. vbi gl. in verbo poſt mortem.

SVMMARIVM.

1 *Qui prior Capitolium aſcenderit.*

Caput XXXIV.

1 SI quid duobus fuerit relictum, cui prior eorum Capitolium aſcenderit, erit relictum conditionale, ita vt duobus ſimul aſcẽdentibus, ſi non ſit certum, quis eorum prior aſcenderit, nemini eorum dabitur legatum, ſed adimitur. l.ſi quis.28. vbi gloſſ. ff. de reb. dub.

SVMMARIVM.

1 *Si Capitolium non aſcenderit.*

Caput XXXV.

SI Capitolium non aſcenderit, de hac cõditione tractatur in l. Mutianæ.7. ibi Si in Capitolium. ff. de cond. & demon. vbi gl. & Docto. & in gl. l. hæc conditio in verbo, aſcendere, quæ quia eſt conditio non faciendi, & de ea ſumus particulariter dicturi, ex induſtria de ea dicere hic prætermiſimus, quæ ſecundum tex. in §. ſi quis ita. Inſt. de verb. oblig. perinde habetur, ac ſi diceretur. Cum moriar de qua infra cap. 57.

SVMMARIVM.

1 *Conditio non faciendi non faciendo impletur, vel præſtita cautione Mutiana.*
2 *Mutiana cautio præſtatur ijs, quorum intereſt.*
3 *Non faciendi cõditio, ſi nemo adſit, cuius interſit de facili reſpicitur.*
4 *Mutiana cautio non habet locum in actibus inter viuos.*
5 *Mutiana cautio habet locum etiam in conditionibus affirmatiuis.*

Caput XXXVI.

1 NOn faciendi conditio non faciendo impletur gloſ. in l. ita ſtipulatus. 115. in verbo peruenire poſueris ff. de verborum obligat. ſed non ante competit actio, quam certum eſſe ceperit, id amplius fieri non poſſe d.l. ita ſtipulatus. 115. & §. ſi quis ita. Inſtit. eo. & ob id competit actio, ſi legatarius cauerit, ſe non facturum. l. ſi quis.4. §. fin. ff. de cond. Inſt. Quæ cautio dicitur Mutiana, de qua tractatur ibi, dicto, §. vbi Barto. & in l. Mutianæ 7. vbi glo. magna. Barto. & Doct. ff. de condi. & demon. & l. hæc conditio. 29. vbi glo. in verbo aſcendere. ff. eod. Nam per præſtationem huius cautionis dicitur adimpletum ſecundum allegata iura, & ideo poteſt ipſa præſtita agi ad legatum, ſeu hæreditatem ſub conditione aliquid non faciendi relictam. Et eius forma traditur in tex. authen. de nuptijs, §. qui vero & §. cui ſancimus. Ex quibus ſumitur auth. cui relictum C. de indi. uidui. toll. & exigit fideiuſſores, l. cum ſub hac. ff. de cond. & dem. & d. auth. cui relictum. Albe. in d.l. Mutianæ, nume. 1. uer. & expone. Bart. nume. 10. ff. de cond. & demon. Natta in conſi. 297. nume. 16. lib. 2. & infra par. 2. quæſt. 116. per totam ca. 1. Et eſt præſtanda de non faciendis illis reb. quę legatarius ſeu ſubſtitutus ſub conditione non faciendi grauatus poteſt uſque ad ultimum ſuæ uitæ ſpiritum facere, Ita Al-

bert.

bert. Bartol. & Bald. in dicta, l. mutianæ in princ.

2 Et præſtatur ijs, quorum fauore eſt non faciendi cõditio adſcripta, ſiue in ſpecie nominatis, ſiue uenientibus ab inteſtato Bart.
3 ibi. idem ſi non ſit cui. Quorum utrorumq; ſi nemo adſit, reijcitur, l. filius, §. Diui, ff. de leg. 1. maxime ſi ſit conditio non alienandi, quod ſecus eſt in alijs conditionibus, negari uis, ut dicit ibi Bar. & in his cui. ff. de cond. & dem. de qua infra, & coſta ſelect. Interp. in l. cum tale, §. ſi arbitratu. limitat. 9. nume. 3. eodem.

4 Præterea cautio Mutiana non habet locũ in contractibus, neque in alijs quibuſuis actibus inter uiuos, ubi non faciendi conditio eſt adſcripta. Cyn. in leg. ſiue apud acta, C. de tranſactione, ſequitur Bartol. in leg. mutianæ ſub. numero quarto, & Albert. ſub numero ſecundo, & 3. ff. de condi. & demon. ubi reſpondent ad Guliel. de Cuneo tenentem contrarium, & ad l. fideiuſſor. in fine. ff. qui ſatiſd. cog. & l. imperatores. ff. de appellat. per ipſum Guliel. allegatas in l. dedi. ff. de cond. & demon. idem dicit gloſſ. magna in fine in l. 2. C. de pactis. Angel. in l. ſi ob rem. num. 3. ff. de cond. cauſa data. Rom. in ſing. 584. communem dicunt Moder. in ſynt. comm. opin. in 4. loco. tit. 7. in fine, ſed hic in donatione cauſa mortis, quia magis accedit ultimę uoluntati, quam contractui ſecundum Rom. in d. ſing. 584. & addentes ibi Emanuel a Coſta ſelect. Interpr. libr. 1. in l. cum tale §. ſi arbitratu, ampliat. 2. nu. 4. & 5. ff. de condi. & demo. Verum enim uero poteſt Mutiana cautio ex uoluntate Teſtatoris remitti, & prohiberi §. præfatę. in fine auth. de nuptijs. Emanuel ubi ſupra in li. 2. cap. 6. num. 3. & 4. Accedat, quod iſta cautio

5 procedat etiam in conditionibus affirmatiuis, quando ibi non repugnat uoluntas Teſtatoris ſecun. Bart. in d. l. Mutianę nume. 3. licet regulariter locum habeat in negatiuis ut notant ibi communiter Doct. & in leg. ſi apud acta, C. de Tranſact. & ſupra cap. 3. in 5. & 6. quę plus obligant, quam affirmatiuę c. ſi non licet 23. quęſt. 1. Alex. de Neuo. in fil. 1. contra Iudęos fęnerantes nu. 7. dubio; ueteſ. ſed pręcepta negatiua. Procedit etiam cautio prędicta in affirmatiuis habentibus perſeuerantiam uſque ad ultimum uitę ſpiritum. l. Pater. §. Socrus. l. Titio fundum in princ. ff. de cond. & dem. Bart. in d. l. Mutianę. col. 2. in 5. oppoſ. & Soc. ibi Gratus conſ. 102. num. 12. libr. 2. et infra part. 2. c. 6. q. ultima per totam.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio poteſt cum cauſa prohiberi, quo caſu realienata datur ſubſtitutis actio ad eam repetendam.*
2 *Res alienari prohibita, neceſſitate urgente poteſt alienari.*
3 *Alienatio extra familiam poteſt fieri, uni in familia.*
4 *Alienatio prohibita fieri poteſt conſenſu omniũ, quorum intereſt prohibitio.*
5 *Alienatio prohibita conualeſcit, ſi ij, quorum intereſt, ſiant hæredes alienantis, vel legatary.*
6 *Alienatio prohibita, nemine ex ijs, quorum intereſt, ſuperſtite, fieri poteſt.*
7 *Et ſi nulli intra quartum gradum ſuperſint.*
8 *Agens pro reſiſtione venditionis ex fideicommiſſo debet cauere, ſe ulterioribus eius familiæ poſt mortem reſtituturum.*
9 *Penſiones rei alienari prohibitæ poſſunt vendi.*
10 *Ob debitum hæreditarium poteſt alienari res prohibita.*
11 *Non alienandi conditio de facili reſpicitur, ſi non eſt expreſſa perſona, cui fauore ſit prohibita.*
12 *Dotis cauſa reſpicitur conditio non alienandi.*

Caput XXXVII.

INter faciendi conditiones eſt conditio non alienandi, in qua cautio ſimilis Mutianę pręſtari poteſt Bart. in d. l. Mutianę nume. 3. in princ. ff. de cond. & dem. Et quidem ſub conditione propoſita poſſet tota materia fideicommiſſaria tractari, quæ de per ſe requirit longos tractatus, prout demoſtrant celebres iuriſcõſulti Marzarius, Peregrinus, Oddus, & Cardinalis Mantica, & Petrus à Petra Placentinus, quibus ei ſatisfecerunt, ad quos erit recurrendum, hic enim de ea perpauca, ut res expoſtulat, ſunt dicenda.

1 Exiſtit enim talis conditio, & implementum accipit, ſi legatum, vel hæreditas alienari prohibita non alienetur. Verum ſi alienetur, deficit, & datur actio ſubſtitutis ad rem alienatam repetendam. l. peto 71. §. final. ibi ſed etſi domus, quam ad hoc Pedem. in deci. 49. in princ. ff. de leg. 2. leg. ſancimus. 7. C. de rebus alien. non alienan. Bart. in l. Mutianæ in fine

fine.ff.de cond.& demon. Quod verum eſt, niſi in prohibitione non ſit expreſſa cauſa l. filiusfam. 118.§. Diui Seuerus vbi Barto.in princ.ff.de leg.1.l.Pater.36.§.Iulius Agrippa vbi Bart.ff.de l.3.& l.Lucius.91. in prin. vbi Bar.ff.eod.

Item verũ, eſt niſi neceſſitate vrgente, & creditoribus bona prohibentis diſtrahentibus res alienari prohibita alienetur.d. leg. filiusfam.§. Diui in fine,ff.de legat.l. alienatione,ff.fami.erciſ.l.1.ff.de fundo dota l. Pater filium in prin.ff.de leg.3.Caſtren.in conſil.183.col.2.ad finem lib.1.& in conſ.405. col.2.ante medium eod.lib.Roma.in conſil. 280.Alex.in conſi.215.col.2.lib.6.Socc. in conſi.80.col.fin.lib.4.Crauet.in conſi.6.nu. 91.Quod intellige,ſi ſint creditores prohibentis alienare, nam regulare eſt, quod æs alienum grauantis impediat, & diminuat pro rata debiti fideicommiſſum. l. Papinianus,§.quarto.ff.de inoff.teſtam. l. ab omnibus,§.fin.ff.de leg.1.l.imponenda.& l. irritum,C.ad l.falci.glo.in l.Stichum, aut Pãphilum,in verbo additio.ff.de ſolutio.Bart. & alij in l.debitor in fine,ff.ad S.C. Trebel. Surdus in conſi.7.num.23.Quod ſecus erit, ſi creditores ſint hęredes illius,qui alienare prohibuit,nam bonis venditis ex neceſſitate grau.ti,vocati poſt eius mortem ex fidei cõmiſſo ac rem ſibi reſtituendam agere poterant,venditis vero ex uoluntate, non aliter expectata eius morte incontinenti agere poterunt.l.peto.§. Prædium, vbi gloſ.in verbo prædium, & in verbo. voluntaria. ff. de leg.2. vbi etiam Bart.in princ. Odofred. Alberic.Bald.Imola,&cęteri,omnes notant magni fauorabilem alienationem neceſſariam,quoad voluntariam,cũ illa viuente uẽditore non poſſit reuocari, uoluntaria ſic,& in continenti.Alex.in conſil.23. ſub nu.20. & ſequen.libr.1.& l.Pater 79.§. libertis, ff. eod.Verum ſi ultra rem prohibitam alienari ſi alia adſint, ſi fuerit cum prohibita alienari ſatisfactum creditoribus prohibentis, poterunt uocati ad rem ſibi reſtituendam agere data facultate creditoribus ſibi ſatisfaciendi in non prohibitis alienari l. pater filium,36.in fine,ff.de leg.3.

3 Item eſt verum, niſi res alienari prohibita ſit vni ex familia alienata,d.l.pater.36.§. quindecim vbi gloſ.& Bart.ff.de leg.3.l.voluntas.4.vbi gloſſ.& Sali. C.de fideicom.& hoc niſi teſtator rogaſſet hæredem, vt alicui extraneo reſtitueret; tunc enim licet vni ex familia alienauerit, tamen extraneus ſubſtitutus ab eo rem alienatam vendicabit l.vnũ ex familia 69.§.ſed & ſi fundum,vbi Bar.ff. de leg.2.

4 Sed ſi conſenſu oĩum,quib.ex fideicõmiſſo actio cõpetit,res alienetur nõ põt ex fidei commiſſo amplius vẽdicari ab emptore propter conſenſum.l.quotiens.11.vbi glo. Bal. & Salic.C.de fideicom.l.nihil.123.§. omnibus vbi glo.& Bart.ff.de l.1. Quod eſt adeo verum vt extendatur etiam ad caſum, ſi hæres præſentibus,& tacentibus fideicommiſſarijs vendat rem fideicommiſſo ſubiectam aſſerẽdo eam eſſe liberam,l.ſi ſinc. C.ad S. C. Velle.Sali.in.l.cum proponas.la prima prope finem,& ibi Iaſ.num.11.in fine verſi.Tu limita,C.de pactis.Alber. in l.fidei iuſſor.§. 1.circa medium.ff.de pigno.Bald.in l. Titia cum teſtamento.§.Lucius verſi. vnde dic.ff. de leg.2.& in d.l.quotiens,nu.3.C. de fideicom.Rom.in conſi.457.in fine. Ilraq.de retrac,ligna.§. 1.gloſ.9.num.154.ver. niſi tamen.Rota diuer.in deciſ.797.nume.4.part. 1.Et dixi in conſi.94.ver.per quam quidem lib.1.

5 Prout minus ex fideicommiſſo agere poſſunt illi,qui hæredes alienantis grauati exiſtunt,vel ab eo legata accipiunt,hoc enim caſu ratam alienationem per eum factam habere coguntur.l. ex qua.192.ff.de reg. iur.l. cum à Matre 14.vbi glo.& doct.C.de rei vẽdic.l.ſi abes,7.C.de nego.geſt.l.vxore.C.de bon.auth.iudic.poſſid.& l.ſi tertius,§.fin.ff. de aqua pluuia arcen.Caſtre.in conſi.16.in cauſa,quę vertitur.col.3.Fulgos.in conſ.67. Paterfamilias.colum.2.Cuman.in conſi.33. Roman. in conſil. 18. Viſa facti narratione. colum.fin.Boer. deciſ.23.num.20.Deciſ.in conſil.181.in fine. Quod intellige niſi fecerit inuentarium,quia tunc non coguntur habere ratam alienationem, vt notat Bald. in l.qui ſe patris.colum. 10.verſic.item quaritur,C.vnde liberi,& toto tit.C.de iure deliberan.Deciſ.in conſi.185.in prin.& colum. penult.Grami.deciſ.93.num.1. quia nullum commodum aſſequitur ex hereditate,quę eſt parata ad extinctionem debitorum per defunctum, niſi inquantum aliquid debitis ſolutis ſuperſit, quo caſu ſi aliquid ſolutis debitis ſupereſſet, quod adequaret valorem rei alienatæ,non poſſet tũc ex fideicommiſſo vendicari,vt notat Imo.in c.ex parte,col. 8.ver.ſed aduerte quia.Iaco.de feudis.l.ſi ab eod.7.vbi glo.& Docto.C.de nego.geſt.Anchar.

char.in conſil.245.quia quæſtio dubitabilis eſt col.fin.Alex.in conſi.6.viſo proceſſu.col. 2.verſi nec etiam obſtat.lib.4.in futuris adducit Peregrini.de fideicomiſſis, articu.33. in princ. Et nume. 10.& ſequen.fo. 296. & 297.

Et ſi legatum relictum ſit ei, cui ex fideicommiſſo competit actio, rogatuſque ſit rẽ fideicommiſſo ſubiectam extraneo reſtituere valet fideicommiſſum d.l.vnum.96.§.ſed & ſi fundum ibi ita demum peti poſſe. ff. de leg.2.

6 Sed ſi nemo de familia,& vocatis in fideicommiſſo ſuperſit,ſuſtinetur alienatio. l. cũ pater.79.§.libertis in fine,vbi glo.in verbo. vendiderit.ff.de leg.2.l.quotiens. 11. C. de fideicom. Vel ſi cum filijs re aliqua relicta, prohibuiſſet,ne iſta alienaretur, & nulli alij filij eius gradus ſuperſunt, tunc enim fideicommiſſum extinguitur; quàmuis alij ſint eius familiæ, & valet alienatio. Authentic. de reſtitu.fideicommiſſ.nom. capi. 159. vbi Bartol.

7 Rurſus ſi nulli familiæ grauantis intra quartum gradum ſuperſint, quamuis familiæ ſit fideicommiſſum relictum, tamen ijs, qui vltra quartum gradum ſuperſunt, nõ datur ex fideicommiſſo petitio.Auth.prędicta vbi Bart.

8 Sed illi,qui ex fideicommiſſo poſſunt rem alienatam vendicare,repelluntur,niſi cauẽãt, ſe vlterioribus eius familiæ poſt mortem reſtituturos, ſi adſint, & adſit grauamen. leg. peto. 71. §. final. vbi gloſſ. & Bartol. ff. de leg.2.

9 Poſſunt tamen grauati poſt mortem rem reſtituere illius fructus, & penſiones ſuis creditoribus aſſignare. l.huius.90.§. inſtituto.ff.de leg.2.l.fin.§.ſin autem C. commun. de legatis Corne.in conſi.243.colum.2.lib. 3.& in conſi 33.col.fin.lib.4. Et ad modicũ tempus,& durante vita grauati poteſt fieri alienatio.Corne.vbi ſupra ſequitur Surd.in deciſ.283.num.11.& 12.l.Statius.§. Cornelio felici.ff.de iure fiſci.l.cum pater,§.hereditatem,ff.de leg.2.Ang.in leg.Papinianus.§. meminiſſe.ff.de inoff.teſtam.l.ex facto,§.ex facto vbi Docto.ff.ad Trebel.Boerius deciſ. 268.num.3.qui loquntur in confiſcatione, quod fieri poſſit in vita delinquentis grauati.ſed cum iſta ſit alienatio, vt concludit, & multos cumulat Tiraq.de retract. conſang. §.1.gl.14.n.15. & cumulato ſuper Surdum in deciſ.294.num. 28. per allegata ſuperius ſuo.num.2.verſ.quod ſeuis erit.ibi venditis verò ex voluntate, non ſuſtinetur talis alienatio,& poterit ipſo viuente à vocatis poſt eum vendicari.l.peto.71.§. prædium vbi gl. ff.de leg.2.Alex.conſi.23.nu.26.lib.1. Rota diuer.deciſ.113.num.3.par.2.

10 Bene poſſunt grauati fideicommiſſo ob debitum hereditarium prædia pigniori obligare,vel diſtrahere.l.pater.36.in princ. ff. de leg.2.cum alijs allegatis ſupra num.2.

Hinc eſt quod grauatus ipſe alienans nõ poteſt non alienationem reuocare, ſiue ſit neceſſaria,ſiue volũtaria, quia nemo poteſt uenire contra factum proprium, niſi ſit ſui natura reuocabilis Bartol.in l.poſt mortem, ff.de adopt.Caſtren.in l.fina.§. ſed quia noſtra, C.commun. de legat. Gramat.in deciſ. 93.nume.3. et ſequen.quia obſtat quod de euictione tenet actio,eundem agẽtem repellit exceptio l.vendicantem.ff.per euict.l. exceptione, C.cod. & ita in ſpecie arguit Menoch.in conſi.81.num.48.& quod reſtituerẽ grauatus alienans pẽdente conditione ad reſtituendam,de euictione teneatur eſt tex. in l.fina.§.10.ſin autẽ,C.comm.per legatis. uel ſaltim ad præcitum Caſtren.in l.ſupra nume.2.ita factũ proprium ſeruabit. ſed cõtra Menoch. ſtat Rota diuer.in deciſ.110.nu.2. 7.8. & ſequen.par.1.

11 Et quidem non alienandi conditio de facili reſpicitur,ſi non eſt expreſſa perſona cuius fauore ſit alienatio prohibita. l. filiusfa. §.Diui.ff.de leg.1.Etiã quod adſint venientes ab inteſtato non expreſſi.Bar.in l.ſi quis ita.§.idem Iulianus.ff.de cond.Inſt.vbi Bal. qui refert.& ſequitur Barto.& Paul.de Caſtro.num.2.& ſupra num.6.& 7.concordantes innumeros adducit Peregrinus de fideicommiſ.in artic.14.nume. 1.& per totum §. 129. vti promiſerat in articu. 11. nume. 81. fol.96.

12 Et idem facere poſſunt cauſa dotis authores,quæ C.commu.de lega.vbi Bart.nu. 32. verſic. Decimo extende.Anan.in conſi.61. Soccin.in conſi.23.lib.3.Iaſ.in d.auth.num. 29.Curt.iun. num.11. Bald. nouel. de dote par.6.priuileg.13.nu.2.Deciſ. in conſ.376. num.11.qui extendunt non ſolum ad dote conſtituendam, ſed etiam ad reſtituendam. & antequam fuerit dos recepta, fuerit factum fideicomm. Didac. vari.reſolut. libro, 3.capitul. 6. numer. 10. Gozzad. in conſil. 97.num.10.Cagno.in l.fin.num. 172. C.de pactis. Dec.in conſi.519.num. 19. Late Surdotis.

dus in deciſ.62.in prin.& per totam, etiam ſi fuerit expreſſe prohibita alienatio cauſa dotis. Didac. vbi ſupra. verſi. Sexto. Alcia. in conſi.644. dicit communem. Deci. in conſil. 519.nu.19. Cor. in conſi.38.nu.5.lib.1. Gozzad. in conſi.97.nu.9. Cur. ſen. in conſil. 27. n.12.& 13. Et in conſi.63 nu.20.& late cumulati per Sur. in d.deciſ.62.num.11.& ſequen. firmant, teſtatores non habere talem poteſtatem, quod tamen ſub.n.4. reſtringit; niſi grauatus haberet alia bona libera & fideicōmiſſo nō ſubiecta, vbi multos allegat.

SVMMARIVM.

1 *Conditio ſi quod acciderit de morte naturali intelligatur.*
2 *Accedere humanitus eſt mori.*
3 *Vltimus caſus hominis eſt mors.*
4 *Teſtatoris verba ſunt ex conſuetudine vulgi declaranda.*

Caput XXXVIII.

1 SI quid filio meo acciderit. de hac conditione tractatur in l. in vulgari §. ſi quis. vbi glo. ff. de verb. ſignifi. & per Bald. in rub. C. depoſiti. Quæ quidem conditio de morte naturali intelligitur ſecundum Bar. & Bal. in citatis locis.

2 Humanitus accidere eſt mori §.1. in prin. Inſt. de donat. & ita communiter ſolent omnes loqui. Vnde Teſtatores ex vulgi ſermone ſimpliciter accidere, & contingere pro vita d. fungi accipiunt d. l. publia Meuia. 26. ff. depoſiti.

3 Nam vltimus caſus, qui homini poteſt euenire, eſt mors, merito illa conditio, ſi quid filio meo acciderit. intelligitur de morte, le. vxorem, 59. §. ſeium, vbi glo. & Bartol. ff. de leg.3. Hinc ſumitur argumentum, quod verba teſtatoris imperiti ſunt ex conſuetudine vulgi declaranda.

SVMMARIVM.

1 *Conditio ſi te virginē inuenero, an, & quando ſit honeſta vel turpis, vt ſit, vel non ſit reijcienda.*

Caput XXXIX.

SI te virginem inuenero. conditio hęc tractatur in glo. in c. per tuas. de cōd. appo. quam reprobat tanquam Matrimonio contrariam, & impeditiuā. Hoſt. in ſumma cod. §. quæ conditio. refert aliquos dicere, quod ſi conditio illa deficiat, quod non ſit matrimonium, maxime cum talis conditio ex parte mulieris non videatur honeſta, quia ſcit veritatē, & celat, & inde fit, quod mulieri decipienti non ſubuenietur, vt habeatur pro non appoſita. Ex parte enim uiri videtur honeſta, & vtilis, quia intēdit forte non incurrere bigamiam ſed cum diſtintione conditio illa procedit, vel non procedit. Nam aut refertur ad periculum copulæ carnalis, aut ad actum licitum, ſcilicet, ſi Virgo inuenieris per aſpectum Matronarum, atque obſtetricum. Primo caſu cenſetur turpis, & ideo eſt reijcienda, vt gl. ipſa notauit, quā ibi ſequuntur communiter Doct. vt atteſtatur Præpoſ. in col. pe. Et ſi ſub hac conditione matrimonio contracto permiſerit mulier, ſe ſe carnaliter cognoſci, matrimonium ſequuta copulam erit perfectum. Imò ſi per verba ſponſaliorū de futuro contraxerit ſub conditione ſi permiſeris, te carnaliter à me cognoſci, intelligitur de copula cōiugali, & licita c. is qui fidē. de ſpon. c.1. de ſpō. duo. Secūdo vero caſu eſt honeſta, & ſi non inuenietur Virgo ex aſpectu Matronarum, & obſtetricum, matrimonium non habebit effectū. Aret. in conſi. 82. col. pen. Silueſt. in verbo matrimonium 3. q.8. Brunel. in tract. de ſponſalibus, & Matrim. in concluſ.33. num.4. verſ. & aduerte.

SVMMARIVM.

1 *Si prolem euites.*
2 *Matrimonium non poteſt contrahi ad tempus nec ſub conditione donec inueniam aliā honoribus meis condignam.*

Caput XL.

1 SI prolem euites. Conditio iſta eſt contra naturam Matrimonij, adeo quod ſi ſub ea ſit matrimonium contractum, & vterque ei peſſimæ conditioni conſentiat, tales non ſint coniuges, nec inter eos matrimonium. cap. ſolet. 6. vbi gloſſ. magna, & cap. aliquando. 7. vbi gloſſa. 32. qua ſt.2. Innoc. Hoſtien. Ioan. Andr. & Henric. in cap. final. de cond. appoſ. Ioan. Boſchcus. de Nuptijs. lib.1. num.15.

2 Quod idem eſt dicendum de matrimonio contracto ad tempus, vel donec aliam

condignam honoribus, & facultatibus ſuis quis inueniat. d. ca. ſolet in fine ubi gloſſ. magna. Sed ſi ſequatur copula utroque coniunge talibus conditionibus conſentiente, cum ſint contra ſubſtantiam matrimonij, certe inter eos non erit matrimonium ſecundum Innocen. Hoſt. & Io. Andr. in dicto cap. fin. Vtroque uero contradicente, ſeu tacente erit matrimonium, ſecundum præallegatos Doctor. ſequitur Ioan. Brunell. in tracta. de ſponſalibus, & matrimonio concluſ. 33. nume. 5. & 6.

SVMMARIVM.

1 *Si ſeruum manumiſerit.*

Caput XLI.

1 SI ſeruum manumiſerit. de hac tractatur in l. fin. ff. de manum. teſtam. & in multis locis, & eſt mere poteſtatiua, quia ſerui etiã inuiti libertatẽ conſequũtur, ut notatur ibi. quam ad hoc Bald. in l. 1. num. 18. C. de inſt. & ſubſt. Item ſi ſeruum non manumiſerit, de hac tractatur in l. Mutianæ, 7. ubi Bar. Alber. Bald. Imol. Caſtren. & Socci. ff. de cond. & demo. explicant materiam cautionis Mutianæ, & de qua infra par. 2. ca. 3. quæſt. 7. & quæſt. 9.

SVMMARIVM.

1 *Si filios emancipauerit.*

Caput XLII.

1 SI filios emancipauerit. de hac tractatur in l. filijs. 25. C. de inoff. teſtam. ubi gloſ. in uerbo. obtemperauerit de qua Cyn. Bal. Salic. & Iaſ. ibi. quam cogitur adimplere Pater, ſi uult conſequi quod eſt ei ſub ea relictum, ut in dictis iuribus, faciunt notata inf. in par. 2. c. 1. q. 58.

SVMMARIVM.

1 *Si Deus voluerit, vel ſi Deo placuerit.*

Caput XLIII.

1 SI Deus uoluerit, ſeu placuerit Deo. de hac tractatur per Innocen. in ca. debitores. num. 2. de iureiuran. ubi dicit quod ſub auditur in quolibet actu iurato, & operatur, ut ſi iuraui tibi accomodare arma, & tu uis cum eis occidere hominem, non tenear tibi iuramentum ſeruare, & arma accomodare, quia Deus hoc fieri non uult. Non enim iuramentum licitum trahi debet ad caſum illicitum, nec ad periculum animę perduci, ſecũdum eum ibi. l. fi. C. de non num. pecun. l. fi. ff. ad municip. Innoc. in c. quemadmodum nu. 1. de iureiur. & in ca. cum contingat. eod. facit quod notatur in l. fi. ff. de ſatiſd. cogan. & aliæ multę ſubintelliguntur in iuramento, de quib. per Bal. in Margarita ad Innoc. in uerbo. conditiones quandoq; tacite ſubintelliguntur in iuramento & infra par. 2. q. 17. nu. 4. 5. & 6. & par. 1. c. 79. ſi eſt in matrimonio appoſita.

SVMMARIVM.

1 *Si eſt legum, ſeu Canonum doctor.*

Caput XLIV.

1 SI eſt legum doctor, ſeu Canonum. iſta uerba faciunt conditionem, de cuius exiſtentia debet liquere, alias relictum, gratia, ſeu prohibitio erit nulla ipſo iure. l. hoc iure. ff. de verb. oblig. l. cum ſeruus. ff. de cond. & dem. & l. hoc autem §. 1. ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eatur. Bald. in terminis in c. dudum. nu. 7. de preſumpt. & melius ſub. num. 15. verſi. nam hæc conditio, & ante eum Innocen. & Io. Andr. ibi ſub. num. 8. verſic. alij vero melius. Feli. ſub num. 2.

SVMMARIVM.

1 *Si ſit, vel erit Idoneus.*

Caput XLV.

1 SI ſit, vel erit idoneus, quatunt doctores in c. dudũ de preſumpt. An iſta verba faciant conditionem, quando apponuntur in gratia alicui conceſſa, ſub iſtis verbis, Si ſit idoneus, quæ ſuſpendant executionem gratiæ, donec verificetur. Innocen. in d. §. dudũ ſub num. 2. ver. alij melius dicit, quod ſi per huiuſmodi litteras tollitur ius alicuius, vel alicui fit preiudicium, debet priuſquam exequatur præcedere cognitio huiuſmodi cõditionis parte citata, & allegat. c. cũ dilecta. de reſcriptis, & c. & ſi nõ. 25. q. 2. q. extendit ibi ad

ad multos alios caſus ſimiles, ſed hoc ex mẽte aliorum firmat, ipſe vero ibi ſub num. 4. concludit contrarium, quod ſiue verba iſta ſonent monitionem, ſiue conditionem, litteræ ſunt exequendæ etiam nulla præcedẽte cognitione Idoneitatis, ſequitur ibi Io. And. ſub nu. 6. quis ſub n. 5. dicit, quod verba iſta ſonant monitionem, & inſtruunt executorem. idem firmat Bal. ibi nu. 15. Fel. vero ibi ſub nu. 2. diſtinguit inter idoneitatẽ intrinſecam & extrinſecam. Et intelligendo de intrinſeca ſtat cum eis abſolute, quia quilibet præſumitur idoneus idoneitate intrinſeca, vt ibi per eum nu. 11. quod limitat quatuor modis. Intelligendo vero de idoneitate extrinſeca dicit, quod non præſumitur per gl. ordin. in c. ſi forte in verbo ſcientię de elect. in 6. quam allegat ibi nu. 2. in prin. pro quo faciunt allegata ſuperius in c. 44. Bene verũ eſt, quod ſi non Idoneitas extrinſeca per tertium opponatur, ipſe habebit eam probare, vt in ca. 1. & in ca. vt circa de elect. in 6. quia excipiendo fit actor. le. 1. ff. de except. ſed ſi nemo ſe opponit, inquiret ſuperior, vt notat ibi Innocen. Io. And. & Fely. qui allegat Abbatem ſi vult, vt per Felyn. ibi nume. 22. quod limita, vt per eundem ſub num. 23. & ſequen. Verum tertio opponente, debet cognoſcere, & iudicialiter audire ſecundum allegatos late per Felyn. ibi ſub numero. 27.

SVMMARIVM.

1 *Si eſt de tali vico oriundus.*

Caput XLVI.

1 SI eſt de tali vico oriundus, iſta verba importãt conditionem, quę eſt prius quam fiat prouiſio uerificanda ſecũdum Innocen. & Hoſtien. in c. dudum de præſumpt. quos allegat ibi Bal. ſub num. 17. vbi allegat tex. in l. in totum omnia. ff. de reg. iur. & in l. 2. ff. de cond. & dem. quia vt notatur ibi per eũ, ex dictis iuribus non ſufficit de facto id fieri, quod eſt fiendum cum omni prouidentia, & ideo pręcognitum eſſe oportet antequam procedatur ad actum ante eum Ioan. Andr. ibi num. 8. verum alij vero melius.

SVMMARIVM.

1 *Si non ingrediatur Monaſterium.*

Caput XLVII.

1 SI non ingrediatur monaſterium, Ab. in c. in præſentia de probatio. dicit, quod talis conditio habetur pro non appoſita, & videtur pure facta inſtitutio, ſeu ſubſtitutio, ſeu relictum legatum ſub ea: faciunt allegata ſuperius in c. 9. ſub. nu. 6. & diſtingue vt ibi Huic deciſioni obſtare videtur id, quod notat Bart. in l. fi. col. 3. C. de pactis, vbi inquit quod tex. in §. ſed & hoc preſenti auth. de ſanctis. epiſ. loquitur in iure quæſito, quod ita de facili non tollitur, ſecus in iure quærendo ſecundũ eum, ex quo infertur valere ſtatutum, quod ingrediens monaſterium non ſuccedat, quia agitur de iure quærendo; & attenta tali ratione videtur, quod valeat inſtitutio, ſubſtitutio, vel legatum ſub illa conditione ſi non ingrediatur, adeo quod ſi deficiat, nec impleatur, quia ingrediatur, non conſequatur emolumentum; quia ex inſtitutione ſic facta auſertur ius quærendum, non quæſitum. Sed illa opinio Bart. communiter reprobatur per Angel. in dicta leg. fina. C. de pactis. Matth. ſing. 143. Alexand. in leg. ſtipulatio hoc modo concepta colum. 18. ff. de verb. obliga. & in conſil. 139. colum. final. lib. 2. Abb. in repet. cap. Ecclesię S. Marię col. 20. de conſtitut. Nico. de Vbal. in tracta. de Succeſ. ab inteſt. c. clerico. colum. 10. Anchar. in conſ. 274. Dec. in l. fin. C. de pactis. Nec verum eſt, quod in d. §. ſed & hoc præſenti loquatur de iure quæſito, quia quantum ad ſubſtitutum non videtur quæſitum ius hæredi, cui per aditionem non fuit ſimpliciter hæreditas acquiſita, ſed cum onere fideicommiſſi, & ſic non valet illatio, quæ inde fit, quod ſtatutum, quod ille, qui ingreditur monaſterium, non ſuccedat, ualeat, cum concernat ius quærẽdum, quia per dictum. §. nõ ualet tale ſtatutum ſed ſi in ultima uoluntate, ſeu ſtatuto dicatur ſi non ingrediatur monaſterium tale puta, Sãcte Dominici, tunc talis conditio non reijcitur ſecundum Bal. per illum tex. in l. cum ita legatum, ff. de cond. & dem.

SVMMARIVM.

1 *Si ingrediatur monaſterium.*

Caput XLVIII.

SI ingrediatur monaſterium, & iſta conditio de mente Bart.venit reijcienda,vt conſuluit in conſi.189. Domina Nuta Pauli.Bald.in l.1.in princ.C.de inſti.& ſubſt.& in aũt.cui relictum,C.de ind.vid.toll. tenet contrarium,eum refert,& ſequitur Paul. de Caſtro in d.auth.cui relictum in fine.Et opinio contra Bart.eſt verior,quia licet per hãc conditionem impediatur matrimonium carnale,quis inuitatur ad matrimonium ſpirituale,quod eſt fauorabilius,vt notat Bar. in l.Titio vſusfructus.§.fin.ff.de cond.& dem. in ea gloſſ.exiguntur duo;& talis conditio non impletur per ſimplicem ingreſſum, ſed per perſeuerantiam,Bald. Salic. & Iaſ. nume. 12. in l. ſi quis hæredem. C.de inſtit.& ſubſt.Angel.In conſi.153.col.3.Imo in l.in ſubſtitutione.vbi Alex.col.penu.ff.de vulg. & pupill.

SVMMARIVM.

1 *Conditio ſi cõſtiterit,quod Titius ſit de legitimo matrimonio natus.*

2 *Conditio eſt implenda,non ſupplenda.*

3 *Conditio eſt implenda in forma ſpecifica.*

4 *Probatio poſita in conditione excludit præſumptiones.*

5 *Item & coiecturas.*

6 *Niſi ſit dictum, ſi probaueris, te eſſe filium Sempronij.*

7 *Diſpoſitio in dubio nunquam intelligitur de caſu impoſsibili.*

8 *Diſpoſitio in dubio non præſumitur reſtricta ad eum caſum in quo non valeret, vel redderetur inutilis.*

9 *Filiationis probatio in conditione poſita poteſt probari per præſumptiones, & coniecturas.*

10 *Niſi fuerit dictum, Si apertiſsimis, legitimis, liquidis, indubitatis, & ſimilibus probationibus te filium legitimum probaueris.*

Caput XLIX.

1 SI tibi conſtiterit,quod Titius ſit de legitimo matrimonio natus,in iſto caſu quia probatio ponitur in conditione non defertur iuramentum in defectum plenę probationis,quia condictio eſt implenda,non ſup
pienda.Dyn.& Bar.in l.Lucius,ff. de cond.
2 & dem.Salic.in l.in bonæ fidei.col. penult.
verſi.quæro tertio.ff.de rebus cred.Alex.in
l.licet imperator,ff.de leg.1.quia Conditiones,vt ipſe dicit ibi in propoſito, debent ad
3 impleri in forma ſpecifica.leg.qui hęred.in
princ.& leg.Mæuius.ff.de cond.& demo.
4 Nec admittuntur pręſumptiones, quia qui
habet præſumptionem pro ſe non dicitur
probare.ita Bar.in l.1.C.de fide Inſt.& iure
haſtę fiſca, lib.10.quem ſequitur Alexa.vbi
5 ſupra. Nec minus admittuntur coniecturæ.
d.l.Lucius.Bar.in l.ait Prætor, §.ſi iudex in
fine.ff.de re iudic.Bald.in l.hęc ſententia circa finem.verſi.quæro de qua probatione.C.
de ſenten.quę ſine cert.quant. & in c.quoad
conſultationem.col.3.de re Iudi.Roman.in
rubr.C.de arbitris.col.7. Bald. in l. in bonæ
fidei col.6.verſic.expedita eſt ſecunda pars,
C.de rebus credit. facit quod notat idem
Bal.in auth.Matri,& Auię col.1.in fine, ibi
quidam tamẽ dicunt.C.quan.mul.tute.offi.
6 fung.poteſt. Verum hęc licet procedãt communiter ſine difficultate, tamen non habẽt
locum in caſu conditionis propoſitę. Si probaueris te filium,quoniam talis cõditio debet intelligi de probatione illa, quæ fieri
poſſit,non de uera, & concludenti, quia reputatur impoſſibilis. Dec. in c.in præſentia
de probatione num.25.verſi.nunc prędicta
concluſ.& in conſi.272.Bald.in conſi.437.
lib.5.Alciat.de preſumpt.par.3.nume.5.Tiraq.de retract.§.1.gloſ.16.num.7.Et in dubio diſpoſitio nunquam intelligitur de ca-
7 ſu impoſſibili.ca.à nobis, & ibi Abbas de
ſenten.excomu.Bal.in l.fin. in §. in computatione in fine.C.de iure deliber.vbi allegat
Bart.in l.ſi quis ſub conditione.ff.de condi.
Inſt.in fine,& idem Bal.in c.eccleſia Sanctæ
8 Mariæ.col.4.verſi.Tertia gloſ.de conſtit.Et
in dubio non præſumitur quis reſtringere
diſpoſitionem ſuam eo caſu,quo non valeret,& inutilis redderetur.l.3.ff. de teſta. milit.l.quoties.ff.de rebus dub. & l.quoties.ff.
9 de verb.oblig.Et ſic poterit filiatio in conditione poſita probari per præſumptiones,
& coniecturas iuxta ea,quæ dicuntur in l.filium.ff. de his, qui ſunt ſui, uel alieni iuris,
& in c.per ſuas.de probatio. & in l.ſi uicinis
ſcientibus.C.de nuptijs, & ita erit conditio
illa in iſto caſu intelligenda, niſi fuerit addi
10 tum,Si apertiſſimis,legitimis, liquidis,indubitatis,& ſimilibus probationibus, te filium legitimum probaueris, quia tunc procedunt

cedunt dicta ſuperius,ut firmat Dec. in rub. extra de probat.num. 163.& melius ſub.nu. 123.& ſequen.& infra par.2.c 1.queſt. 103. num.19.

SVMMARIVM.

1 *Si non potueris vel per te,vel per alium.*
2 *Conditio debet intelligi, ut poſsit verificari, & vt habeat potentiam ad eſſe, & non eſſe.*

Caput L.

1 SI non potueris uel per te uel per alium. iſta conditio intelligitur de non poſſe perſonali,& ideo dato perſonali non poſſe, dicitur purificata,quamquam per aliū poſſet intereſſe, Butrius in c.coram.num. 8.de offic.deleg. Ex quo generaliter notat, quod
2 conditio dubia ſic intelligi deber,ut purificari poſſit, & ut habeat ad eſse, & non eſse potentiam, pro quo faciunt allegata ſuperius in c.49.uerſi. Tamen non habet locum, & notata per Cardi.Manticam de coniecturis.lib.8.titu.3.num.8.& ſupra, ca.49.num. 7.& 8.

SVMMARIVM.

1 *Si vixerit in colluctatione.*
2 *Conatus non ſufficit pro implemento, quod intellige vt ibi.*

Caput LI.

1 SI uiuerit in colluctatione. iſthæc conditio exiſtit, & impletur ſi vixerit, deficit licet per eum non ſteterit, & legatum non
2 conſequetur, quia talis eſt huius conditionis natura ut requirat factum,nō conatum. Bald.in l.1.nume.26.C.de inſt.& ſubſt. per notata in l.in executione,§.ult.ff.de verbo. obligat.ſequitur Iaſ.in l.ſi rem tibi.nume.2. ff.de preſcript.& ſupra cap.5.num.41.uerſi. quod ſecus eſt. Quod intelligitur, quando quis ludendo impendit operam, & non uincit,ſecus ſi alter ludere recuſet cum eo, quia tunc uidetur ſtare per illum, & ſic habetur pro impleta.gloſſ. in l.ſi gratuitam, §.ult.ff. de preſcript.in uerbo uictori. & Dec.in leg. iure ciuili num. 6.ff.de reg.iur. & ſupra par. prima.c.6.num.58.& c.8.num. 4.& cap.13. num.2.tamen poteſt facere teſtatur, ut conditio non habeatur pro impleta, quamuis per aliquem ſteterit, quominus impleatur. Alciat.in leg. nemo poteſt numero. 8. ff. de leg.1.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteuta non poteſt alienare rem emphiteuticam irrequiſito domino.*
2 *Conditio ſi placuerit domino,vel ſaluo, & reſeruato domini conſenſu præſeruat à caducitate.*
3 *Limitatur, ſi domino fuit illatum præiudiciū, quia emptor ſit durior,vel rebellis.*
4 *Fraus conſideratur ex effectu rei.*
5 *Emphiteuta alienans ſi dixerit, ſaluo, & reſeruato domini conſenſu, vel ſi conſenſus domini acceſſerit, excuſatur à caducitate.*
6 *Emphiteuta ſi alienauit ſub conditione.Si dominus non reuocauerit alienationem, & quod alias res ſit inempta,excuſatur a caducitate.*
7 *Idem ſi alienauit ſub conditione. Si & in quantum de iure poteſt,& non alias.*
8 *Verba honoris conficta, & ſimulata nihil operantur ſed augent fraudem.*
9 *Clauſula,& non alias, aliter,nec alio modo ad dita in cōditionibus præfatis præſeruat alienantem a caducitate.*
10 *Doctor loquens per dictionem forte, quantum ad ſe cenſetur quæſtionem decidere.*
11 *Proteſtatio contra factum non releuat.*
12 *Verborum ars non valet in re facta.*
13 *Conditiones præfatæ nihil operantur ſequuta actuali traditione.*

Caput LII.

1 TV ſcis,quod emphyteuta non poteſt alienare rem emphiteuticam irrequiſito domino,alias cadit à iure ſuo, vt de hoc eſt tex.expreſsus in l.fin. C. de iure emphit. vbi glo.in uerbo.cadat,quam dicit communem Butr.in conſi.22.nume.1.quem refert, & ſequitur Iaſ.ibi numer. 103.& ſequen.& eſt communis regula, ut dicit Socci Iun. in conſi.70.num.14 lib.3.
2 Verum quia ſolent emphyteutæ in ſimilibus alienationibus apponere conditionem, ſi placuerit domino, vel ſaluo, & reſeruato conſenſu domini, & non aliter, neque alio modo,expediens duxi,de ea, & eius effectu ſaltim remiſſiue, aliqua ſubijcere, & de ea

tra-

tradunt Doctor.in c.cum M.ferrarienſis. de conſtit. Et quidem illa, Si domino placuerit preſeruat à caducitate, vt tradit Iacob.de Barulo in ſumma quibus mod.feud.amit.in rubricella ſi vendidit ſub conditione, ſequitur Aluar.in c.1.in princ.col.penult.de prohib.feud.alienan. per Feder. Cepolla Caut. 22.col.2.ver.datur vlteriusaliud conſilium, & Iacob. de Santo Georgio in tract. de feu. verbo. & cum pacto de non alienando col. 8.in princ.Socci. Reg.439. Vaſallus penult. fallent.Cur.ſen.in conſi.8.colum.2. Iaſ.in l. fin.26.quæſt.col.penul.num. 68. C. de iure emphyte.& in l.non ſolum,§.morte.colum. ante penult.ff.de noui oper.nunc.Marſ. in l. is qui cum telo nume. 45. C.ad l.Cornel.de ſicarijs.

3 Sed Bald.in conſi.95. Mortuo Gregorio numero. 1.libro. 3.pulcre limitat, & declarat concluſionem prædictam procedere,quando emphyteuta,ſeu Vaſallus vendens in nihilo præiudicauit Domino, ſecus ſi præiudicium intulit,vt quia maiorem habet difficultatem in reuocando rem à manibus emptoris,vel quia eſt Caſtrum,quod cum facilitate non poteſt recuperari, & Ad ies, eſt Durior,vel Rebellis,quia tunc cadit, & priuatur alienans ratione fraudis, quia verbis Dominum honorat,& factis condemnat.

4 Nam fraus ex rei effectu, ideſt ex dãno Domini conſideratur,& iniuria domini ex contemptu,& vt latius ibi per eum. Fely. in ca. quæ in eccleſiarum de conſtit.nu.85.Grammat.in deciſ.49. num. 3.& 4.& Clarus in §. emphiteuſis,quęſt.13.nume.5. in fine, & in princ.adducit multa pro concluſione propoſita,& ipſam dicit communem, tamen cum iſta declaratione.

5 Idem dicendum eſt,talem alienantem eſſe excuſandum, ſi dixerit, quod alienat ſub conditione,ſi conſenſus Domini acceſſerit, vel ſaluo,& reſeruato domini conſenſu.Bal. in c.1.§.hoc quoque colum.penul.de ſucceſ. feu.& in c.1.§.fin.num.5. in fine quæ fuerit prima.cau.feud.amitt.qui loquitur in Vaſallo. Alber.in l.fin. colum. vlti.C. de iure emphyt.Aluarot.in dicta,cap.1.in prin.colum. penu.de prohibi feud.alien.per. Feder.Bal. in conſ.188.factum tale lib.3.ſequitur hanc concluſionem Iaſ.in dicta,leg.fin.quęſt. 26. num.68. & in dicto,§.morte colum. penult. & Canonic.omnes etiam in emphyteuta id procedere communiter aſſerunt,& allegant Bald.in dicto,ca.1.§. fina. vt dicit Ripa lib. 5.Reſpon.cap.1.nu.3.& in c.cum M.Ferrarien.poſt.num.80.verſic. ſecundo intellige. Clarus in dicto. §. Emphiteuſis. quæſt. 13. num.5.verſic.Bene verum eſt, quod pariter declara vt per Bald. ſuperius allegatum in conſil.95.nume. 1. lib. 3. vt ſupra in verſic. ſed Bald.: & per Clarum in dicto nume.5. in fine.

6 Et idem eſt dicendum, talem eſſe à caducitate excuſandum,ſi alienauerit ſub conditione, ſi dominus alienationem non reuocauerit,& quod alias res ſit inempta. Barto. in l.ſi quis locuples.ff.de manum. teſta. quem ad hoc Cepoll.in dicta.Caut.22. col.3.verſi. Bartol.etiam,ſed Barto. hoc non dicit ibi in lib. meo; tamen hoc tenet Soccin. in dicta. Reg. 434. Vaſallus Fallen. 3. Iaſ.in dicto,§. morte.colum.ante penult.& Felin.in dicto, capit. quæ in eccleſiarum nume. 86.de conſtitutio.

7 Idem inuenio eſſe dicendum,ſi alienauerit ſub conditione ſi & in quantum de iure poteſt,& non alias; Nam etiam ſequuta traditione non cadet. ſecundum Iacob. de Ar. quem ibi refert Bal.in dicto,ca.1.§.hoc quoque colum.penult.de ſucceſ.feud.qui refert, dictum Iacob.dicere,quod ſi Vaſallus fuerit peritus,poterit fraudem excogitare, vt nullum ſuſtineat amiſſionis periculum, quod verum eſſe dicit Bal.ibi, Niſi aliqua captio domini poſſet interuenire per corporalem traditionem,& per ea, quæ ſupra in verſic. ſed Bald.

8 Nam verba honoris conſicta, & ſimulata nihil operantur,immo fictiones augẽt fraudem.l.ſi libertus.ff.de iure patro. & ideo cadet hoc caſu ab omni iure.leg. elegantes. ff. de dolo. Bald.in dicto conſi.95.& in ca.Cumana colum.2.num.3.de elect. Quod tamen intellige niſi Traditio non ſit ſecuta, nec ſit proceſſum ad actum, ſed ſtaretur in finibus verbi, puta venditionis, & actus præcarij, quia tunc non caderet, Rubeus conſil. 13. nu.18.& allegati ſupra in princ.

9 Si vero emphyteuta, vel Vaſallus vltra prædictas præſeruationes,ſi Domino placuerit, ſi conſenſus domini acceſſerit,ſaluo conſenſu Domini, ſi Dominus alienationẽ non reuocauerit,ſi & in quantum de iure poteſt inſuper addiderit. Et non alias, aliter, nec alio modo, à caducitate tuebitur. Nam illa verba habent præciſam naturã, nec ideo recipiunt aliquam modificationem, vel interpretationem ſeparatam à verbis. Bald.in l.ſi

l.ſi quidem,C.de except.& ibi in,§. deniq; Deciſ.in conſi.61.nume.2.& ſunt taxatiua, & præciſa.l.non aliter.ff.de leg.3. & important neceſſitatem ex quo ſunt negatiue poſita,& inducunt ſollemnitatem & formam vt late Pariſ.in conſi.19.num.15.& ſequen.li. 2.Et ideo in propoſito de Vaſallo,& emphiteuta alienantibus cum aliqua ex prędictis præſeruatiuis,ſub iſta conditione negatiua, & nõ alias,aliter,nec alio modo,dicit,quod forte non caderent in dicto ca.1.§. denique colum.final.quę fuit prima cauſ.amitt.feud. quia conſtat,quod non intendit alienare,niſi poſſit,iuxta notata in ſimili in dicta.leg ſi quidem.C. de except. cum alijs ibi per eum alleg. faciunt dicta per Pariſ. in dicto conſi. 19.num.15 & ſequ.lib.2.

10 Et licet Bald.ibi loquatur per dictionem forte;tamen ei ſtandum eſt,quia Doctor.tali modo loquens, quantum ad ſe, cenſetur quæſt.decidere,vt dicit Socc.in conſil.93.... Et Caſſad.de pręben.deciſ.3.nu.30.& hanc deciſ.Baldi ſic emanatam ſequitur Aluar.in dicto cap.1.in princ.Iacob.de Sancto Georgio, vbi ſupra colum.7.verſi.ſed ponamus, & in colum. ſequen.in princ.quem etiam ſequuntur Canon.omnes etiam in emphiteuta, vt dicit Ripa vbi ſupra, & Clarus in dicta quæſtio. 16. numero. 5.verſic. Bene verum eſt.

11 Sed contrarium tenet Bal.ſibi contrarius in l.vnica colum.fin.quæſt.6.num.56. C.de his, quæ pæn.nom.ubi dicit, quod tali caſu proteſtatio contraria facto non releuat, & hoc ſequitur Cepol.in dicta.Cautel.22.col. 2.verſic.conſilium.Soccin.in dicta reg.434. Vaſallus Fallen.2.Iaſ. in dicto.§. morte col. penul.& idem videtur tenere in rubr. ſolut. matri.num.28.vbi dicit, quod cum ſinus in præiudicialibus illa verba non proſunt ad cautelam,nec proteſtatio releuat,vt per glo.

12 in dicta,l.ſi quidem. Et quod in re facta nõ valet ars verborum,Felyn.in dicto cap.quæ in eccleſiarum,nume.85.vbi fœdere diſtintionis conatur opiniones cõcordare,ſed expreſſe hanc abſolute tenet Deciſ. in conſil. 160.num.4 Rolan.conſil.51.num.28.lib.2. & ideo Cepol.in dicta.Caut.22. videns has contrarietates cõſuluit,omnes ſupraſcriptas clauſulas eſſe apponendas, vt ibi per eum in fine. Et hæc opinio proculdubio verior, &

13 communior videtur. Quod dicta verba non releuent facta traditione rei actualiter,quod etiam admittit Curt.dicto conſi.8.& ſequitur Duran.caut.46.quam opinionem comprobat Pariſ. in conſil. 86.numero, 14. libro quarto.

S V M M A R I V M.

1 *Si non duxeris in vxorem illam,quam virginẽ deflorasti.*

2 *Conditio præbens occaſionem delinquendi eſt reijcienda.*

Caput LIII.

1 SI non duxeris in uxorem, quam Virginem defloraſti. De iure quis tenetur cõtrahere matrimonium cum illa Virgine, quam deflorauit,ut eſt tex. in cap.1.& 2.de Adulterijs,& Ideo conditio uti cõtra prędi

2 cta iura præbens occaſionem delinquendi eſt reijcienda, ut reſpondit Ruin. in conſil. 189.num.8.& ſeq.lib.2. In contrarium facere uidentur allegata ſupra in cap.9.nume.5. & ſeque. ſed ibi non euenerat defloratio ut hic. Et pro iſta faciunt notata per Io. Brunc. in tract.de ſponſ.& matrimo.concluſ.33.im princi.& num.4.

S V M M A R I V M.

1 *Si inteſtatus deceſſerit, ſubſtitutio ſub iſta conditione facta eſt fideicommiſſaria.*

2 *Pupillus,cui ſuccedit per Pupillarem,non dicitur inteſtatus.*

3 *Conditio ſi inteſtatus deceſſerit,verificatur,ſi Teſtamentum non fecerit: item ſit fecerit, ſed non de illis bonis: Item ſi fecerit,ſed nulliter, vel non ſeruatis ſeruandis, vel ſi non potuerit.*

Caput LIV.

1 SI inteſtatus deceſſerit, iſthęc conditio ſępe in teſtamentis adſcribitur,dum inſtitutio hæredi ſi inteſtatus deceſſerit alter hæres ſubſtituitur, & quia per hanc conditionem inteſtati uidetur cogitaſſe de ætate Teſtabili ipſius hæredis, ſubſtitutio ſub ea facta erit fideicommiſſaria, ut poſt Iacob. de Beluis,tradit Bar.in l.Centurio.col.5.uerſi. quid ſi teſtator. ff. de uulgari,ubi Alex.col. 6.Aret.col.10.uerſi.tertio adde. Et Socci. in primo notabili. Iaſ.col.15.& plene repetendo num. 269.& 277. Paulus de Caſtro in l. præcibus colum.ante penul.C.de impub.& alijs

alijs, ſubſtit. Et licet verba inteſtatus largo modo ſumpta poſſint referri ad pupillū per l. 1.ff.de ſuis,& legit.& vt plene per Alex.in l.generaliter in princ.C.de inſtit.& ſubſt.& in conſi.257.lib.2.& 79.& 158.lib.6.& per

2 Soccin.in conſi.38.lib. 3. Tamen Pupillus, cui ſucceditur per ſubſtitutionem Pupillarem, non dicitur decedere inteſtatus, niſi quando non habet ſubſtitutum pupillarem, vel quando ſubſtitutus non admittitur. l. 2. §.impuberem.ff.ad S.C.Trebell.l. Papinianus.§.ſed nec impuberis.ff.de inoffi. teſtam. l.qui duos.ff.de vulg.& l.pater filium.§.fin. ff.ad Falcid.& notat Socci.in l.heredes mei. §.cum ita.col.2.ff.ad S.C. Trebel.& in repe. d.l.Centurio.num.276.in fine, & ideo ſubſtitutio ei facta, ſi deceſſerit inteſtatus, erit fideicommiſſaria ſecundum prçallegata iura,& l. credendum §. ſi vero maritus. ff. qui pet.tuto.

3 Conditio hæc verificatur, ſi teſtamentum non fecerit.Item verificatur,ſi fecerit teſtamentum,ſed non de illis bonis de quib. eſt facta ſubſtitutio.l.in teſtato,& l à Teſtatore ff.de cond.& demo.Item verificatur,ſi teſtamentum fecerit, & id nulliter fecerit. Fulg. in l.generaliter in fine princ.& in l.ſi mater. C.de inſt.& ſubſt.vel non ſeruatis ſollenitatibus,vel quia non potuerit. Barto.in l.pater Seuerinam.ff.de cond.& dem.ſequitur,& late hanc conditionem examinat ex prçallegatis iuribus Socci. in conſil.92.ſub.num.22. in fine colum.penul.& ſub num.23.in prin. col.vlt.lib.3.& Pariſ.in conſil.73.nume. 30. lib.2.in propoſito videndi.& late Surdus in conſi.3.num.12.& ſequen.lib.1. & in deciſ. 122. nume. 6.Iſtis obſtant allegata infra capit.72.

tur.l.facta §.ſi in danda, vbi Bart. & communiter omnes poſt eum.ff.ad S.C.Trebel.leg. cum filius. §. Pater.ff.de leg.2 & l.hoc iure §.fin.ff.de donatio. Dec.in conſi.273.col.2. Gratus in terminis.conſi.6.nume.75.lib.2. Pariſ.in conſi.19.num.4.& nume.28.& 29. lib.2.Guido Papa ſing.805.

2 Et hæres ſiue ſit per viam conditionis,ſiue per viam modi inſtitutus cum hoc onere aſſumendi cognomen, & arma, & deficiente aſſumere, & portare cognomen,& arma,deficit conditio,& retro declaratur,non paruiſſe conditioni,ac ideo non fuiſſe hæredē, ſed Prædonem,& ideo ad inſtar poſſeſſoris malæ fidei teneri ad reſtitutionem hæreditatis cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt; quod idem ſi fuerit inſtitutus ſub hoc onere per viam modi, ita Gratus in dicto conſil.6.num.75.lib.2.per tex.in l. liberto. §. Lucius. ff.de annu.leg.& in l.ſi hæres. ff.de cond.ob cauſ. Pariſ.in conſi.15.col.vlt. & d.conſil.19.nume.52.& ſequen.lib.2.vbi ſub num.55.comprobat multis authoritatibus quod Inobediens precepto,& voluntati Teſtatoris,& non parens conditionibus, & modis per eum adſcriptis priuatur omni emolumēto,& tenetur non ſolum quicquid perceperit reſtituere, ſed & etiā fructus. Et hanc conditionem à iure comprobatam defendunt Theſaurus in deciſ. 270. Ludouic. Moli.lib.2.cap.14.& Menoch.in conſil.30. & in conſil.458. & infra par.2.cap.3.quæſt. 7.nume.6.verſic. quod tamen non procedit in modo ſucceſſiuo ſed an ſit ſemper verum quod ſupraeſt affirmatum eſſe conditionem habetur infra par.2.capitu. 6.quæſtio.3.per totam.

SVMMARIVM.

1 *Si cognomen, & arma aſſumpſerit, conditio hæc eſt legitima,& ideo implenda.*

2 *Conditionem iſtam. Si cognomen aſſumpſerit, ſi non impleat priuatur emolumento, et fructibus.*

Caput LV.

Solent ſæpe homines maxime vltimi de familia,ne familiæ memoria extinguatur, hæredes alterius familiæ inſtituere

1 ſub conditione aſſumendi cognomen,& Arma;Quæ conditio à iure pro legitima accipi

SVMMARIVM.

1 *Cum Titius 30. annorum erit, quomodo intelligatur.*

2 *Tempus certæ ætatis adiectum puram diſpoſitionem non facit conditionem, ſed dilationem.*

Caput LVI.

1 Cum Titius annorum triginta erit, Stichus liber eſto,eique hæres meus fundum dato. Si Titius antequam deueniat ad 30.annum,decedat, Sticho libertas competet;ſed fundum legatum non debebitur.l. ſi ita 16.ff.de manum.teſta. Quod reſpectu legati

legati ſecus eſſet, ſi tempus certæ ætatis eſſet adiectum poſt præcedentem diſpoſitionem puram, quia tale tempus non facit conditionem, ſed implementum differtur in tempus, & ideo hoc caſu tranſmittitur. leg. ex his verbis. 5. ubi Bald. in primo notabili. C. quan. dies leg. ced. & ſuperius capitulo quinto numero quinto 38. & numero. 40.

SVMMARIVM.

1 Cum moriar liber eſto, conditio hac quomodo intelligatur.

2 Si hæres moriatur ſubſtituo talem.

Caput LVII.

2 Totum ſtat in boni viri arbitrio.
Si tibi videbitur.
Si probaueris.
Si meruerit.
Si te non offenderit.
Si comprobaueris.
Si dignum putaueris.
3 Merita, ſi ſuper meritis nõ adiutor diſpoſitio.

Caput

Caput LXXI.

1 SI voluerit. Si ei libuerit. Totum ſtat in voluntate. Sic grauati. Si vero dictum ſit. Si tibi videbitur, Si voluntatem probaueris.
2 Si te meruerit, Si te non offenderit, Si comprobaueris, Si non reprobaueris, Si dignum putaueris. Si probaueris. Ita hæc accipienda ſunt, ſi grauato quaſi bono viro videbitur, vt eſt tex. in l. fideicommiſſaria. 46. ubi gloſſæ. ff. de fideicom. liber. l. hæc venditio. 7. ff. de contrahen. empt. leg. fideicommiſſa. §. quamquam. ff. de leg. 3. Azzo in ſummam de l. §. item legari, poteſt. Pariſ. conſil. 106. num. 14. lib. 1.

Et quoad conditionem, Si voluerit, quando eſt ab homine, ſeu à lege appoſita, ſemper requiritur, quod ille talis ſuam declaret voluntatem expreſſe facto, & uerbis, ſeu tacite, ut notat in ſimili. Salic. in l. 1. C. ſi maior factus, & in ſpecie Alex. in conſil. 55. nu. 5. & 12. lib. 5. hoc idem multis exemplis cõprobat. Tiraq. in l ſi unquam in uerſi. reuertatur. num. 10. & ſeq. & de legibus connub. gl. 8. num. 93. & Iaſ. alijs exemplis in l. cum hi. §. eam tranſactionem. ff. de tranſact. Surdus in deciſ. 69. ſub nu. 24. 25. & ſeq. & inf. c. 89. num. 26.

3 Et quoad conditionem ſi meruerit poſt electionem factam de digno, omiſſio dignio re non admittitur ulterior diſputatio ſuper meritis. ca. cum nobis olim de elect. Rota. in Toletana Canonicatus 18. Maij. 1582. coram Aldobrandino, & in funeſta Iunis patronatus, 8. Iunij 1588. coram Comitulo.

SVMMARIVM.

1 *Si hæredi meo decem promiſerit, liber iſto, quomodo intelligatur*

Caput LXXII.

1 SI hæredi meo decem promiſerit liber eſto de hac conditione tractatur in l. Stichus. 24. ff. de ſtatu liberis, & qui eſt ea grauatus ſufficit ad eam implendam, ſi tantummodo promittat, licet adhuc non ſoluerit, vt notant gloſſæ. in d. l. & Bar. in primo notab, Immo uidetur conditio impleta etiam per promiſſionem inualidam. l. ſi quem ſeruũ. §. Paulus. ff. eod. In contrarium faciunt allegata per Surdum in conſil. tertio numero. 12. & ſequenib. & ſupra capitulo 54. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo intelligantur, & eorum effectus.*
Si ita eſt.
Si praces veritate nitantur.

Caput LXXIII.

1 SI ita eſt. Si præces ueritate nitantur. Iſtæ cõditiones debent apponi in reſcriptis, & ſi non apponantur habentur pro appoſitis. c. ex parte. 2. ubi Docto. & debent referri ad omnia ſuperiora in præcibus contenta. c. olim. 25. §. nos igitur. 2. cod. ubi gloſ. in uerbo. ad omnia, & ſecundum Archid. in c. cordi. de appellat. in 6. ſi iſta clauſula deſit reſcriptum præſumitur falſum. de ea pariter habetur in l. fin. C. de diuerſis reſcriptis. Verum conditiones iſtę non dicuntur conditionate ſubſtantiam reſcripti, ſed exercitium, & ideo parte in uita, uel opponente poteſt procedi, ut notat Butrius in c. ſuper litteris, ibi Canoniſtæ dicũt de reſcriptis cum alijs, quos ad hoc Fely. in dicto cap. ex parte nume. 15. eod. ubi ſuperius num. 6. expreſſe dicit, quod iſtæ clauſulę non faciunt conditionem, nec fundant, uel inchoant iuriſdictionem ſed inſtructionem ad procedendum, quod eſt idem in effectu cum eo, quod dicit in num. 15. de ea pariter habetur in c. ab excommunicato. 41. de reſcriptis. & in ca. conquerente. 7. de reſtit. ſpoliatorum. & in l. 1. C. de offic. comit. ſacrarum largit. & de capitulis Cotadi in uſibus feudorum paulo poſt princ.

SVMMARIVM.

1 *Si Paternæ incontinentiæ imitator non fueris quomodo intelligatur.*

Caput LXXIV.

1 SI Paternæ incontinentię imitatur non fueris. ſolent iſta apponi in legitimationibus ſed non inducunt conditionem præſertim extrinſecam, quæ reddat mandatum conditionale, ſed eſt dare formam, quæ etiã ſine expreſſione intelligitur, ut notatt Fely. in cap. ex parte. num. 6. de reſcriptis, et idem deciſ.

SVMMARIVM.

1 *Si Deo placuerit, quid importet, ſi eſt expreſſe appoſita in contractu Matrimonij.*

Caput LXXIX.

1 SI Deo placuerit. diximus ſupra de hac conditione in c. 43. vbi omiſimus, quid importet, ſi eſt expreſſe appoſita in contractu Matrimonij. ſubijcere, modo quæritur, an matrimonium, ſeu ſponſalia ſub ea contracta ſint conditionalia, Reſpon. quod nõ, quia tunc. Si non importat cõditionem, ſed quandam modificationem capit. ſignificaſti de elect. in 6. Immo cum ſubintelligatur per ea, quæ diximus ſupra in dicto cap. 43. non dicitur conditio. l. conditiones. ff. de cond. & dem. & Planum eſt, quod licitum Matrimonium placet Deo, ca. nuptiarum 27. quæſt. 1. & ca. ſic enim neque, & quod ideo iſta verba, ſi placuerit Deo, non faciunt illud conditionale, vt tenet & exornat Archid. in dicto cap. vnico, num. 11. uerſi. ſub conditione, & num. 12. de ſponſalibus, & matrim. in 6. niſi de Diuina contraria, voluntate appareret, vt in exemplis per ipſum allegatis in dicto nume. 12. verſicul. quod ſi à Deo. idem determinat Ioann. Brunell. in Tract. de ſponſ. & matrimo. Conclu. 33. nume. 1. verſic. ſecundo conditio.

SVMMARIVM.

1 *Si nupta eſſe deſierit quomodo intelligatur.*

Caput LXXX.

1 SI nupta eſſe deſierit, de hac conditione tractatur in l. ſi quis ſic. 57. ff. ſolu. matr. & comprehendit omnem caſum, per quem ſoluitur matrimonium, ut dicit ibi tex. & notant glo. & Barto. in primo notabili, & uide infra par. 2. cap. 1. quæſt. 42. ſub num. 7. & ſupra cap. 16.

SVMMARIVM.

1 *Si in quinquennio proximo Titio filius natus erit.*

Caput LXXXI.

1 SI in quinquennio proximo Titio filius natus fuerit, Tum decem Seio dato, Si Titius ante mortuus ſit, decem Seio non debẽtur; quia cum Titius ſit mortuus, iam eſt certum, ei filium intra quinquennium naſci non poſſe leg. ſi ijs. §. ſi ita vbi gloſſ. & in verbo. mortuus, & in verbo. Tum. & Bart. in primo notab. ff. de cond. & dem.

SVMMARIVM.

1 *Si filia, & mater mea viuet in Kalendis decẽ illi dato, quomodo intelligatur.*

Caput LXXXII.

1 SI filia, & Mater mea viuet in Kalendis decem illi dato de hac conditione tractatur in l. Multa 6. §. Sed ſeruius. ff. de cond. & dem. Altera mortua ante Teſtamentum dubitatur, an faciat deficere conditionem, & relictum non deberi, vbi concluditur, quod cõditio pro ea parte reſpectu Mortuæ ante teſtamentum, pro qua eſt impoſſibilis, habetur pro non appoſita, pro alia vero parte remanet firma, vt notant ibi Bar. Alber. Bald. Paul. de Caſtro, & Soccin. in princ. & ſuperius in capitu. 6. nume. 36. & inferius Par. 2. quæſt. 29. nume. 1. cap. 1. leg. hæc ſcriptura, 26. ff. eod.

SVMMARIVM.

1 *Dum vxor mea cum filio erit, hæres meus ei tãtum dato.*

Caput LXXXIII.

DVm vxor meam cum filio erit, hæres meus ei tantum dato. conditio iſta proponitur in l. ſi quis ita, 8. ff. de cond. & dem. & de ea ſatis diximus ſupra cap. 13. & quomodo intelligatur, tradunt etiam ibi Barto. Bald. Alber. Imo. Caſtren. & Soccin. ſed illam hic recenſuimus prout ponit tex. vt eſt noſtri inſtituti omnes indiuiduas legum, & ſcribentium excogitatas conditiones recenſere, ſeu maiorem partem illarum.

SVMMARIVM.

1 *Si Pupillo, vel furioſo datum fuiſſet, quomodo intelligatur.*

Caput LXXXIV.

SI Pupillo, vel furioſo pecuniam dediſſet; de conditione hac tractatur in leg. ſi fundus.

dus.13.ff. de cond. & dem. quæ videtur impleta dando Tutori, vel curatori, vt dicit ibi tex. ſed glo. in verbo. dando. hoc dictum declarat, ſi quod datum eſt, verum ſit in vtilitatem Pupilli, vel Adulti. l. Stichum, aut Pamphilum. ff. de ſolut. §. vſum fructum. gloſſ. ſequitur Bart. Bald. infert, quod conditio collata in perſona Domini, poteſt impleri in perſona Adminiſtratoris, glo. & Bart. ſequitur Imo. qui etiam approbat illationem Baldi de implemento facto in perſona Adminiſtratoris, & Paulus de Caſtro, & Socc. num. 1. faciunt allegata ſuperius in c. 6. nume. 16. & 17. & ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Si Titius ſtatuas in municipio poſuerit, quomodo impleatur.*

Caput LXXXV.

1 SI Titius ſtatuas in municipio poſuerit. hanc cōditionem proponit Pomponius in l. ſi Titius. 14. ff. de condit. & dem. vbi firmat, quod ſi eſt paratus ponere, ſed locus à municipibus ei non datur, nihilominus hæres erit, & habebit legatum ſub ea conditione relictum, quod & glo. ibi firmant, & allegant concordantes, & Bart. ibi notat, quod conditio impedita legitime per tertium habetur per impleta, & Alber. hanc legem applicat ad caſum per ipſum ibi poſitū, quoducnit ampliatiue ad dictum Barto. cuius dictum ſequitur expreſſe Imo. in prin. Caſt. n. 2. Soc. nu. 2. qui nu. 1. vocat hanc conditionē mixtam, & diximus infra. par. 2. ca. 1. qu. 29. num. 10. & nu. 17. diſtinguitur, quod ſupra extat firmatum.

SVMMARIVM.

1 *Si dederis ſcaccum mattum cum Pedina.*
2 *Et ſi Pedina, cum qua datur, ſit facta Regina, ſit conditio impleta.*
3 *Dignitatem maiorem conſequens non amittit minorem.*

Caput LXXXVI.

1 SI dederis Scaccum mattum cum Pedina. de hac conditione tractat Cyn. & ibi addentes in l. curatores. 2. C. de ſuſpectis Tutoribus. Bar. in l. legatis. §. ſi ex officio. nume. 3. & remiſſiue in l. falſa demonſtratio §. 1. ff. de cond. & dem. & in l. penul. ff. de ſenatoribus Imo. in dicto §. 1. nume. 3. qui allegat Ioan. Andr. in addit. ad Specu. in tit. de iudice delegato. §. reſtat. Quo loci quærunt præallegati
2 Doctores. An conditioni ſit adimpletum, ſi ſcaccum mattum dederit grauatus cum Pedina facta Regina. Addentes apud Cynum in dicta. l. 2. C. de ſuſpect. tutor. Hāc quæſtionem controuertunt, & videntur potius ſtare cum negatiua Bart. in l. legatis refert opiniones Imo. in dicta l. falſa demonſtratio §. 1. num. 3. ſtat cum negatiua, & illam dicit cōmunem. Caſtren. ibi num. 4. diſtinguit. Aut fuit dictum, Si dederis ſcaccum mattum cū certa Pedina aut ſimpliciter cum Pedina: primo caſu, ſi illa certa Pedina efficiatur Regina, & cum ea detur ſcaccus mattus, conditio erit adimpleta, quia ſecundum eum conſtat de corpore, quod non alteratur, licet altere-tur qualitas: Secundo vero caſu conditio
3 erit impleta, vt ibi per eū. Ex hac reſolutione fiunt illationes magni momēti, quæ poſſunt quotidie occurrere, Vt de forenſe facto, ciue q non deſinat eſſe forēſis. De populari facto Comite, q nō deſinat eſſe popularis. De notario facto Doctore, quod non deſinat eſſe Notarius. De monacho facto Epiſcopo, q non deſinat eſſe Monachus. De Epiſcopo facto Archiepiſcopo, quod non deſinat eſſe Epiſcopus, vt late per Doctor. & maxime per Caſtren. in dicta leg. falſa demonſtratio §. 1. nume. 1. & ſequen. ff. de condit. & demonſtr.

SVMMARIVM.

1 *Cōditio ſi dederis decem, ſeu aliquid aliud hæredi meo, eſt implenda in perſona hæredis directi, & ſi promiſerit.*
2 *Hæres directus non tenetur reſtituere fideicommiſſario quod percepit ex adimplemento cōditionis facto in eius perſona conditione de qua ibi.*
3 *Conditio ſi decem dederis intelligitur hæredi, etſi decem promiſerit.*
4 *Et ſi hæreditas ab eo tanquam indigno ſit ablata cum diſtinctione, de qua ibi.*
5 *Idem procedit in illo hærede, qui alienauit hæreditatem, ſed tenetur id, quod percepit ex adimplemento, tradere emptori hæreditatis ſecundum diſtinctionem, de qua ibi.*
6 *Idem procedit in hærede minore aduerſus aditam hæreditatem in integrum reſtituto.*

Caput

Caput LXXXVII.

1 SI dederis puta decem, ſeu aliquid aliud
heredi meo. De hac conditione tractatur
in l. qui heredi. §. cum hæreditas. vbi gloſ. &
Doct. ff. de cond. & dem. Vbi notant omnes
inter alia, q talis conditio eſt implenda in
perſona directi heredis, nõ in perſona fidei
comiſſarij. ita Bar. Bal. Imo. Caſt. & Socc. in
2 prin. Quo loci plus dicunt, q heres directus
non tenetur reddere fideicommiſſario id, q
percepit ex adimplemento cõditionis facto
in eius perſona; Quod eſt ſic abſolute intelli
gendũ, ſi voluntarie adiuerit hereditatem; ſi
vero adiuerit coactus, eſt diſtinguendũ, vt
late per Imo. in d. §. cum hereditas ſub nu. 4.
3 ver. Aut adiuit coactus. Et ſi fuerit ſimplici-
ter d. ſi decem dederis, ſeu aliquid aliud, nec
additũ cui, intelligitur heredi. l. ſi ſeruus lega
tus. §. qui margaritam, & l. ab omnibus. §. ſi
Titio. ff. de l. 1. Imo. in l. ſi in diem. nu. 1. vbi
Socc. nu. 1. ff. de cond. & dem. De hac dandi
conditione tetigimus ſuperius in c. 3. nu. 2.
& inferius par. 2. c. 1. q. 63. 67. & 68.
4 Et quod in perſona directi heredis talis cõ
ditio dandi ſit adimplẽda. Ampliatur 1. pro
cedere, etiã quod ab eo tãquam ab indigno
hereditas ſit ablata, ita Bar. in d. l. qui heredi
§. cum hereditas. in 1. q. eum ſequitur Albe.
Quod ſub nu. 8. diſtinguit Soc. & poſtea te-
net contra Bar. & reſpõdet iurib. per Bar. al
legatis, ſed non figit pedes, ſed relinquit co
gitandũ. Ego n. iſto cum Bar. q̃n cauſa indi-
gnitatis non reſpicit teſtamentum, q̃n vero
teſtamentum reſpicit, quia illud heres in eo
inſtitutus accuſauit de falſo, tunc priuatur
omni commodo, & ſic conditio, quæ illi cõ-
modum afferet, nõ eſt in eius perſona adim-
plenda, vt de mente Cuma. & Roma. tenet
Socc. ibi. Alias eſt in eius perſona per alle-
gata ſuperius, & ita firmauimus infra in pa.
2 c. 1. q. 44. per totã. 2. ampliatur procedere
etiã in illo herede qui alienauit hereditatẽ,
5 ſed id, quod percepit ex adimplemento cõ
ditionis, tenetur dare emptori hereditatis.
l. venditor. ff. de hæred. vel act. vend. ex qua
ita firmat Bar. in d. §. cum hereditas in 2. q.
eũ ſequitur Alb. ſub nu. 4. Contrariũ ibi te-
net Cuma. cui videtur arridere Soc. ſub nu.
8. ver. quærit etiam hic Bar. dum dicit, quod
Cuma. non reſpondet ad tex. Bart. & docet
volentes tenere opinionem Cuma. Bartolo
reſpondere, & firmat contra eum, quod ſci-
licet non tenetur heres, quod percepit exim
plemento conditionis, tradere emptori,
quod roborat ampliationem, quod condi-
tio ſit adimplenda in perſona hæredis e-
tiam alienantis hæreditatem, vt dicit Bar-
tol.
6 Tertio ampliatur vt procedat etiam, quod
heres, quia minor ſit aduerſus aditam hære
ditatem in integrũ reſtitutus, quod ſit nihi-
lominus in eius perſona propoſita cõditio
implenda. vt videtur tex. in l. ſi filius, qui Pa
tri. ff. de vulg. & pupill. vbi filius remanet he
res in illi rebus, quæ concernunt commodũ
ſuum. & in l. ſed & ſi fine. §. ſed quod. ff. de
minoribus. Bart. in d. §. cũ hereditas. in fine
de hoc dubitat. Alber. hoc firmat, ſed dicit,
quod tenetur reſtituere id, quod ex imple-
mento cõditionis percepit. Imo. uero ſub n.
4. firmat contrarium, & eum ſequitur Socc.
ſub numero. 8. in fine, vbi reſpondet ad
tex. in d. l. ſi filius, quod mihi placet per Ra-
tiones deductas per Imolam.

Concluſionem hãc, & eius ampliationes
limitabis vt ſuperius in c. 6. num. 15. & ſeq.
& in c. 19. ſub num. 4.

7 De conditione ſi promiſerit Decẽ eſt tex.
in l. Stichus. 24. ſub gl. & Alber. dicunt quo
modo impleatur. ff. de ſtatu. liberis & infra
parte 2. c. 1. q. 103. ſub nu. 9. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Conditio ſuſpendit diſpoſitionem in futurum euentum.*
2 *Siue ſit Tacita, ſiue expreſſa.*
3 *Conditio nihil ponit in eſſe.*
4 *Conditionalis diſpoſitio non habet effectũ niſi poſt purificatam conditionem.*
5 *Etiam quod adſit decretum irritans.*
6 *Conditio eſt implenda ante conſequutionem relicti.*
7 *Et in forma ſpecifica, quia dat formam, & nũquam continet leuem ſolennitatem, ſed ex neceſſitate debet exiſtere, & forma debet impleri ſpecifice.*
8 *Omiſſio implementi etiam in parte minima vitiat totum.*
9 *Conditio non poteſt impleri per æquipollens.*
10 *Conditio non diſponit ſiue ſit affirmatiue, ſiue negatiue concepta, niſi ſine diſpoſitione careret effectu.*
11 *Conditio impedit tranſmiſſionem.*
12 *Conditio operatur pluſquam, iuramentum.*
13 *Conditio debet intelligi, vt poſſit exiſtere, & non exiſtere.*

14 *Conditio facit actum indiuiduum.*
15 *Conditio ſignificat cauſam finalem diſponentis.*
16 *Conditio inducit preceptum.*
17 *Conditione ſub vna datum, ſub alia contraria cenſetur ademptum.*
18 *Conditio ſemel defecta non reuiuiſcit amplius.*
19 *Conditione adimpleta, ex tunc, diſpoſitio habetur pro pura.*
20 *Conditionem adimpletam ſemel fuiſſe ſufficit, licet implementum non duret.*

Caput LXXXVIII.

1 CONditionis effectus ſunt multi, & Primus, & precipuus eſt ſuſpendere diſpo
ſitionem in futurum euentum. l. ſi quis ſub
conditione dandorum. ff. ſi quis omiſ. cauſ.
Teſt. Bar. in l. 1. nu. 1. ff. de cond. & dem. glo.
in l. item quia. §. 1. in verbo. male petitur. de
pactis. gl. in l. ea, quæ. co. Dec. in conſi. 2. nu.
4. & in conſi. 327. col. 3. Neuizzan. conſ. 82.
2 nu. 21. Menoc. conſi. 63. nu. 28. 68. num. 8. &
78. nu. 14. li. 1. Siue ſit Tacita, ſiue expreſſa.
d. gl. in l. item quia. §. 1. & in l. ea quæ. de pa-
ctis, & Dec. vbi ſupra, ſequitur Rota diuer-
ſorum in deciſ. 47. nu. 7. 362. nu. 4. Et transi
re hoc ſine dubio apud omnes dicit in deci.
3 614. nu. 17. par. 1. Et nihil ponit in eſſe, l. ſi
quis ſub conditione ubi gl. 3. ff. ſi quis omiſ.
cauſ. Teſtam. Pariſ. in conſil. 164. nu. 19. lib.
4. Rolan. in conſi. 70. num. 67. lib. 3. & infra.
par. 2. c. 5 quæſt. 3. in prin. Dec. in conſ. 261.
col. 2. in fine. Berous in conſil. 78. nume. 12.
lib. 1. leg. cedere diem ff. de uerb. ſignifi. Et
ideo conditionalis diſpoſitio non habet ef-
4 fectum niſi poſt purificatam conditionem.
d. l. cedere diem. & l. qui hæredi. §. fi. ff. de cō
dit. & dem. l. pecuniam. ſi cert. pet. l. grege. §.
ſi ſub conditione. ff. de pignoribus Alex. in
conſi. 20. num. 2. lib. 6. Iaſ. in conſil. 149. lib.
4. Soccin. in conſil. 99. nume. 19. lib. 3. Dec.
in conſi. 24. Neuizza. conſi. 82. nu. 21. & per
multa exempla eleganter Tiraq. de Retract.
§. 1. gl. 2. nu. 21. & ſeq. Surdus in conſil. 91.
nu. 11. vbi adducit Pariſ. in conſi. 164. num.
19. lib. 4. Socc. iun. in conſi. 82. nu. 18. li. 1. &
Rol. in conſi. 70. nu. 67. lib. 3. Pereg. de fidei
com. art. 43. nu. 9. & ſeq. Quod etiam extēdi
5 tur ad clauſulam decreti irritantis, quando
eſt actui conditionali adiecta; nam & ipſa
conditionalis redditur, & ſuſpenditur eius
effectus in euentum conditionis Clemen. 1.
in princ. & ibi gl. in verbo. per ordinarium,
& Card. in prima oppoſ. de conceſ. præben.
cum alijs cumulatis per Gabrielem li. 6. de
Clauſulis cōcl. 3. nu. 46. ver. Sextus effectus
eſt. Pedemon. in deciſ. 5. nu. 9. & ſeq.

6 Secūdus conditionis effectus eſt, vt ſit im
plenda ante conſequutionem relicti, & hoc
eſt proprium conditionis. leg. filiofam. ff. de
cond. & dem. l. 1 hais ancilla. §. Stichus. ff. de
fideicom. liber. ita Bar. in l. quibus diebus. §.
fi. nu. 6. ff. de cond. & dem. & in l. cū tale. §.
Titius. nu. 1. ff. eo. & in l. qui abſenti §. i. n. 2.
ff. de acquir. poſſeſ. Bal. in conſ. 219. nu. 5. li.
2. Alex. in conſi. 20. col. 1. lib. 6. Aret. in cōſi.
93. nu. 11. Rui. in conſi. 26. nu. 10. li. 2. Pariſ.
in conſ. 19. nu. 257. li. 2. Meno. cōſi. 131. nu.
1. li. 2. Et in forma ſpecifica. l. qui hæredi. §.
fi. ff. de cond. & dem. l. Meuius. ff. eod. Anch.
in conſi. 156. nu. 1. & 390. num. 3. Neuizza.
conſi. 87. nu. 6. Meno. in conſ. 326. nu. 10. li.
4. & allegata in par. 2. c. 1. q. 41. in princ. Ro
ta diuer. deci. 453. nu. 3. lib. 1. Io. Thomaſius
conciuis meus ſub nomine Beroij. q. 41. nu.
3. affirmat idem procedere & in uerbis con-
ditionalib. ut ſpecifice, & uere ſint adimplē
7 da, non improprie; Quia dant formā. d. l. qui
heredi. Bal. in auth. matri, & auię. col. 1. C. q̄
mulier tute. offi. fung. poſſ. Doct. in l. 2. §. fi.
ff. de vulg. & pupill. Dec. in conſil. 11. col. 1.
Neuizz. in conſi. 2. nu. 27. Tiraq. in tract. de
retract. conuen. multos citat in gl. vnica. §. 2.
nu. 3. in fine, & in prin. dicit, quod Cōditio
nunquā continet leuem ſollennitatē, ſed ex
neceſſitate debere exiſtere Rol. in conſ. 49. n.
15. & in cōſi. 55. nu. 25. & in cōſi. 65. nu. 25.
li. 3. Meno. in conſi. 240. nu. 137. lib. 3. & in
cōſ. 243. nu. 16. & 269. nu. 17. & 272. nu. 38.
eo. li. 3. Et forma dēt impleri ſpecifice, Bal.
Imo. Ang. Caſt. & alij in l. 1. ff. de libe. & poſt
8 hum. Et eius omiſſio etiam in parte minima
actum vitiat in totum. Butr. & Abb. in c. fi.
de reſt. ſpol. Fely. in c. cum dilecta. ampliat.
10. de reſcriptis. Iaſ. in conſi. 191. col. 1. lib.
2. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glo. 21. nu
me. 11. vbi allegando glo. Bar. Alex. Fely. &
alios dicit, Non poſſe impleri per equipol-
9 lens, quod tamen limita vt infra par. 2. cap.
1. quæſt. 41. & quod debeat impleri in to-
tum, eſt tex. in leg. qui duobus, & leg. cum
fundus. ff. de condit. & demonſtrat. quas
ad hoc Oldradus in conſilio. 242. ſub
numero tertio verſiculo, conditio autem.

10 Tertius conditionis effectus eſt, ut non
diſpo-

diſponat.d.l.ſi quis ſub conditione dandorum decem.ff.ſi quis omiſſ cauſ. teſtam.l.ex facto.la 1.ff.de hęred.Inſtituen. Mantica de coniect.lib.5.tit.2.num.3. Verum conditionalia verba diſponunt ſæpe,vt probat.leg.ſi fideicommiſſa.§.cũ eſſet.ff.de l.3.l.ratione.la 2.§.tametſi.ff.ad l.falcid.l.Auia.§. vlt. ff. de cond.& dem.& l.ſi ita ſtipulatio.ff. de operis liber. Et regulare videtur,quod diſponant, vbi verſatur fauor liberorum. l. vnum ex familia.§.vlt.ff.de leg.2. Maxime affirmatiue concepta. Dec.in conſil.283.nu.5. licet apud alios & Decium ipſum nulla cõſtituatur differentia. An conditionalia verba ſint affirmatiue,vel negatiue concepta, vt notat Menoch.in conſ.152.num.21.ver.Hæc conſideratio. Item conditionalia verba diſponunt,vbi ſine conditione carerent effectu.l. Proculus.ff.de vſusfructu.Menoch.in d.cõſil.152.num.18.in fine.lib.2. ſed in propoſito videatur Boer.deciſ.155.nu.17.

11 Quartus effectus eſt impedire tranſmiſſionem,vt notant communiter omnes poſt gl.in l.unica.C.de iis,qui ante aper.Tabul.l.vnica.§.in nouiſſimo.C.de cad.tollen.alias citat Cardinalis Mantica de coniect.lib.11.tit.20.num.1.& 2.Menoch.præſumpt.201.num.1. lib.4.de præſumpt.Niſi contrarium tradent coniectura ta mens teſtatoris, vt in dictis locis plene probãt Cardinalis Mantica & Menoch.diſtinguendo plures caſus in quibus conditio tranſmiſſionem non impedit.& colligitur ex allegatis infra in part. 2. c.1.quæſt.45.& 47. Item non impedit in cõtractibus,vt in d.quæſt.45.num.5.ſiue ſit tacita,ſiue expreſſa,vt ibi.Item non impedit, ſi conditio ſit in rerum natura certa, nam talis conditio non impedit tranſmiſſionem.l. Vnde Neratius.ff.de manumiſ.teſtamento. Barto.in l.cum ſine præſumptione.ff. quando dies.leg.ced.Ancha.in conſi.354.in fine. & latius per Menoch.ubi ſupra.

12 Quintus effectus eſt, operare pluſquam iuramentum. Neuizza.in conſ.87.num.19.& 20.

13 Sextus conditionis effectus eſt, ut intelligi debeat,ut poſſit exiſtere, & non exiſtere, l.ex facto.§.ult.& ibi Docto.ff.ad S.C.Trebell.l.cum ad præſens. & l.itaque. ff. ſi cert.petat.Cardinalis Mantica de coniect.lib. 8.tit.3 num.8.

14 Septimus effectus eſt,facere actum indiuiduum.l.qui duob.& l.cui fundus.ff.de cõdit.& dem.late Craue.pro Genero nu.137.inf.par.2.c.1.q.21.22.& 23.

15 Octauus conditionis effectus eſt ſignificare cauſam finalem diſponentis. Bart. in l. demonſtratio.§.quod autem nu.13.ff. de cõdit.& dem.Cuma.& Caſt. in l.2.§.fin.ff. de donat.Alios citat Tiraq.in tract.de ceſſante cauſa limit.1.num.60.ſequitur Surdus dec.7.num.10.& 232.num.7.

16 Nonus effectus eſt inducere præceptum, ut eſt tex.in l.cum ita legatum.ff.de cond.& dem.& plures extant tex.quibus probatur, grauatum ſub conditione uideri iuſſum parere pręcepto.l.ſub conditione.l.ſi pupillus.l.quidã in prin.ff.de cond.inſt.l.2.l.multa.§.1.l.in conditionib.l. hęc ſcriptura. l. quibus dieb.in pri.l.qui hęredi.§.duorũ.l. Iulianus ait.l.ſi in diem.§.1.l.ſub diuerſis.in princ.l. Meuius.l.cui fũdus.l.in facto.§.1.l.ſed ſi hoc §.1.ff.de cõd.& dem.& dicit gl.in rub.eo.naturam conditionis eſſe,ut ei obtemperetur, ſi ſit poteſtatiua ad idẽ eſt tex.in l.Pater ſeuerinam.ff.eo.ubi etſi relictũ factum ſit ſub conditione,& ſub contraria conditione ademptum,tñ dicitur factũ in pœnam,quod nõ eſſet, niſi prima conditio importaret pręceptũ, & illũ tex.ſic intelligunt Bar.ibi in fine princ. Imo.& Caſt. Idẽ Bar.in l.1.nu.14.ff.de uul. Alex.nu.11.Soc.nu.14.uerſi.Demũ 2.loco. Iaſ nu.23.circa finem. Ripa nu.90. Bal. in l. cum proponas.nu.8.uer.contrarium tñ, ubi Iaſ.nu.7.uerſ.Tertio limita.C.de hæred.inſtituen.Socc.in conſi.259.nu.3.lib.2.Iaſ. in conſi.124.nu.3.lib.4.Deciſ.in conſ. 273.n.3.290.nu.1.298.nu.4.& 5.Alcia.de pręſumpti.reg.3.Præſumpt. 45. in prin. Berous in conſ.27.nu.16.li.2.Zaſius in Trac. de ſubſtit.de vulgar.l.in 1.effectu.Lancello.de ſubſt.nu.104. Hoc idem probat tex. in l.quoties.ff.de condit.& dem.vbi gl.vbi dicitur,quod quando mulieri relinquitur ſub conditione, Si non nupſerit,& cogatur reſtituere. Si nupſerit,ſecunda conditio dicitur in penã, & prima Pręceptũ.Hoc idem tenuit Fulgo. in l.1.nu.6.Corn.nu.11.verſi.nam ſciendũ.C. de his,quæ pęn.nom. Et ideo apponitur vt impleantur.gl.in l.2.C.de cond.inſer.Bald. in l.Arethuſa in 2. lectu.in 1.nota.ff.de ſtatu homi.Pariſ.conſil.19. nu.40.lib.2. Et ad propoſitum effectus pręfati multa deducuntur infra in par.2.c.5.q.3.

17 Decimus cõditionis effectus eſt vt datum ſub una cõditione cęſeatur ſub alia adẽptũ. l.ſi legatũ pure.ff.de adimen.legat quod intelligẽ ſub alia contraria.l.aliquando.ff.de cõd.&

dictionario.in verbo.Niſi,& infra pa.2.c.1. quæſt.3.num.2.& ſequen.

4 Aliquando inducitur per dictionem Alioquin.le.ſi finita.ff.de danno infect.§.ex hoc edicto,& leg.eleganter.ff.de dolo.l. Lucius. ff.de fideicom.liber.l.2.Leui legata.§.1.ff de leg.1.ſpecul.de citat.§.1.verſi.Sed pone Papa,& ita dicit pronunciaſſe Innocentium.l.2.§.2.verſic.alioquin.ff.ſi cert.petat.Bart.in dicta.l.1.num.11.verſi.quarto.Pedemon.in deciſ.145.nume.5.Sali.in dicta.l.2.ff.ſi cert. petat.in prin.Item aliquando inducitur per alternatiuam Felin.in cap.2.de libel.oblat. Rota diuer.deciſ.257.num.3.par.1.

5 Aliquando inducitur per dictionem Alias. l.diuortio.ff.de nego.geſt. Bart. in dicta.l.1. num.12.verſic.quinto quæro.ff.de cond.& demon.Dec.in conſil.107.nume.2.& 6.Caputaq.in deciſ.82.nume.3.& 4.lib.3.Rota diuer.in deciſ.446.num.5.& 664.nume.2. par.prima.

6 Aliquando inducitur conditio per dictionem Siue.l.huiuſmodi.ff.quan.dies leg.ced. Bart.in dicta l.1.nume.13.verſic ſexto quæro.Alber.in dictio.in verbo ſiue.Henr.Boic. in c.ſicut ex literis.ſub nu.8.& ſeq.de ſponſ. & matrimo.

7 Aliquando inducitur per copulam Et,& aliam coniunctionem copulatiuam.l.Gallus §.quidam recte.vbi Alber.ff.de liber.& poſthum.l.cum mulier.§.penul.ff.de cond.inſt.l. ſi pecuniam alias peculium.ff.de ſtatu.liber. l.cum pater.§.ante peto.ff.de leg.2.Bar.in d. l.nu.14.verſi.quæro quid de coniunctione. ff.de cond.& dem.

8 Aliquando conditio inducitur per Aduerbia reſpicientia tempus futurum Bar.ibi dicto num.14.verſi.ſecundo principaliter.de aduerbijs,& dat exempla de multis,vſque ad nume.17.de quibus vide infra in par.2. cap.1.quæſt.5.per totam.Boich.vbi ſupra. num.8.

9 Aliquando inducitur per Aduerbia localia,vt notat ibi Bart.num.19.verſi.vlterius, vbi dat exemplum de aduerbio Vbi l.fideicomiſſum.§.fideicommiſſum.ff.de leg.3.

10 Aliquando inducitur conditio per aduerbia Quantitatis,vt notat Bar.in dicta.l.1.nume.20.ver.quæro.de aduerbijs quantitatis, vbi dat exemplum de aduerbio,Quatenus. Bal.in leg.antiquitas in primo notab.ff.de vſufruct.Rota diuer.in deciſ.381.nume. par.prima.

11 Aliquando inducitur per aduerbia negatiua.Bar.in dicta l.1.num.21.verſic.vlterius quæro.de aduerbijs negandi.ff.de condit.& demon.vbi dat exemplum de aduerbio negatiuo Ne,l.tales.§.Titius.in fine.ff.eod.l. cum tale.in fine eod.auth.ex cauſa.C.de bonis.quæ liber.Bartol.in leg.ſi quis poſſeſſionem.ff.de acquir.poſſ.& in leg.cum Pater. §.Titio.ff.de leg.2.& in dicta leg.cum tale.§.1.

12 Aliquando inducitur per Præpoſitiones vt notat idem Bar.in dicta l.1.num.23.verſ. Tertio principaliter quæro.ff.de cond.& demon.l.cum vir eod.l.ſi fuerit.ff.de manu.teſta.leg.nec ſemel.ff.quan.dies leg.ced.§.ſi in habitatione,& l.ſolemus.ff.de condit.& demonſt.late Alber.in leg.ſicut in princ.ff.de leg.1.

13 Aliquando inducitur conditio Ex vi nominis.Bar.in dicta l.1.num.25.verſi.quarto principaliter quęro,& infra par.2.c.1.quæſ. 6.per totam.

14 Aliquando inducitur Ex vi pronominis, vt notat idem Bart.in dicta.leg.1.nume.27. verſi.quinto.ff.de condi.& demo.vbi etiam Soccin.& alij.

15 Aliquando inducitur conditio per Relatiua,vt de relatiuo quis,vel Qui eſt tex.in l. factum qui.ff.de leg.1.ubi Petrus de Bella Pert.& in l.Stichum.6.ubi Odofred.Barto. Alberic.Bald.Ange.Imol.Caſtren.Alexan. Hiet.Iaſ.Alciat.& cęteri omnes.ff.de lega.1. & de relatiuo ſecundum quod eſt.Cyn.& ſalij.in l.ſecundum.C.de contrahen.& committ.ſupra l.Bertran.conſi.184.nu.7.lib.6. Rota in antiquis de Teſtamentis deciſ.51. num.4.& 6.& 6.alias.869.Corne.in conſil. 218.num.7.lib.3.Si tamen referantur ad tempus futurum Ioa.Fab.in rub.C.de hijs qui hab.modo in fine,& allegat.Doct.in dicta Stichum.

16 Aliquando inducitur conditio per Ant. vt notat Bart.in dicta l.1.num.33.ver.ſexto.

17 Aliquando inducitur per Participium.l. quid ſi fugitiuus.§.idē ait.ff.de edilic.edict. l.ſi ſeruus natus ſit.ff.de ventre inſpicien.l. 1.§.quamuis.ff.de adminiſtr.tuto.l.tutores. §.hæres.eod.Bar.in dicta l.1.num.34.verſi. ſeptimo.gloſſ.in Clemen.1.de præbend.Belaner.deciſ.723.num.15.

18 Aliquando inducitur per Gerundia.l.ſi tu ex parte in fine.ff.de acquir.hæred.vbi Aret Barto.in rubr.C.de edendo,vbi plene Alex.& Iaſ.Bar.in extrauagan.ad reprimen. verſi.ne ex earum Aret.& Ioan.de Platea in rubr.

Digitized by Google

rubr.inſt.de actionibus,vbi Iaſ.in 7.col. circa finem. Bart.in l.1.nu.36.ver.8.ff.de condit.& dem.Bald.in l.falſas.col.3.ver.& nota hic in dictionem.C. de furtis. Corne. in conſi.90.in cauſa vertente,col.2. verſi.quia gerundium lib.4.& conſil.143.licet in hac conſultatione.col.3.verſi. Illud enim.lib.4. Fely.in cap.exceptionem.col.3.verſic.noto quod illud de except.Io.Plat.in §.1.Inſtit. de actio.Ang.in rubr. Dec.in conſil.433. viſa copia colum. 2.verſic. non obſtat quod ſecundo.

19 Aliquando inducitur per ſupina. idem Bartol.in dicta leg.1.num. 37. verſic. nono quæro,vbi dat bonam,& magiſtralem doctrinam.

20 Aliquando inducitur per Dummodo Bartol.in leg.quibus diebus.§.final.nume. 2.4.& 9.ff.de cond.& dem.Ancha.in clem. vnica num. 6.de conceſ. præben. Caputaq. in deciſ.35.num.2.& 3.par.2.Gabr.in conſil.65.num.1.lib.1.Et hoc quando adiungitur ei,quod implendum venit ante quæſitū molumentum.l.1 hais. §. Stichum.ff. de fideicom.liber.Bart.in dicto.§. fin. vbi etiam Caſtren.& Socci.Curt.ſen.in conſi.74. colum.8. Soccin. iun. in conſil. 148. in fine libro 1.late Cranet.in conſil.10.num.14.

21 Aliquando inducitur conditio per Ablatiua abſoluta Docto.& præſertim Alcia. in l.cum quærebatur.240.ff. de verbo. ſignifi. l.cum ab eo.44.vbi Butrigno. ff. de contrahen.empt.l. impuberum. ff. de vulgari.leg. equus.de vſur. & l.a teſtatore.ff.de condit. & demonſtr.Pute.deciſ.34.nume.1.2.& 3. lib.3.Rota diuer.in deciſ.654.nume.1.par. Oſaſc.in Pedem.deciſ.145.nume.6.& 7.& infra par.2.capit.1.quæſt.20.ver. Pront,& habet maiorem cum ſecundum Menoch. in conſi.152.num.10.lib.2.Corn.in conſil. 76.num.4.lib.3. Quod ſecus eſt ſi ſtent cauſatiue,vt notauit Oſaſc.in dicta deciſ.num. 5.& antea Ioan.Fab.ibi infra num. 23.cum diſtinctione de qua ibi per eū an,ſit formatus a tempore præterito, vel a futuro;Quæ conditio in ſuo contrario diſponit. Decia. conſil.41.num.48.& ſequen.lib.1.

22 Item aliquando inducitur per Dum.l.ſi ita quis legauerit.ff.de cond.& demo.l.qui concubinam.§.vxori.ff.de leg.3.l.2.ff.de in ius vocan.Oldrad.in conſ.243.ſub.num.1. Ioan.Faber.vbi ſupra in fine.

23 Aliquando inducitur per ita l. Iulianus. 83.vbi glo.ff.de cond.& dem. Ioan. Faber. in rubr. C. de his quæ ſub modo Herinc. Boich.in c.ſicut ex litteris.nu. 8.9. ſponſal. & matrimo.

24 Item.Itaut, conditionem inducit.l.titio centum.§.conditio.ff.de cond.& dem.& infra par.2.c.6.quæſt.1.verſic. ſed ex diſpoſitione num.36.

26 Item verbum, Volo, quando ad ſui terminationem expectat actum alterius volūtatis,inducit diſpoſitionem poſt illum actū impletum,& non antea,& ſic conditionem tunc importat,vt notat Bal.in l.cunctis populos.col.2.num.23.verſi.ſed tamen conſideratio.C.de ſumam Trinit.& fide Catho. Soccin.ſen.in conſil.69.nume.3.& 4.lib.1. alios adducit & ſupra c.71.in fine.Et idem eſt de quocunque verbo diſpoſitiuo expectante actum alterius volūtatis,quod ſecus eſt fauore piæ cauſæ, vt per Alex. in conſi. 190.num.24.& ſequen.lib.6.

27 Item per Verba ſignificantia futurum euentum, vt caſu quo, & ſimilia iuxta tex. in leg. reſpiciendum, & in leg. ſequen.ff.ſi cert.petat. cum alijs adductis per Cornel. in conſi.187.num.7.lib.2.

28 Item tempus incertum facit conditionē. l.dies incertus.ff.de cond.& demo.Corn.in conſil.160.num.6.lib.3.& ſupra ca.4.num. 5. Item & alia verba, & aduerbia quæ in indiuiduo ponit Alber.remiſſiue in ſuo dictio. in verbo.Conditio fit.

29 Item aliquando inducitur per quatenus, & dicitur conditio extinctiua. Paulus de Caſtro in conſil.451.col.1.libr. 1. ſequitur Gab.in conſi.121.num.6.lib.2.& ſupra.ca. 2.num.26.& 3.& in parte 2.cap.1.quæſt.5. Dant alia verba inducentia conditionem extrictiuam. Item aliquando inducitur per rel.ut ſoluat decem, vel amputetur manus Florian.in leg.ſi tua.ff.de ſeruit.noſtri prædior.quem Bertac.in verb.rel.

Inducitur etiam per actus in Teſtamentis; ſeu contractibus factos, niſi ibi ſint in quorum euentum declaretur res dubia,quę præceſſit. l. quędā.ff.de rebus dubijs.l.Paulus.4.ff.eo. Decia.in conſil.8.nu.214.lib.1.

30 Item per ſubſtitutionem inducitur conditionalis inſtitutio, quia quælibet ſubſtitutio eſt conditionalis inſtitutio. leg. qui liberis.ff.de vulg. Bartol. in leg. ſi Mater. §.1.ff.eod. Peregr.de fideicommiſſ.artic.15.nume.10.fol.137.hoc eſt ſic primæ locus non erit.Rauden.de Analogis ca.27. nu.47.Boerius.deciſ.38.num.27.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Demonſtratio quid ſit.*

2 *Demonſtrationis duo ſunt genera: alia enim eſt vera, alia falſa.*

3 *Demonſtratio vera reddit diſpoſitionem liquidam, & dat notitiam rei demõſtratæ, & habet vim, & effectum nominis.*

4 *Demonſtratio vera illa dicitur, quæ apparet talis per duas qualitates veras, licet aliæ reperiantur falſæ.*

5 *Demonſtratæ rei identitas probatur ex duabus qualitatibus veris.*

6 *Demonſtrata re in contractibus vltro, citroque obligatorijs, ſi non reperiatur ille, qui demonſtrauit, tenetur ad rem, quam ſi non poteſt tradere contractus vitiatur.*

7 *Demonſtratio non præſumitur facta cauſa diſpoſitionis, & quæ ponuntur ad demonſtrandum, non diſponunt, nec obligant.*

8 *Demonſtratio falſa circa ſemetipſam deridet legatarium.*

9 *Si eſt falſa circa rem, cui eſt adiecta, ſi conſtat de corpore non vitiat, ſeu de ſubſtantia.*

Caput XC.

SVpra in 1. Cap. propoſuimus definitionem conditionis, ubi ſub nume. 31. poſt alia multa pertinentia ad conditionem in præcedentibus capitibus hucuſque traditã, ſubijcere promiſimus de Demonſtratione, modo, Cauſa, & Pęna, ac eorum præludia, & introductiones tradere priuſquam deueniremus ad ſingulares quæſtiones, vt ideo eo ordine, quo promiſimus, ſingula tradamus, debemus modo Demonſtrationem, eius definitionem, & introductiones in medium proferre.

1 Et quidem omiſſis ijs, quæ ſupra dicta ſunt de definitione ipſa, eius generib. & ſpeciebus, de quibus late in d.ca. 1. ſub num. 3. & ſequen. Cum Bart. in l. demonſtratio. nume. 1. verſi. Credo ego. ff. de cond. & dem. ipſam definiendo dicimus eſſe, Quædam ex præſentibus, uel præteritis accidentibus notitia adhibita rei, quæ eſt in facto; & nõ quę eſt in fieri, quo magis diſpoſitio ſit liquida tex. eſt in l. nupet. 83. ibi; & ideo elegans eſt illa diſtinctio. ff. de leg. 3. Iacob. Cuiac. in Paralitis ad 50. lib. ff. lib. 35. titu. 1. de condit. dem. & cau. tomo. 2. fol. 52. litera. B. ſeu eſt id, quod reſpicit vel perſonam diſponentẽ, vel perſonam, in quam confertur diſpoſitio ſeu rem, de qua fit diſpoſitio. Bar. ubi ſupra. Hanc eandem in effectu dat demonſtrationis definitionem Bald. ſecundum gloſ. in l. etſi poſt tres. num. 11. verſic. demonſtratio. ff. ſi quis cautionibus. Alciat. in l. Stichum, qui meus. 6. nume. 4. ff. de legat. 1. vbi communiter Docto. & Cicero. lib. 3. Rhetor. ad Herennium dicit, quod Demonſtratio eſt quæ docet remiſſa voce quomodo quid fieri potuerit, aut non potuerit, & lib. 4. Demõſtratio eſt, cum ita verbis res exprimitur; vt geri negocium, & res ante oculos eſſe videatur, quod ad Oratorem attinet.

2 Demonſtrationis duo ſunt genera, alia enim eſt vera, alia falſa d. l. demõſtratio. 17. ff. de cond. & demon. vbi Barto. num. 3. & 4. gloſſ. in rubr. ff. eod. §. huic. Inſtit. de leg.

3 Vera demonſtratio reddit diſpoſitionem liquidam, & dat noticiam rei demonſtratæ, glo. in rubr. ff. de condit. & dem. & ibi etiam Bart. idem Bar. in l. demonſtratio num. 3. ff. eod. & habet vim nominis, & effectum. l. ſi nominatim. vbi Bar. ff. eod. Bald. in rubr. in princ. C. de inſt. & ſubſt. Gab. in conſi. 168. num. 32. lib. 1. l. certum. ff. ſi cert. peta. Doct. in l. 1. & 2. ff. de libe. & poſth. §. ſi quis in nominc. inſt. de lega. Cuiac. ad Affricanum. to. 3. fol. 76. litera. B. Menoch. in conſi. 173. nu. 4. lib. 2.

4 Et illa dicitur vera demonſtratio, quę apparet talis per duas qualitates veras, licet aliæ reperiantur falſæ. Bart. in l. demonſtratio falſa in princ. in 7. quæſt. ff. de cond. & demon. l. hac conſultiſſima. C. qui Teſt. fac. poſſ. l. forma in prin. ff. de cenſibus. l. Patronus. §. 1. & 2. ff. de leg. 3. & l. 1. in fine. ff. de dote præleg. & quod notatur in l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de leg. 1. Soccin. in l. in Teſtamento. col. 2. ff. de condi. & demo. Alex. in conſi. 38. num. 3. & 4. lib. 5. Crauet. in conſil. 269. ſub num. 4. in fine, & num. 5. in princ. Puteo. in deciſ. 343. num. 5. li. 2. & par. 2. c. 2. q. vlt. num. 37. & 40.

5 Nam ex duobus veris probatur Identitas. Alex. in conſil. 133. col. 4. libr. 1. & in conſil. 73. col. penult. lib. 3. & dicto conſi. 38. lib. 5. & in conſi. 50. col. penult. eod. li. 5. & in conſil. 107. in fine lib. 6. & in conſi. 180. colum. fin. & in conſi. 183. colum. penult. in fine eo. lib. 6. ſequitur Rolan. in conſil. 46. num. 30. lib. 3. Crauet. in conſi. 269. num. 5. & recipit denomina à demoſtrante, vt ex leg. in teſtamento. ff. de cond. & demo. ſirmat Barbat.

bat.in conſil.2.num.2.lib.1.

6 Sed ſi res demonſtrata in contractibus vltro citroque obligatorijs nõ ſit in rerum natura; ille, qui demonſtrare tenebatur, tenetur ad rem demonſtratam, vt notat Bart.in dicta l.demonſtratio.ff.de cond. & demo.in quarta quæſt. per tex.in l.ſi quis fundum.ff.de actio.empti.ſequitur Socc.in conſil.25.nume.7.lib.4. quam ſi non poteſt tradere, contractus vitiatur; vti dum de falſa demonſtratione tractauimus, demonſtrauimus infra in 2.par.capitu.2.quæſt.2.per totum.

7 Item demonſtratio non præſumitur facta cauſa diſpoſitionis d.l. demonſtratio falſa.ff.de cond.& dem.Bar.in l.ſi ante finem C.de vſufruct.Rui.in conſi.294.num.3.lib. 2.Surdus.deciſ.104. nume. 36. Immo quæ ponuntur ad demonſtrandũ non diſponũt nec etiam obligant.Bar.in l.ex hac ſcriptura.ff.de donatio Bal.in l.ex his verbis.C. de Teſtam.milit.Corn. in conſil.59.colum.2. verſicul.& licet Oldrad. libr.4. & late infra parte 2. capitu. 2.per ſingulares eius quæſtiones.

8 Falſa demonſtratio deridet legatarium, ſi eſt falſa circa ſemetipſam l. cum tale.7ri §.fin.& ibi gloſ.in verbo.dato.& Bart. ff.de cond.& dem.

9 Si eſt falſa circa rem, cui eſt adiecta, eius effectus eſt non vitiare legatum, neque inſtitutionem, ſi conſtat de corpore.l.demonſtratio.vbi Barto.num.4.& l. falſa in princ. vbi Docto.ff.eo.§.huic.Inſt.de lega.l. 1.in fine. ff.de dote præleg.l.legaui.§.fin. ff. de cond. inſt.ſeu de ſubſtantia legati.exemplo.l.legaui.§.penult.ff de liber.lega.& ratio eſt, quia ſubſtantia eſt certa, cui non obſtat falſa demonſtratio, vt dicitur ibi; & declarat Bart. in l.ſi ſic.§.1.verſi.in ſecundo quando. ff.de leg.1.vbi Caſtren.num.3.dicit, quod ſufficit, ſubſtantiam eſſe in rerum natura, licet demonſtratio ſit falſa. Alex.nume.19.& 20. & Iaſ.num.1.verſi.primus ergo caſus, & nume.10.cum ſequen. Gomeſ. variarum reſolut. lib.1.cap.12. numer.75.verſ. Nec obſtat tex.Coſta.ſelect.interpr.lib.1.cap.5. numer.1. Craſſus dicit communem in §.legatum.q.59.nu.3.verſi.ſin autem, de qua re latius patebit infra in par.2.c.2.per particulares quæſtiones.

S V M M A R I V M.

Demonſtrationẽ inducunt.
- 1 *Relatiua.*
- 2 *Adiectiua.*
- 3 *Genitiuum ſignificans partem.*
- 4 *Nomina ſignificantia patriam.*
- 5 *Nomina, Pronomina, Cognomina.*
- 6 *Hic, hæc, hoc, is, ea, id. Idẽ. ipſe.*
- 7 *Ex. De.*
- 8 *Sic.*

Demõſtrationem inducunt.
- 9 *Ita.*
- 10 *Tunc.*
- 11 *Verba in dubio præſumũtur ſtare demonſtratiue non diſpoſitiue.*

Caput XCI.

1 DEmonſtratio enim vt plurimum inducitur per relatiuum iunctum verbo pręſentis, vel præteriti temporis.l. demonſtratio, vbi Bart.num.2.ff.de cond.& demon.§. huic.Inſti de lega.l.Sticchum, qui meus.ff. de leg.1.Fely.in ca.ſuper litteris ſub num. 4.de reſcriptis.Odoſr.Bart.Alber.Bald.Angel.Imola.Caſtren.Alex.Aretin.Iaſ.Alciat. & cæteri omnes in d.leg.Stichum 6.ff. de legat.1.

2 Quandoque per Adiectiua ſignificantia officium, artificium, conſanguinitatem, vel aliquid aliud, propter quod res magis certa demonſtratur d.§.huic & d.l.& l.ſi nominatim.ff.de cond.& dem.

3 Aliquando inducitur per Genitiuum ſignificantem partem.

4 Vel per alia nomina ſignificantia patriã. leg. his verbis.in fine. ff. de hæredib. inſtituen.

5 Quandoq; per Nĩa, pronomina & Cognomina.§.ſi quis nomine,& ſeq.Inſt. de lega. & l.ſi quis in fundi vocabulo, vbi Docto. ff.

6 de leg.1.Quod idem eſt de quocunque pronomine demõſtratiuo ad oculum, vt Idem, Ipſe, Hic, hæc, hoc, Is, ea, id, & ſimilibus Dec.in conſ.262.in prin.Rui.in conſi.101. num.9.lib.2.Iaſ.in l.filius fam.§.Diui, in 2. lectu.nu.151.ff.de leg.1. vbi Ripa. nu. 111. Surdus deciſ.125.num.1.Oldrad.in conſil. 232.num.1.ante allegatos.

7 Quan-

Digitized by Google

7 Quandoque demonſtratio inducitur per præpoſitiones, vt per prępoſitionem Ex. De. Bartol.in dicta leg.demonſtratio.numero ſecundo in fine.ff.de condit. & demonſt. leg. quidam Teſtamento.99. ff. de leg. 1.l. Paulo Callimacho 28.§. final. in fine. ff. de leg. 3. Dec. in conſil.324.in princ. Modos autem cognoſcendi demonſtrationem tradit Rota in Antiquis de teſtamentis deciſ. 11.per totam,& Docto.quos allegat Fely. in dicto c.ſuper litteris.ſub. nume.4.de Reſcriptis.

8 Quandoque inducitur per Sic. Rota diuer.in deciſ.71. numero ſexto parte ſecunda.

9 Item per Ita quod, Beron.conſil.102.nu. 7.libr.2.Rota diuer.in deciſ.243. numer. 6. par.2.

10 Item per tunc adiecta rei.leg. 4. §. final. ff.de condit.& demonſt.quam ad hoc Caſſadorus in deciſ. 1. de teſtamentis numero 3.ſequitur Rota diuer. in deciſ. 140. numero quinto parte ſecunda. Non enim inducitur pet coniunctiones, & aduerbia. Bart.in dicta l.demonſtratio nu.2.in fine.ff.de condit.& demonſt.

11 Et vbi verba poſſunt accipi demonſtratiue,& diſpoſitiue, ſunt in dubio demonſtratiue accipienda.l.fina.§. Titia.ff.de liber.legat.l.Mela.in princ.ff.de alimen.& cibar. lega.leg.quidam teſtamento.ff.de leg.1.Bart. in l.cum Pater §.menſę.ff.de leg.2. Alciat. conſi.34.num.6.lib.8.Cardinalis Mantica de conie.lib.9.tit.2.num.5.Peregr.de fideicom.art.16.num.110.& ſupra ca.5.num.4. Surdus deciſ.64.numer. 22. & 104. numero 36.

Item per conditionem appoſitam cum in cōſuetudine perſonæ, nam & hęc conditio habet vim demōſtrationis perſonarum Cuman.eſpreſi in l. commodiſſime in princ. ff. de lib.& poſthu.Pariſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum numer.67.ff.eod. Soccin. in conſil. 76. libro tertio Decciſ. in conſilio. 394. numero ſexto, & ſeptimo Emilius Ferrettus in reſponſo poſt lecturam impeto folio 7. & alij allegati per Rauden. de Analogis capitul. vigeſimoſeptimo numero ſi & ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Modus quid ſit.*

Modus accipitur pro.
- 2 *Menſura, & modulatione.*
- 3 *Cummulo, & quantitate.*
- 4 *Qualitate.*
- 5 *Qualitate litis & quantitate.*
- 6 *Facultate patrimonij.*
- 7 *Forma, ſeu Moderatione.*
- 8 *Caſu, vel Cauſa.*
- 9 *Ratione ſeu moderamine.*
- 10 *Rectitudine rerum ſedeq́ virtutum.*
- 11 *Eſt medium & conſeruatiuum in eſſe, limita iuſtitie, ornamentum ordinis, & via morum.*
- 12 *Pro conditione.*

13 *Modus quando accipitur pro ſollemnitate, & forma, non poteſt peruerti.*

14 *Actus mutatis ſollemnibus redditur nullus vti deficiens in ſubſtantialibus.*

15 *Forma non poteſt per equipollens adimpleri.*

16 *Teſtator nō poteſt derogare ſolemnibus requiſitis in teſtamento.*

17 *Teſtandi poteſtas iure publico introducta cum ſolemnibus, & ideo facto priuatorum non poteſt mutari.*

18 *Solemnitas in teſtamentis ad falſitates vitandas inducta.*

19 *Remitti non poſſunt facto priuatorum, quæ ad falſitates vitandas ſunt inducta.*

20 *Renunciari non poteſt legibus requirentibus inſinuationem.*

21 *Nec legibus prohibitiuis.*

22 *Lex ſuperioris facto inferioris periclitari non poteſt.*

23 *Modus accipitur pro ordine.*

24 *Ordo eſt inter plura, forma vero de vno actu.*

25 *Ordinis quæ ſunt, ſi ſint neceſſitatis, peruerti non poſſunt.*

26 *Neceſſitatis ſunt quæ veniunt ex ordine legis diuina, natura, aut formæ.*

27 *De formali ordine cenſentur eſſe plura in eadem facti cauſa ſubordinata ut in exemplo ibi.*

28 *Ordo conſtitutus in iudicialibus cauſis non*

poteſt mutari in eadem cauſa, in alia ſecus.

29 *Iuriſdictionem non dat, nec adimit voluntas priuaticnem.*

30 *Clericus non poteſt ſe ſubijcere iuriſdictioni temporali.*

31 *Modus accipitur etiam pro onere hæredibus iniuncto.*

32 *Item pro certo modo vacationis, beneficij.*

Capue XCII.

1 Est in præſenti cap. Modus definiendus, & de eo ſunt nonnulla præmitteri da. Eum enim à Bartol. in leg. quibus diebus. §. fin. ff. de cond. & demo. ſic definitum inuenimus, quod ſit Moderatio quædam diſpoſitioni adiecta aggrauans eum, qui honoratur in tempus diſpoſitionis perfectæ. Abb. in rubr. de cond. appoſ. idem dicit Socin. in dicto §. Termilius. num. 7. dicit Bart. definitionem ab omnibus amplecti. Accedunt Aretin. in conſil. 93. in fine, & in conſil. 149. col. 1. Alexan. in conſi. 102. nume. 2. lib. 2. Ruin. in conſi. 60. num. 5. lib. 2. Alciat. reſponſo. 236. numero 2. Crauet. conſil. 59. num. 1.

2 Verum multis modis accipitur. Aliquando enim capitur pro Menſura, vt in rubr. ff. ſi menſor. falſum modum dixerit, & in le. 2. ff. eod. vbi Docto. Azzo in ſumma dictę Rubri. & ibi addentes, item & pro modulatione canendi. Horatius li. 4. Carminum Ode. 11. in fine.

3 Aliquando capitur pro Cumulo, & quantitate. leg. maiorem. ibi. pro modo debiti iuncta. leg. ſequen. ff. de pactis. leg. ſi quis reum. ff. de cuſtod. & exhib. reorum. leg. cum hi. §. modus. ff. de tranſact. leg. Mæuia. in fine. ff. de annu. leg. l. qui occidit §. 1. ff. ad l. Aquill. leg. 3. ff. vbi, & apud quem pupil. educ. deb. leg. quod conditionis. in princ. ff. de donat. cau. mort. leg. imperatores reſcripſerunt. ff. de ſeruit. ruſt. præd. ibi. ſic pro modo prædi. ibi ſic pro modo prædiorum omnes pecuniam tributi conferant. leg. cum poſſeſſor. ff. de cenſibus, & pro modo agri in leg. ſi partem. ff. de ſeruit. ruſt. præd.

4 Aliquando capitur pro Qualitate. leg. ne quid. §. de his. ibi. vt pro modo culpę, vel vincti, vel ſub fidei iuſſoribus ad preſidem remittantur. ff. de incend. Ruin. & Naufrag. leg. milites. verſic. alioqui pro modo culpæ in eos pro modo culpę ęſtimandum eſt, & l. fin. §. 1. ibi pro modo culpæ. ff. de iuſt. & exhib. reorum, & pro delicti ſiue criminis qualitate. l. eos in fine. ff. de adulterijs. l. 3. §. qui ſtationis munus. ff. de re milit. leg. final. ff. de extraord. crim. leg. 1. ff. de obſequi.

5 Aliquando accipitur pro qualitate litis, & quantitate. leg. 1. §. in honorarijs. ff. de varijs & extraor. cogni. leg. pupilli. §. penul. ff. de ſolutio.

6 Aliquando capitur pro facultate Patrimonij. l. cum plures. in fine. cum l. ſeq. ff. de adminiſtr. ruto.

7 Aliquando capitur pro forma, ſeu mode ratione. vt in rubr. C. de modo mulctarum, quæ à Iudic. inſtig. iuncta. l. fin. & l. cum eorum. C. de ſenten. & l. 4. §. 1. ff. de ſeruit. Brunus in tract. de forma, & ſolemnitate actus in rubr. ex quibus conſiſtat forma, & ſolemnitas. verſi. 47.

8 Aliquando accipitur pro caſu, vel cauſa, vt in rubrum. ff. quibus mod. vſusfruct. vel vſus amittat. & l. 1. ff. de vſu, & habit. & in rubr. ff. quibus mod. pign. vel hypot. ſolu. l. obligationem fere. §. placet. ff. de actio. & oblig.

9 Aliquando accipitur modus pro Ratione, ſeu moderamine, vt in l. item apud. §. ſi d & ſi iuſſu. ff. de iniurijs, & in l. fin. ff. de oper. ſeruorum ex quibus colligitur propoſita definitio.

10 Aliquando accipitur pro Rectitudine rerum, ſedeque virtutum teſte Ariſtot. quem refert. Lucas de Penna in l. præcipit. col. 2.

11 C. de canon. largit. libr. 10. dicens inſuper, quod eſt medium, & conſeruatiuum in eſſe, limes Iuſtitiæ, ornamentum ordinis, & via morum. Alià multa traduntur de modo per Bartol. Bald. & Soccin. in leg. quibus diebus. §. Termilius ff. de cond. & demon. & in toto titul. C. de his, quæ ſub modo vbi ſcribentes.

12 Inueni etiam, quod aliquando accipitur pro Conditione. capitu. cum Ioannes de fide inſtrum. vbi Felyn. num. 2. & ſupra capitu. 1. num. 18.

13 Et quando accipitur pro ſolemnitate, & forma, tunc illum teſtator peruertere non poteſt, quia iura inducentia aliquid pro ſolemnitate actus, diuerſa, aut contraria voluntate hominis tolli, aut derogari nō poſſunt. Bal. in leg. 2. C. vt in poſſeſſ. legat. quem poſt Alexand. ſequitur Ripa in leg. nemo poteſt numero 3. ff. de leg. 1. quia ex ſolemnibus

nihil

nihil eſt immutandum.l. diuus. ff. de in in-
tegr.reſtit.
14 Nam ſollemnibus mutatis actus reddi-
tur nullus, vti deficiens in ſubſtantialibus,
ſicuti plene tradunt Iaſ. & Docto. commu-
15 niter in leg.1.ff.de liber. & poſthu. Et ideo
quod eſt de forma, non poteſt per æquipol
lens adimplere. Iaſ. in l. qui per ſalutem. ff.
16 de iureiuran. Et hinc eſt quod teſtator non
poteſt derogare ſolemnibus requiſitis in fa-
ctione teſtamenti. leg. Teſtandi. C. de teſta-
men. Bartol. in dicta leg. Nemo poteſt. in
princ.& nume.8. & ſequuntur omnes indif
ferenter, & ratio poteſt eſſe duplex.
17 Prima quia teſtandi poteſtas iure publico
introducta fuit. leg. teſtamenti. ff. de teſta-
men. cum ſolemnibus à iure requiſitis, idcir
co priuatorum facto mutari nequeunt. leg.
ius publicum. ff. de pactis. Secunda quia ſo-
18 lemnitatis in teſtamentis deſiderantur ad
euitandas falſitates, quæ de facili comitti
19 poſſent. leg. iubemus. C. de teſtament. Om-
nia enim, quæ à legibus ordinantur, & con-
ſtituuntur ad falſitates vitandas, priuato-
rum voluntate nequeunt remitti. leg. com-
parationes. C. de fide inſtrumenti & ſic ar-
guit Bartol. ibi nume. 8. vbi preterea addu-
20 cit, Quod legibus requirentibus inſinua-
tionem renunciari non poteſt. leg. final. C.
de donar. Bartol. in leg. Modeſtinus vbi Ia-
ſon. in 2. lectu. nume. 41. Ripa. nume. 57. An
nibal. num. 272. Clarus in §. teſtamentum.
quæſt. 65. Quod & renunciare non poſſe le-
21 gibus, & ſtatutis prohibitiuis notatur in l.
de his. ff. de tranſact. & in rubro, & nigro.
C. ne fideiuſſo. dotium debetur, & omnium
22 ratio eſt vt dicit Iaſ. quia Lex ſuperioris fa-
cto inferioris periclitari non poteſt. ca. cum
inferior. de maior. & obed.
23 Aliquando accipitur pro ordine. Ordo
24 autem eſt inter plura, forma autem eſt de
uno actu. Bald. in leg. prolatam. numero 7.
25 C. de ſenten. Ea autem, quæ ſunt ordinis,
peruerti non poſſunt, ſi ſint neceſſitatis
Bald. in leg. præpoſteri. C. de teſtamen.
26 Et neceſſitatis ſunt quæ veniunt ex ordi-
ne legis Diuinæ, Naturæ, aut formæ Bald.
27 in leg. final. numer. 14. ff. de hæred. inſtit.
Et de formali ordine cenſentur eſſe plura
ex lege in eadem facti cauſa ſubordinata,
veluti cum Pater pupillariter filio ſuo ſub-
ſtituere vult, nam prius ſibi hæredem inſti-
tuere debet, deinceps impuberi filio, alias
variato ordine nihil agit. lege ſecunda, §.
prius. ff. de vulga. vbi Bartol. Angel. Imol
Alexand. & Iaſon. in prima colum.
28 Sic etiam in iudicialibus cauſis ordo con-
ſtitutus reperitur, qui in eadem cauſa mu-
tari nequit, alias iudicium redderetur nul-
lum. Bartol. Bald. & alij in leg. prolatam.
C. de ſenten. & interlocu. C. exhibita. de Iu
dicijs. De vna vero ad aliam cauſam præ-
poſteratio non vitiat. Bartol. & ceteri in le-
ge 1. C. de appellat. & rurſus extra has cau-
ſas ordinis præpoſteratio non vitiat, niſi
lex dixerit, Bald. in authenti. hoc amplius.
numero vigeſimo. C. de fideicom. vbi repe-
tit de ordine legis Diuinæ, Naturæ, & for-
mæ, in quibus contraria Teſtatoris ordina-
tio non valet, & idem circa iuriſdictionalia,
nam in his nil vltra poteſt, quam contra-
hentium pactio. leg. quæ de legato. ff. de le-
gat. primo ſunt enim iuriſdictiones publico
iure diſtinctæ, ac conſtitutæ. leg. prima cum
materia. ff. de Iuriſdict. omn. iudic.
29 Et voluntas priuatorum non dat, nec
adimit iuriſdictionem leg. priuatorum. C.
eod. & ideo quia Clericus nec etiam ex pa-
30 cto poteſt ſe ſubijcere iuriſdictioni tempo-
rali capitulo ſi diligenti. de foro competēt.
non poterit teſtator hæredem ſuum Cle-
ricum poteſtati ſeculari ſubijcere, Bald. in
leg. ſecunda. C. vt in poſſeſ. leg. Ripa in di-
cta lege. nemo poteſt numero decimoocta-
uo. ff. de leg. primo faciunt allegata infra
Parte ſecunda capitulo quinto quæſtione,
prima.
31 Aliquando Modus accipitur pro Onere
hæredibus iniuncto, immo frequentius, vt
in rubr. & nigro C. de his, quæ ſub modo,
vbi ſcribentes, & de hoc ſummus dictu-
ri.
32 Aliquando etiam accipitur pro certo mo
do vacationis beneficij, ſeu putatiuo, vel
alio quouis modo, de quo per Sarnen. in
reg. de publicandis reſign. quæſtio. decima-
ſexta numero primo & ſeque. & in reg. de
vero ſimili notitia quæſtio. tertio numero
tertio, & de Infirmis reſign. quæſtio. trige-
ſimoquarta Pute. deciſ. tregeſimaquinta
numero tertio libro ſecundo & late Man-
dos. in reg. decimanona quæſtio. 17. per to-
tam. fol. 141.

SVMMARIVM.

1 Modi duo ſunt genera, alius enim eſt Poſsibilis, alius impoſsibilis.

2 Modo poſsibilis, & impoſsibilis conueniunt ea, quæ poſsibili, & impoſsibili conditione. Cui conueniunt etiam aliæ diuiſiones conditionis, quia eſt inter eos quædam ſimilitudo.

Caput XCIII.

1 MOdi noſtri, cuius definitionem ſupra poſuimus, duo ſunt genera. Nã alius eſt Poſſibilis, alius Impoſſibilis. De poſſibili dicunt l. 1. & 2. C. de his, quæ ſub modo. l. ſi heres. ff. de condict. ob cau. l. liberto. §. huius. ff. de annu. leg. glo. in rubr. ff. de condit. & demon. & ſupra cap. 2. num. 3. per totum.

De impoſſibili eſt tex. in l. in teſtamento 27. ff. de cond. & dem. quem ad hoc Bart. in leg. quibus diebus. §. Termilius. num. 17. in prin. ff. de cond. & dem. & ſupra in d. cap. 2. num. 3. per totum. Socc. in l. ſi quis eum. nume. 4. ff. de condi. & dem. Bart. in l. legatum Ciuitati. num. 2. ff. de vſufruct. leg. vbi dicit quod annullat relictum, ſed cum diſtinctione, de qua infra parte 2. cap. 3. quæſt. 13.

2 Et modo impoſſibili poſſunt congrue adaptari omnia ea, quæ ſupra dicta ſũt in dicto cap. 2. ſub nume. 3. & ſequen. de conditione Impoſſibili, eique conueniunt etiam aliæ diuiſiones datæ conditionibus ſupra in ca. 3. & ſeq. vt notat Socc. in l. quibus diebus. §. fin. num. 7. quia eſt inter eos quædam ſimilitudo. leg. 1. C. de his, quæ ſub modo. & Soccin. vbi ſupra num. 8. in fine cap. verum de condit. appoſit. Bald. in conſi. 219. libro 2.

SVMMARIVM.

1 Modus requirit implementum poſt conſequutum emolumentum.

2 Emolumentum ſub modo relictum poteſt ſtatim peti præſtita cautione de modo implendo.

3 Modus non impedit tranſmiſsionem.

4 Modo non impleto poſt conſequutum emolumentum priuatur quis emolumentum relicto, niſi ſit datum Eccleſiæ.

5 Modus ante implementum, & cautionem præſtitam impedit tranſmiſsionem.

Caput XCIV.

MOdi enim effectus varij ſunt. Primũ enim requirit implementum poſt cõſequutum emolumentum. Bart. in d. l. quib. diebus. §. Termilius. num. 5. & ſequen. ff. de cond. & dem. vbi cæteri ſcribentes, Rota diuer. par. 1. deciſ. 39. num. 1. Surdus deciſ. 38. num. 6. & 7. & deciſ. 156. nume. 6. limita vt infra par. 2. cap. 3. quæſt. 9. num. 9.

2 Et emolumentum poſt ſtatim peti præſtita cautione de Modo implendo. Bart. in dicto. §. Termilius. num. 14. & 15. Alex. in l. 1. num. 5. C. de inſt. & ſubſt. Soc. & cæteri ſcribentes poſt Bar. in dicto. §. Termilius num. 9. Et allegata infra in par. 2. ca. 1. quæſt. 51. per totam, quæ extenditur etiam ad fructus per ſupradicta iura.

3 Deinde effectus eius eſt non impedire tranſmiſſionem ſecundum diſtinctionem, quam facit Bartol. in dicto. §. final. numero 13.

4 Poſtremo ſicuti conditione ab initio deficiente priuatur quis legato, & ita modo non impleto poſt conſequutum emolumentum priuatur quis emolumento conſequuto ſub modo relicto. Bart. vbi ſupra nume. 1. & glo. in rubr. ff. eo. §. his omnibus auth. de hered. & falcid. authe. cui relictum. C. de indi. vidui. toll. Cyn. in leger. C. de his, quæ ſub modo. vbi Bart. num. 1. Alber. num. 1. & cæteri Doctores.

Niſi emolumentum ſit datum Eccleſiæ, tunc enim ipſa non priuatur ob non implementum, ſed eſt contra eam agendum ad implementum modi. c. verum, de cond. appoſ. vbi communiter doctores, quos ſequitur Rota diuer. in deciſ. 695. nume. 9. parte prima ita etiam firmat Soc. in l. quibus diebus. §. Termilius. num. 17. & 18. ff. de cond. & demo. & melius num. 15.

5 Item ante eius implementum, & cautionem præſtitam de ipſo implendo impedit tranſmiſſionem, & hoc ſecundum diſtinctionem, quam facit Bar. in dicto §. fin. nume. 13. vbi firmat contrarium in ver. ſecundo principaliter quæro de effectu modi, vt eſt tex. in l. à Teſtatore, & ibi glo. ff. de cond. & demo. ſequitur Ang. in tractatu de teſtamentis. gloſſ. 54. nume. 4. Item per modum

oneta-

oneratur illc, cui ſub eo relinquitur. leg. quibus diebus.§. Temilius.ff.de cond. & demonſt.

SVMMARIVM.

Modus inducitur per.
- *1 Vt.*
- *2 Ita.*
- *3 Vti.*
- *4 Dummodo.*
- *5 Verba hæc. Ea conditione.*
- *6 Poſtquam.*
- *7 Ne.*
- *8 Ad.*

Modus inducitur per.
- *9 Pro Prout.*
- *10 In.*
- *11 Nomina.*
- *12 Sic.*

Caput XCV.

1 MOdus enim vt plurimum inducitur per. Vt, vt notat Cyn.in l.1.C.de his, quæ ſub modo. Bar.in l.quibus diebus.§. fi. num.2.verſi.2.quæro cum diſtinctione, quã ibi facit.ff.de cond.& dem.vbi cęteri ſcribẽtes Moderni.in commu.opin.vol.3.de legatis.tit.5.c.22.ver.Conditio fit per ſi.loco.7. glo.in dict.l.1.C.de his quæ ſub modo.§. longe.Inſt.de lega.de qua retractabimus infra par.2.c.3.quæſt.& c.6.q.1.nu.5. Alberi. in dictionario in verbo vt.Ceph. conſil.81. num.10.lib.1.

2 Aliquando inducitur per Ita. Bar. in d.§. fin.num.4.& in l.libertas.§.2.ff.de manum. teſta.l.2.C.de his quæ ſub modo,leg. aut reſponſum.l.cum mora.l.ſi ex falſa.C.de trãſact.

3 Aliquando inducitur per Vti.l.ſi tibi 19. ff. de leg. 3. & Bartol. in dicto. §. final. nume.4.

4 Aliquando inducitur per Dummodo.l. cum ab eo.41.& Bartol.dicto §.fin.nume.4. Bal.in c.dudum col.6.ver. & hęc faciunt de elect. Dec.in conſi.327.col.2.in princ.& in conditione ſi tempore datæ pręſentium de qua ſupra c.64.

5 Aliquando inducitur per hęc verba, ea cõditione Bart.in dicta l.quibus diebus.§. fi. num.5.Butri.in conſil.48.in princ.Alex.in conſi.102.num.2.verſi. comprobatur etiam Salic.in conſi.119.num.1.ver.& licet in dictis locis lib.1,Dec.in leg. cum Mota.num. 6.ad finem.C.de tranſact. Pariſ.conſil.19. numero.254.& ſeq. lib.2.Bero.conſil.153. num.2.& 3.Crauet.in conſil.19.nume.1.& bene per Bald.in conſi.219.col.fin. uerſ. de illis verbis,lib.2.Caſtre.conſi.5.lib.1.Fely. in c.cum Ioannes.col.1.num.2.de fide inſtr. Angel. in tract. de Teſtamen. gloſſ. 54.nume.3.

6 Aliquando per Poſtquam. Bart. in dicto §.fin.nu.7.vbi firmat contrarium, quod immo inducat conditionem, vt eſt caſus in le. inter illam.ff.de verbo.ſignif.& in l. ſi ita.§. fin.ubi glo.ff.de leg.2.ſequitur Ang.ubi ſupra in d.gl.54.num.3.verſ.quid de dictione Poſtquã.

7 Aliquando inducitur per Ne.vt notat Bar.in dicto §.fin.num.8.& in l.ſi quis poſſeſſionem.ff.de acquir.poſſeſ.& in leg. cum Pater.§.Titio.de leg.2.l.cum tale.§.1.ff.de cond.& dem.

8 Aliquando inducitur per ad. ſecundum Bartol.in dicto.§.final.nume.9.& ante eum ſecundum Dynum in leg.Titio.§.Titio genero.ff.eod.leg.ſi uir.ff.locati.leg. Inſula.§. final.ff.de iur.& fact.ign.& l.regula.

9 Aliquando inducitur per Pro. Bar. in d.§. fin.num.10.l.penul.in princ.C. de nouatio. Ray.de ſimonia in ſumma.§.1.tex.eſt in le. pro onerib.C.de iure dotium.ſequitur Rota ut per Caputa.in deciſ.273.nume. 1.par. 2.& antea Bart. in l. cum pater.§.Lucius.ff. de leg.2.Cephal.in conſil.429.num.103.& per Prout l.prout ff.de ſolut.Alexan. conſi. 179.num.9.lib.1.Rota diuerſ.deciſ.780.ſub num.10.par.1.

10 Aliquando inducitur per In. Bar.in d.§. fin.num.11.

11 Quandoque inducitur per Nomina,ut ſi Teſtator dixerit.Relinquo centum pro redemptione captiuorum, uel Nomine dotis puellarum. Bart.in dicto §.fin.num.12.quia ſemper ſunt Pauperes non dicitur hoc pendere ex futuro euentu incerto, ſolum enim pendet erogatio facienda, & ideo Teſtator ſic dicens facit modum,non conditionem. l.nulli.C.de Epiſ.& clerici.Sed ſi relinquatur perſonæ certæ aliquid nomine dotis, quia hoc pendet ex incerto futuro euentu, an illa maritetur,facit conditionem.l.ſtipulatio de iure dotium.Ang. in dicto tract. de teſtam.gl.54.num.3.uer.quid ſi teſtator, & late infra in 2.par.ca.6.quæſt. 1. per totam. Verum expreſſa uel Tacita uoluntas Teſtatoris (quicquid inducant uerba ex ſolum

natura)

natura) important modum ſecundum allegata ſupperius.num.5. uel conditionem. le. Thais ancilla §. Stichus.ff. de fideicom.lib. cum ſimilibus.

12 Aliquando per Sic.l.2.ff.de cond.indeb. Rota diuer.deciſ.128. numero quarto parte 2.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa quid ſit dupliciter definitur.*
2 *Cauſa quot, & quibus modis accipiatur.*

Cauſa accipitur pro.
3 *Acceſſione.*
4 *Quæſtione, & lite.*
5 *Re.*
6 *Actione.*
7 *Vtilitate.*
8 *Specie.*
9 *Materia.*
10 *Caſu, facto, ſiue Modo.*
11 *Conditione.*
12 *Iure.*
13 *Contractu.*
14 *Ratione.*
15 *Euentu.*
16 *Occaſione.*
17 *Gratia.*
18 *Animo, & Mente.*
19 *Titulo, & Iure.*
20 *Nomine.*
21 *Onere.*
22 *Statu, conditione, & Natura.*
23 *Obligatione.*
24 *Hæreditate.*
25 *Eo, ex quo vel propter quod aliquid fit, & pro impulſiua aliquid agendum.*

26 *Deficiente cauſa propter quam deceſſat actio.*
27 *Cauſa alia vocatur Impulſiua, alia finalis.*
28 *Cauſa potius quam conditio eſt præſumenda in dubio.*
29 *Cauſa potius præſumitur impulſiua in dubio, quam finalis.*

Caput XCVI.

1. NVnc promiſſus ordo requirit, vt dicamus de Cauſa, quæ ſecundum Bart. in l.demoſtratio.§.quod autem n.2.ff. de cõd. & demo. & in l. ſi ita in fine eod. & in l.domus.ff.de cond.indeb.eſt quid præteritum, vel inſtans, quo impellimur, vt aliquid diſponamus, vel ſecundum Bal.in rubr. C.de inſt.& ſubſt.ſub cond.fac.num.3. eſt Adiectio, motiuum finale vel impulſiuum teſtato
2 ris oſtendens. Verum multis ſumitur modis eiuſque ſignificationes ſeparare difficile eſt, quia multoties duobus poteſt conuenire.

3 Primo enim accipitur pro Acceſſione, & augumento, & ita ſumitur in rubr.de vſuris fructibus, & omni cauſa, & in rub. C.de partu pigno.& omni cauſa, & in l.ait Prætor.§. per hanc actionem.ff.quæ in fraud. cred. & in l.qui reſtituere ibi.& fructuum duntaxat. ff.de rei vendic.& in l.quæſitum.§. plane.ff. de precar. l.illud in fine.ff.quod met.cau. le. fructuario.ff.ſi vſusfruct.pet.l.& poſt litẽ.§. 1.ff.famil.erciſcun.

4 Secundo accipitur pro Quæſtione, & lite, quam Cic. in Topi. vocat Rem poſitam in diſceptatione, & controuerſia, & probatur in rubr.C.vt intra certum tempus criminal.quæſt.termi.iuncta.l.2.& vltima, vbi quod in rubr.dicitur, Quæſtio.in illis duab. legibus dicitur Cauſa.& in leg.cauſas.C.de tranſact.& l.vnica.C.de ſenten. aduer. fiſcũ latiſ.libr. 10.& in l.ſi autem.ff.de iudic.ſolui.& in l.1. ibi. audita cauſa. ff.de requiren. reis.

5 Tertio cauſa accipitur pro Re, vt ex cauſa peculij res comparata eſt leg.Iuſto.§.ſi cum apud.ff.de vſu ca.iuncta.l.ait Prætor.§.ij plane.ff.ex quibus cau.maior.& l.2.§.ſi ſeruus. ff.de vſucapi. pro empt. vbi quod in vna l. dixit Cauſam, in alia dicit Rem. In idem accipitur in Rubr.C.ſi in communi, eademq; cauſa in integ.reſt.poſt & in rubr.ne quis in ſua cauſa, iudicet. iuncta. leg. vna.ibi.in re enim propria.

6 Quarto accipitur Cauſa pro Actione.gl. in §.1.Inſt.de actio facit tex.in l.creditores iuncta l.ſi cui.ff.de verb.ſignifi.& in rubr. ſi ex noxali cauſa agatur, vbi Doctores ſic explicant.

7 Quinto accipitur pro Vtilitate.l.1.§.plenius. ff. ſi quis Teſt.liber eſſe iuſſus fuerit.l. ſi quis ita.§.1.ff.de ſtatu.liber.l.item veniũt in princ. ff. de petit.hæred.& in §.denique.

8 Sexto accipitur pro Specie, vt explicat Hoſtien.in ca.cum dilecti.col.3. de accuſat. per leg.qui cum.§.fin.ff.de tranſact.facit l.ſi ex plagis.§.in Cliuo.ff.ad leg.Aquil.ibi.ius

eſt

eſt in cauſa poſitum,id eſt in facti ſpecie, & in leg.in exequutione in princ.ff.de verbo. oblig.& in leg.lex cornelia.§. ſed Patri.ibi. in lege Cornelia filiusfamilias agere poteſt ex omni cauſa, idest ex omni caſu, & facti ſpecie.ff.de iniurijs.ſic etiam accipitur in ru bric.ff.de ferijs,& dilatio.iuncta leg.2.

9 Septimo accipitur pro materia.l.2.in prin. ff.de doli except.

10 Octauo accipitur pro caſu, facto,ſeu modo dicta l.2.§.1.ibi.videamus in quibus caſibus,& in §.circa, in prin. & in rub. C.de natur.liber.& in rubr.& ex quibus cauſ. tutor.vel curat.iuncta l.penul.vbi in rubr.ſeribitur cauſis,& dicta l.penaliter. & in rubri. quibus ex cau.ſeru.pro præm.liber.accip.& in rubr.in quibus cau.ceſſat.longi temp.præſcript.cum ſimilibus.

11 Nono accipitur etiam pro conditione,vt in eadem cauſa,ideſt, in eadem conditione. leg.qui autem.§.1.ff.quæ in frau.credi.& l. hi qui.ff.de fideiuſſoribus.& in leg.fideiuſſor obligari.§.1.& in l.ſi a reo.in prin.ff. de fideiuſſoribus, & in l.non ſolet deterior. ff. de reg.iur.

12 Decimo cauſa accipitur pro Iure. leg. ſi debitor.§.1.ff.quibus mod.pign. vel hypoth.ſolu.

13 Vndecimo cauſam pro contractu explicat tex.in leg.1.§.debitum ex quacunque cau ſa,ideſt ex quocunque contractu. ff.de conſtit.pecun.glo.in l.1.ff. ſoluto matri.et in. l. quod in hæredem.§.eligere. ff. de tribut. actio.& in l.certi condictio.ff.ſi cert.pet. vbi quod in prin.dixit ex omni cauſa,deinde dicit,ex omni contractu.

14 Duodecimo accipitur pro Ratione, vt Teſtis cauſam ſui Teſtimonij dicere tenetur. cap. cum cauſam de teſtibus alias teſtimonium non valet leg.ſolam.C. de teſtibus, & Vtilitatis cauſa receptum eſt, ideſt ratione vtilitatis.leg.1.§.per ſeruum. ff. de acquir.poſſeſſ.& diuerſa cauſa,ideſt diuerſa ratio dicitur.in l.2.§.locorum.ff. ne quid in loco publico.

15 Decimotertio cauſam iuris pro euentu explicat glo.& ibi Alber.in leg. cum vetus. ff.quæ in fraud. credit. vel explicari poteſt pro deciſione,& caſu,quia per deciſionem, & caſum iuris creditorem fraudes reſcindi ſolent.

16 Decimoquarto accipitur pro Occaſione, qui enim cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur.le.qui occidit.§.ſi.ff.ad l.Aquiliam.leg.Prætor.2.in fine.ff.de bonorum raptorum.leg.ſi quis fumo.ibi.magis cauſam. ff.ad l.Aquil.& leg.ita.vulneratus.ff. eod.& in rubr.ff.quod met.cau.& l.1.& l. nihil intereſt.ff.de ſicarijs.

17 Decimoquinto accipitur pro Gratia,ſeu contemplatione.leg.ſi longius. §.final.ff.de Iudic.leg 3.in fine.ff.de teſtibus.& in rubr. ff.& C.vt in poſſ.leg.ſeu fideicom.ſeruand. cauſa.& §.1.Inſti.de leg.falcid.& leg.1. ibi. publicæ vtilitatis cauſa. ff. de loco publ. frued.leg.denique. §. idem ait. ibi celandi gratia.ff.quod vi, aut clam. l. quis ſit fugitiuus.§.illud.ff.de ædilic.edict.l.Prætor edixit.§.1.ff. de iniurijs, & leg. ptima §.nautam. ibi cuſtodiæ gratia. ff. nauta. caupo ſtabul.

18 Decimoſexto capitur pro animo,& Mente.leg. Prætor edixit. §.1.ff. de iniurijs leg. 1.& 3.ff.de ſicarijs,vbi quod dixit cauſa occidendi, poſtea dicit animo,leg. verum iuncta l.qui ea mente.ff.de furtis.

19 Decimoſeptimo accipitur cauſa pro titulo,& iure leg.3.§. item ſi non.ff.de vi, & vi armata.l.ſi duo in prin.ff.vti poſſidetis. cum alijs.

20 Decimooctauo accipitur pro Nomine, & legati cauſa,ideſt nomine legati. leg. homo.§.ſi iuſſu.ff. de acquir. rerum domi. l. 1. ff.quibus de cauſ.in poſſ.eatur.

21 Decimonono accipitur pro Onere.l.alienatio.ff.de contrahen.empt. l. Pomponius. §.1.ff.de acquir.poſſeſ.gloſ. in l.ſi mater. C. de inſt.& ſubſt.

22 Vigeſimo accipitur cauſa pro ſtatu conditione,& natura, vt ea eſt cauſa operarum. l.ſi non ſortem.§.libertus.ff. de condict. indeb.vbi Zaſius allegat pro hoc. l. permiſceri.ff.de acquir. poſſ. l. clam.ff.eod.facit.leg. ſi plures. ibi. in eadem cauſa. ff. de vi, & vi armata.

23 Vigeſimoprimo accipitur cauſa pro Obligatione.l.vſura.ff.de verb.ſignifi.22. accipitur pro metu, & ſuſpicione in rubr. de donat.cau.mort.iuncta.l.2.& l.ſenatus.§.mortis cauſa,& l.mortis cauſa capimus,& l.mortis cauſa capitur.ff.eod.

24 Vigeſimoſecundo accipitur pro hæreditate,ita imperator in §.igitur.inſt.de pupill. ſubſtit.

25 Vltimo capitur pro Eo, ex quo, vel propter quod aliquid fit,& pro impulſu ad aliquid agendum, de qua nos ſumus dicturi, & demus ſupra in definitione.

26 Quæ

26 Quæ ſi deficiat,ceſſat actio.c.cum ceſſan-
27 te.de appellationibus. Et alia vocatur Impulſiua dicto c.vt fuit Calphurnia,quæ cauſam dediſſe videtur,ne mulieres poſtularẽt. l.1.§.ſexum.ff.de poſtulati,alia vocatur finalis.gl.ſingularis in l.2.in fine.ff.de donatio. cum quo vltimo ſenſu conuenit multum definitio propoſita.

28 Quando enim dubitatur, an adſit cauſa, vel conditio, eſt potius præſumenda cauſa. l.item quæritur.§.inter locatorem. ff. locati. quam ad hoc allegat Campegius in tract.de dote quæſt.29.in fine.verſi.aut relinquitur filiæ certa quantitas.

29 Et quando dubitatur, an ſit Impulſiua, vel finalis,quando ponitur ab homine, præſumitur Impulſiua in dubio.ſecundum Bal. in leg.cum tale.§.falſam cauſam. ff. de condit. & demo.& in leg.generaliter. colum.2. C.de Epiſc.& cleric. Tiraq.in tract. ceſſante cauſa.limit. 1.num.29.Cephal.in conſi.81. num.9.& ſequen. præſertim quando eſt de preterito. Bald.in leg.ſi repetendi.C.de condict.ob cauſam Tiraq.citato loco.nume. 31. & infra parte 2.cap.4.quæſt.vlt.nume.2.Simon de Prætis de Interpr. vlt. volum. libr. quarto Rub.6.num.21.& ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa duo ſunt genera,alia enim eſt vera,alia eſt falſa.*
2 *Cauſa vera præſtat validitatem diſpoſitioni ſine dubio.*
3 *Cauſa falſæ effectus eſt varius,ſecundum variam ipſius cauſæ poſitionem.*
4 *Cauſa falſa poſita conditionaliter vitiat.*
5 *Cauſa falſa poſita cauſaliter non vitiat.*
6 *Cauſatum non eſt potentius ſua cauſa.*

Caput XCVII.

CAuſæ enim,'cuius definitionem ſupra in proximo præcedenti cap. propoſuimus,& de qua ſtractare intendimus,duo sũt genera; Alia enim eſt vera,alia falſa.§. longe.inſt.de lega.Bart.in leg.demonſtratio.§. quod autem.numero 13.ff.de condict. & demonſtrat.leg.cum tale.§.falſam cauſam. ff. eodem.

2 Cauſæ veræ effectus eſt præſtare validitatem diſpoſitioni ſine dubio.Bartol.in d.l. demonſtratio.§.quod autem.nume. 13. vbi Imo.Cuma.Caſtren.& Soccin.

3 Cauſæ falſę effectus eſt varius ſecundum variam ipſius cauſæ poſitionem; Nam aut eſt poſita conditionaliter,aut cauſaliter; Si
4 eſt poſita conditionaliter, eius effectus eſt vitiare diſpoſitionẽ.d.§.quod aũt & §.longe Inſti.de lega.Rui.in conſil.73.nu.14.li.2.Gomes de teſtam.cap.12.num.76.Cardinalis Mantica de coniect.lib.6.tit.14.num.14. & ſequen.hoc per multa exempla oſtendit, & docet modum cognoſcendi cauſam conditionaliter,ſeu finaliter poſitam, & dat multas,regulas.& Menoch.de præſumpt. lib.4. præſumpt. 24.per totam,& infra par.2.cap. 4.quæſt.2.

5 Si vero falſa cauſa eſt poſita cauſaliter, non vitiat diſpoſitionem Bartol.in dicto.§. quod autem.num.2.& num.13.§. longe magis.Inſt.de lega.l.cum tale §.falſam cauſam. ff.de cond. & demon. Imo.Cuma. Caſtren. & Soccin.in dicto §.quod autem. ff. eod. & Cyn.ante eos in rubr.C.de falſa cauſa adiecta lag.ſeu fideicom.poſt Azzonem in ſumã ſub num.2.C.eod.vbi cæteri doctor. de qua re inferius in parte 2.cap.4. quæſtio. prima & quæſt. 2. & quæſt.vlt.num.2.

6 Nec plus iuris eſſe poteſt in cauſato, quã in influenti potentia cauſæ.Bald.conſil.40. li.3.& in l.1.ff.de ſenato.Matheſ.ſing. 129. Cremen.ſing.421. Caſtren.in le. Gallus.§. nunc de lege.num.16.Alexand.num. 3.Iaſ. nu.16 17.& 18.ff.de libet.& poſthu. Ludouic.Moli.de Hiſpa.primog.lib.3.cap.5. nume.46.

SVMMARIVM.

Cauſa inducitur per.
1 *Quia,& ſic inducta dicitur finalis.*
2 *Quoniam.*
3 *Cum.*
4 *Si.*
5 *Ideo,Iccioco.*
6 *Præpoſitiones.*
7 *Pro.*
8 *Prout.*
9 *Iuxta.*
10 *Ad.*
11 *Nomina diſtributiua.*
12 *Gerundia.*
13 *Ne.*

Caput XCVIII.

1 INducitur enim cauſa, vt plurimum per Quia, vt notat Bart. in l. demonſtratio. §. quod autem. num. 6. 7. & 8. ff. de cond. & demo. Moder. in com. opin. lib. 3. de lega. tit. 5. c. 22. verſ. conditio ſit per ſi loco 7. & illa ſic inducta dicitur finalis. Bal. in leg. 1. colum. 1. per gloſſ. ibi. in verbo. occupati. ff de fei. in 1. lectu. & in leg.....colum. 2. verſic. & nota, quod cauſa. C. de falſa cau. adiecta. cum alijs late adductis per Tiraq. de ceſſante cau. limit. 1. num. 82. cum diſtinctione quam ex ibi in num. 83.

2 Aliquando inducitur per quoniam. leg. ſi ita. ff. de cond. & demon. l. non dubium. ff. de lega. 3. l. ſi quis. ff. de verb. ſignifi. Bart. in d. l. demonſtratio. §. quod autem. num. 9. ff. de cond. & dem.

3 Aliquando inducitur per Cum. Bart. vbi ſupra dicto num. 9. Alber. in dictio in verſi. vt hęc ditio &c.

4 Aliquando inducitur per Si. l. Titium. §. mater. ff. administr. tuto. l. videamus. ff. de in litem iuran. l. 1. §. deniq. ff. de ſucceſſ. edict. l. 1. §. denique. C. de Epiſ. & Cleric. Bart. vbi ſupra d. num. 9.

5 Aliquando inducitur per Ideo. Bar. in d. §. quod autem. num. 9. & 10.

6 Aliquando inducitur per præpoſitiones. Bar. ibidem. num. 12. vt de prępoſitione De eſt tex. in l. 1. §. emancipatus. de coniug. cum emancip. liber. Docto. in rubr. ff. ſi cert. peta. Similiter de Ex. quod proprie denotet cauſam immediatam eſt tex. in l. eo tempore. in fine. ff. de pecul. l. non dubium. C. de legibus Bart. in l. 1. §. ex incendio. ff. de incend. Rui. & naufra. Alex. in conſil. 56. nu. 6. & 61. nu. 5. lib. 5. Soccin. ſen. in conſil. 51. numer. 7. lib. 4.

7 Aliquando inducitur per Pro. Bald. in l. 1. col. ſi. nu. 16. C. per quas perſonas, quem ad hoc Gabriel. in conſil. 178. nu. 11. lib. 1. & iſta dicitur finalis ſecundum allegata iura. & l. penult. §. fina. ff. de alimen. & cib. leg. Aym. in conſ. 192. ſub. num. 21. Rota diuer. in deciſ. 37. nume. 4. & 16. & in deciſ. 139. nume. 3. par. 2. multos concordantes adducit.

8 Aliquando inducitur per Prout. Alex. in conſi. 46. num. 9. lib. 1. Dec. in conſil. 63. nu. 6. & in l. edita. num. 84. in fine. C. de eden. Curt. iun. conſi. 92. num. 10. Rui. conſil. 25. num. 1. lib. 1. Soccin. iun. poſt alios in conſi. 122. num. 33. lib. 3. Rota diuer. in deci. 171. num. 4. par. 1.

9 Aliquando inducitur per iuxta. Fely. qui alios citat in c. 2. num. 10. de reſcriptis, verũ non eſt finalis, ſed impulſiua, ſecundum Iaco. de Are. & Bar. in l. 1. ff. de teſtam. & in extrauag. ad reprimen. in verſi. iuxta. & in leg. 1. C. de epiſc. & cleric. vti etiam Iacob. de Are.

10 Aliquando inducitur per Ad. & dicitur finalis, & ſubſtantialis cauſa cõtractus. Bal. in l. ex annali. num. C. de actio. emp. Soccin. iun. in conſi. 48. nu. 2. lib. 3. Rota diuer. in deciſ. 37. num. 2. par. 2.

11 Aliquando inducitur per nomina diſtributiua. Bar. in d. l. demonſtratio. §. quod autem. num. 12. ff. de cond. & dem.

12 Aliquando inducitur per Gerundia, quæ illam finalem faciunt præſumi. Bar. in extra uag. ad reprimen. in verbo. ne ex eorũ abſentia. col. 1. dicens, id probari in l. 1. §. 1. ff. de dolo. in definitione doli. & in l. 1. ff. de Tutell. in definitione Tutelæ. Bald. in leg. id quod pauperibus. colum. 1. ver. iuxta hoc eſt ſciendum vbi id declarat. C. de epiſc. & cler. Alex. in addit. Bart. in l. 2. §. vlt. ff. de donat. Io. Plat. in §. 1. ver. & ſic habes. inſt. de actis. Ang. Aret. in rubr. eiuſdem tit. col. 2. verſ. ex qua etiam nota, & ibi Iaſ. col. 14. in paruis. ver. aduertendum tamen eſt. Gratus in conſil. 124. cum hæc cauſa. col. 2. num. 18. lib. 1. Gerundia. n. important neceſſitatem. Odof. in rubr. C. de eden. glo. & Bal. in rub. ff. eod. Bal. in rub. ff. de liber. & poſthu. vbi Bal. dicit, quod important formam, & Ang. in l. 1. in prin. dicit, quod important neceſſitatem cauſatiuam. Mar. Soce. ſen. in c. 1. in fine. de mutu. petit. Sed quia hoc ſemper non eſt verũ, de eo videas Alex. & Iaſ. poſt alias, quos citant in d. rubr. C. de eden. & Salic. in l. 1. verſi. quæro ab extra. C. de his, qui latro. vel alij crim. reos. occult. vbi multa dicit de vi, & natura Gerundij. Et cauſa vt plurimum ſumitur ex præfatione, & proemio, quæ pręſumitur finalis. Bartol. Baldus, Angel. & Imol. in leg. final. per tex. ibi, & gloſſ. in verbo. modus. in fine. ff. de hæred. inſtitu. Baldus in proemio. C. §. quibus in 1. notab. & in leg. ut liberis in 1. not. C. de Collat. Roman. in conſilio. 180. columna ſecunda. uerſiculo . Præmiſſis tamen . Alexandro in conſilio , 119. columna ultima.

N uerſi.

Digitized by Google

verſi.circa ſecundum.lib.5.cum alijs late adductis infra in 2.par.capitu.4.quæſt.1.nume.8.

13 Item inducitur per dictiones negatiuas, vt ſi aliquid dedi ſibi meru vadas Romam, ſeu aliquid aliud ne facias; vt notant Doctores & Caſtren.poſt alios in l.dedi tibi.3.ſub num.3.& ſequen.ff.de cond.cauſ.data, vbi dicit non dari repetitionem ex capite pænitentię, quoties ex eo quia non iuſti Romam damnum paſſus fuiſſes ſub numero quinto & ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ nomine olim nihil poterat relinqui.*
2 *Pœnæ nomine relictum quomodo cognoſcatur.*
3 *Pœna nomine antea ex præcedente iure poterat relinqui.*
4 *Pænę nomine hodie poteſt relinqui, niſi ad turpem cauſam, ſeu Impoſsibilem conditionem referatur.*
5 *Pœnæ nomine legari videtur, quod coercendi hæredis cauſa relinquitur.*
6 *Pæna quid ſit vari- deſcribitur.*
7 *Pæna quomodo recte ſtipuletur.*
8 *Pæna inducitur verbis negatiuis, & aduerſatiuis.*

Caput XCIX.

1 PAena modo ſecundum promiſſum ordinem eſt ſubijcienda, cuius nomine olim nihil poterat in Teſtamentis ſcribi, vel relinqui, vt eſt tex.in l.1.ff. de his quæ pæn. nom.vbi gl.magna in l. vnica.C.eod.Azzo in ſumma eo. Cyn.in d.l.vnica.nu.1.Bar.in prin.Angel.Bald.& cæteri ſcribentes.

2 Et ideo l.2.ff.eod.vt cognoſceretur quomodo nomine pęnę eſſet aliquid relictum, explicat quando ſit intelligendum relictum nomine pænæ; quod idem explicat §. pænæ autem nomine.Inſt.de lega.& gloſſ.in dicta leg.2.& in l.1.in verſic. vtrum autem.ff.de his quæ pęn.nom.

3 Verum antea ex præcedenti iure erat permiſſum nomine penæ hæredibus, & legatarijs relinqui.vt eſt tex.in leg.1.§.ſi ita.ff.ad l.falcid.& in leg.1.ff.de penu.lega.& in leg.ſi pænam.ff. quan.dies leg.ced.& in leg.3.§.final.ff. de annu. lega. Cyn.in dicta leg.vnica.in princ.C.de his, quæ pæn.nom.vbi etiam Bartol.numero primo.Quod illo medio iure.ff.de his, quæ pæn. nom. fuit ſublatũut bene poſt Cyn.ibi oſtẽdit Bar.in dicta
4 leg.vnica in princ.C.eod.Hodie vero ſublato illo medio iure indiſtincte prohibente in teſtamentis nomine penæ quicquam adſcribi, atque relinqui, quicquid pænæ nomine in eis relinquitur a dſcribitur, vel tranſmittitur tam in hæreditatibus, quam in legatis valet, niſi ad turpem cauſam, vel impoſſibilem conditionem referatur, vt eſt de hoc tex.expreſſus in §.Pęna quoque Inſtit.de lega.& in dicta l.vnica.C.de his quę pæn.nom.vbi Cyn.Bartol. Bald. Angel. & cæteri ſcribentes in prin. & ante eos Azzo. in ſumma.C.eod.Surdus in conſil. 348.numero 6.& ſequen.lib.3. Cephal. conſil. 52.num 3.lib.1.

5 Pęnę autem nomine legari videtur quod coercendi hęredis cauſa relinquitur, quo magis aliquid faciat, vel non faciat, vt explicatur in dicto §. Pænę autem. Inſt. de lega. Surdus deciſ. 101. in princ. & deciſ. 7. nume.9.

6 Et eſt talis Pęna coerctio, ſeu priuatio hęredis, vel legatarij in eam incidẽtis relictis, vt colligitur ex notatis per Doctores in dicta leg.unica.C.eod. Quando enim teſtator uult, quod hęres, uel Legatarius ſi non paruerint, aliquid ſoluant alicui, ut in exemplo d.§. pænę autem nomine ipſos inobedientes pęna pecuniaria coercet.Qñ vero ab eis ſi non fecerint vel fecerint id, quod mãdauit, uel prohibuit, adimit, ſeu ad alios relicta tranſmittit ipſos in pænam incidentes priuat relictis, quod pęna eſt, ut diximus ſecundum Bartol. Iaſ. & alios in dicta leg.unica.C.de his quę pæn. nom. uel ſecundum Hoſtienſem in ſumma de pęnis in princ. num.1. Pæna eſt debita coerctio, ſeu ſatisfactio lege, uel alio iure limitata, quę & huic noſtræ uidetur conuenire.

7 Et pęnę ſtipulatio recte ſic cõcipitur, ſi ita factum non erit. Si aduerſus id factum erit. l.cum quid.71.ubi gl.& Bart.in 1.notab.ff. de uerb.oblig.& l.continuus.§. pen.eod. & Surdus dicto cõſi.348.nu.6.& ſeq.ubi alios adducit.& ſi tempus additũ ſit, non intelligitur cõmiſſa niſi ex toto labatur.ut notant Anchar. & Gemin. in capitu. commiſſa. de elect. in ſexto, Baldus in capitu. 2.nu.2.& ſequen.qualiter.Domi. pro.feudi punietur.

Et inducitur uerbis negatiuis, & aduerſatiuis ad confirmationem diſpoſitionis. Io. Faber. in §. final.Inſtitu.de legat. ſequitur

ibi

ibi Aret.in fine.Parti.colum.2. verſic. hanc eandem.Bald.in leg.vnica. nume. 33. C. de his quę pęn.nom.quod commune dicit Soccin.& alij allegati infra in 2.par.ca.5.quæſt. 3.num.5.verſi.& non eſt pæna,niſi quando pręcedit.Non enim refert an verbis negatiuis,ſiue affirmatiuis inducatur, quam ſempernegationem includunt. Alba in conſil. 417.num.4.

SVMMARIVM.

1 *Pæna duo ſunt genera,alia enim eſt Poſſibilis, alia impoſsibilis.*

2 *Pæna appoſita circa id quod de iure fieri poteſt non committitur ſi fiat de facto.*

Caput C.

1 EX his,quæ notantur in d.l.vnica. C. de his, quæ pęn. nom. huius pænæ duo ſunt genera; Alia enim eſt poſſibilis,alia impoſſibilis. De impoſſibili vide quæ dicuntur ſupra in c.2.de impoſſibili cõditione, & conferas huc ad pęnam impoſſibilem, vti & ibi adnotatum dimiſimus ſub num.2.& ſequen. De poſſibili pæna pariter tractant Doctor. omnes per multa exempla in dicta leg.vnica, Cui conferas quæ ſupra poſuimus in dicto cap. 2. dum de poſſibili conditione tradidimus ſub nume. 15. & ſequent.

2 Velim tamen, quod pro ſingulari hic notes, quod pęna appoſita circa id, quod de iure fieri poteſt, non committitur, ſi fiat tantũ de facto. Alber.in l.ſi venditor num.1. ff.de ſeruis exportan.

SVMMARIVM.

1 *Pæna effectus qui ſint.*

2 *Pæna reſpiret futura.*

3 *Pæna per pactum non poteſt ſuos authores trãſcendere.*

Caput CI.

1 EFfectus enim pęnę propoſitæ ſunt varij, vti ſunt varia teſtatorum mandata, atque præcepta; Verum ad tres potiſſimum, & illos generales reducuntur. Si enim Primo teſtator mandat, quod hæres, ſeu legatarius aliquid faciat, vel prohibet, ne faciat,& ſi ſit inobediens, quod ſoluat decem Titio, effectus pœnæ eſt hæredem, ſeu legatarium coercere in decem Titio danda, vt notatur in dicto §.Pœnæ autem Inſt. de lega.& in dicta leg.vnica C.de his,quæ pœn. nom.

Secundo ſi mandat, quod aliquid faciat, vel prohibet, ne faciat, & ſi ei ſit inobediens, adimat relictum, tunc eius effectus eſt adimere. Azzo in ſumam in fine, & Doctor. in dicta leg. vnica. in principio.

Tertio ſi ſint mandatis teſtatoris inobedientes ad alios relicta tranſmittat, eius effectus eſt tranſmittere.

Seu melius & breuius.1.2.& 3.eius communis effectus eſt coercere, & priuare hęredem ſeu legatarium in pœnam incidentes relictis, vt notat Azzo in ſumam. Cyn. Bartol. Bald. Angel. & cæteri ſcribentes in dicta leg. vnica, & poteſt coërctio contingere etiam in tempore, vel conditione duriore, & ſimilibus, vt per Surdum in deciſ.7. nume.18.

2 Verum eius eſt natura, vt ſemper futura reſpiciat, non præterita, vt notat Bal.in leg. ſi ita legatum, in fine. ff. de cond. & demon. Et vt plurimum inducitur per verba aduerſatiua ſecundum eundem Bald.in dicta.leg. vnica.numero 33.C.de his, quæ pæn.nom.

3 Et ſuos tenet authores, quos ſequitur, & non tranſcendit, etiam ſi aliter ſit conuentum, quia id per pactum non poteſt fieri. Bald.in l.1.in 5.oppoſ.num. 10.& 11. C.de his,quæ pæn.nom.l.Sancimus. C.de pęnis. l.ſi hęredes ſeruus.§.fin.ff.de leg.1.& Bald. in dicta l.1. nume.12. Surdus in deciſ. 101. num.2.cum diſtintione, quam facit ibi ſub num.6.7.& 10.& infra par.2. ca.5.quæſt.2. num.2.

SVMMARIVM.

1 *Conditio poteſtatiua, caſualis, & mixta differunt in multis, vt late hic demonſtratur.*

2 *Conditio voluntaria, & neceſſaria differunt.*

3 *Conditio ſuſpenſiua extinctiua, ſeu reſolutiua differunt multum inter ſe.*

4 *Conditio, & modus differunt.*

5 *Conditio, demonſtratio, & cauſa differunt.*

6 *Conditionis natura quæ ſit.*

7 *Demonſtrationis natura quæ ſit.*

8 *Modi natura quæ ſit.*
9 *Pœna nondiſtat ab alijs legatis, ſiue puris, ſiue conditionalibus, niſi quod in futurum cõfertur.*
10 *Demonſtratio, Modus, Cauſa, & Pœna adijciuntur, Conditio inſeritur, quod refert ſcire.*
11 *Conditio, & Dies incertus differunt.*

Caput CII.

SVpra in c.2. tradidimus multas Poſſibilis conditionis ſpecies à nu. 15. vſq; ad finem c.& cũ in cap. proximo deliberauerimus dare inter Conditionem, demõſtrationem, modum, cauſam, & Pœnã differentias à Doctorib. conſideratas, expedit, vt primũ illas conſtituamus, quæ inter ipſas conditionis ſpecies aſſignantur.

Et quidem inter conditionem Poteſtatiuam, caſualem, & mixtã, de quibus in d.c.2. nu.16.17.& 18. vltra ſuperius ibi nu. 19. cõſtitutam differẽtiam, differt poteſtatiua à caſuali, & etiam mixta in hoc, quod poteſtatiua poteſt tantummodo impleri poſt mortẽ teſtatoris, & ab eo, qui ſcit, ſe grauatũ; caſualis autẽ quocunq; tempore, vbi eſt caſus in l.2.ff.de cond.& dem. quod intellige, vt inf. par.2.c.1.q.37. ſub nu.2.& 3. Item poteſtatiua requirit factum grauati; caſualis non. l. ſi iam facti.§.eod. Item poteſtatiua debet impleri quam primum poteſt. l. hæc conditio. ff.eo. cum alijs allegatis ſupra in c.6.nu. 57. Quod eſt intelligendum in vltimis voluntatibus, non autẽ in contractibus, vt concludit Bar. in illo tex. ſequitur Cor. in cõſi.208. ſub nu.1. in fine.li.1. Caſualis vero quandocunq; d.l.2. vbi Bar.& Doct. Item ſi conditio Poteſtatiua non ſit impleta voluntate, Mora, aut Impotentia implere debentis, deficit, & euaneſcit diſpoſitio. l.ſi. ff. de cond. Inſt.l.pen.§.1.ff.de cond.& dem. etiã quod materia ſit fauorabilis, ſ. quod ſit relicta libertas. l.fin.C.de neceſ.ſerui. Et idem eſt, ſi culpa honorati non poſſet conditio beneimpleri, quãuis de facto ipſe vellet implere qđ teſtator iuſſit. l. Meuia. in pri.ff.de an.l.l. libertis.§.ſi.ff.de ali.& cibar. l. Nec impotẽtia excuſat ab onere implẽdi, vt quia nõ poſſit pecuniã dare iuſſam, vel quia ſpecies, quã dare iuſſus fuerat, ſit petẽpta: Nã deficit cõditio ẽt in fauorabilib. l. qui hęredi.& l.cum ita datur.ff.de cond.& dem.& l.cũ quidam.C. de cond.inſer. ibi tamen in legato libertatis excuſatur ſeruus, ſi pecuniam, ſeu rem dare iuſſam parauiſſet, & caſu periſſet, quoniam nihilominus libertatem conſequeretur, tamẽ remaneret obligatus præſtare quod erat in conditione, & eo caſu quod erat in conditione tranſit in obligationem, vt notant ibi communiter Doct.& ideo honoratus ſub conditione poteſtatiua nõ poteſt cogi, vt eam impleat. Cyn. in l.ſi plures. C.de cõd.inſer. Soccin. in l. Iure ciuili nu.6.ff.de cond. & demo. Bal. in d.l.ſi plures.nu.34.& infra par.2. ca. 1. quæſt.34.

Item differt conditio poteſtatiua à caſuali, quia ſi ante illius implementum honoratus deceſſerit, ius conditionem implendi ex pirat, nec tranſit ad hæredes. l. vnica.§. pro ſecundo.& §.in nouiſſimo.C.de caduc. tollen. l. in teſtamento.ff.de cond. & dem. Bal. in d.l.ſi plures.nu. 23.C.de cond.inſer.& late inf.par.2.c.1.q.10.nu.3.& ſeq. Ius.n. implendi conditionem nõ tranſit ad hæredes. l. Prętor.ff.de colla. Bonorum, vbi Bar. Dec. in conſi. 261. in fine. Rui. in conſil. 17.nu.8. li.3. etiam ſi verſemur in contractibus, quia conditio poteſtatiua, quæ cõcernit propriũ factum defuncti, non tranſit ad hæredes, vt illam poſſint implere. Bald. in l.ſi plures.nu. 2.C.de cond.inſer. & late Tiraq. de retract. conuenti.§.1 gl.6.nu. 15.& inf.par.2.c.1.q. 10.nu.5. Secus ſi conditio ſit caſualis quia ius illam implendi tranſit ad hęredes per ſupra deducta & per tex.in.§.ex conditionali Inſt.de verb.oblig. Ceph. in conſil. 118.nu. 24.lib.1.

Item poteſtatiua conditio differt à caſuali, quia deficit per moram illam non implentis. l.pen.§.1.ff.de cond. & dem. & caſus ſuperueniens nõ prodeſt legatario d.§.1. Soc. in l.ſi titius.nu.4.ff.eo.& mora in poteſtatiuis contrahitur cum primum poſt mortẽ teſtatoris potuerit impleri per allegata ſuperius in c.6.nu.57. cũ diſtinctionib. ibi poſitis. Et mora ab honorato commiſſa in nõn implendo ad effectum vt ſibi ſucceſſio, vel legatum acquiratur non poteſt purgari, quoniam mora commiſſa non poteſt purgari ad actionem conſequendam, qñ ei, contra quẽ purgatio intenditur, intereſt non purgari. l. ſi ita quis.§. Seia.ff.de verb.oblig. Et in actibus liberatorijs non admittitur morę purgatis in damnum debitoris per moram ſui Aduerſarij jam liberati. Bal. in l.ſi ſuper. in fine. C.de tranſact. vbi adducit tex. in l. Thais. §. intra.& in l.ſi intra. C.de fideicom. libe. contrarium

trarium videtur ſentire idẽ Bal. in d. l. ſi plures. nu. 33. C. de cond. in ſer. dum dicit, purgationem moræ admitti intra modicum tẽpus, eũ ſequitur Iaſ. in l. 1. nu. 8. C. de inſt. & ſub. & cõtra eos Dec. ibi nu. 9. Qua de re ita pro concordia videtur diſtinguendum; Aut .n. à teſtatore tempus fuit ſtatutum, & vltra non admittitur per iura ſuperius allegata, & per tex. in l. ſtatu liberũ §. 2. ff. de l. 2. Bald. in d. l. ſi plures. nu. 33. & d. l. ſi quis ita. §. Seia, & inf. par. 2. ca. 1. q. 65. Quod idem procedit in diſpoſitionibus legalibus, & ſtatutarijs. concedentibus aliquid fieri intra certum, & taxatũ tempus ad damnũ alterius. l. 1. §. intra ff. de ſucceſſo. edicto. l. fi. ff. quis ordo. l. fin. ff. de decre. ab ord. facien. l. ob commiſſa. C. de adulter. & latiſſime Tiraq. de retract. lignag. §. 3. glo. 4 nu. 2. Aut tempus adimplementi non eſt taxatum; & tunc licet quamprimum poteſtatiua conditio debeat impleri forte intra modicum tempus arbitrio Iudicis poterit purgari & ſic Bal. poteſt ſaluari in d. loco ſed parce agendo, quia vt dicit Sal. in l. ſi pacto. quo pęnam. col. 7. ver. nunc ex pacto. C. de pactis, quem refert. Dec. in d. l. 1. nu. 9. C. de inſt. & ſubſt. vbi implemẽto conditionis tempus taxatum eſt limitatiuum poteſtatis, mora non poteſt purgare; Si vero ſit oneris multiplicatiuũ, poteſt purgari, ne nimis grauetur debitor, vt diximus in d. q. 65. quia iura ſunt proniora al liberandum, quam ad obligandum. l. Arrianus. ff. de act. & oblig. ca. fauorabiliores. de reg. iur. in 6.

Item cõditio poteſtatiua vbi ſtat per eũ, qui ex implemento erat obligaturus, quod non impleatur habetur pro impleta, tam in vltimis voluntatibus, quam in contractib. l. in iure Ciuili. ff. de reg. iur. l. Iure ciuili & l. Iulius Paulus in fine. ff. de cond. & dem. l. cõ quidam. C. de inſe. c. cum ſtat. c. imputari. de reg. iur. in 6. exemplo. l. Mæuia in prin. ff. de annu. lega. l. Caio. §. Imperator. ff. de alim. & cib. l. gl. & Caſt. in d. l. iure ciuili, vbi ampliãt etiam in impedimento licito. gl. Bar. Caſtr. & cęteri in l. in teſtamẽto. ff. de cõd. & dem. late Dec. in d. l. in iure ciuili. ff. de reg. iur. & inf. par. 2. c. 1. q. 29. late per totam.

Item conditio Poteſtatiua differt à caſuali, quia vbi non poteſt impleri per aliquẽ naturæ caſum, habetur pro impleta etiam quo ad actionem conſequendam. l. Turpia. §. ſed & ſi. ff. de l. 1. l. quę ſub cõditione. §. quoties. ff. de cond. Inſt. Eſt. n. implenda voluntas, ſi poteſt, vt in poteſtatiuis ſic notarũt. gl. Bar. & communiter omnes in l. in teſtamento. ff. de cond. & dem. & in l. 1. C. de inſt. & ſubſt. & ratio eſt, vt poſt Oldra. notauit Bart. in d. l. in teſtamẽto, quia in poteſtatiua voluit teſtator multum prouidere legatarijs, & ideo ſufficit, quod non ſtet per eum, etiam quod in vita teſtatoris cõtigiſſet caſus, per quem conditio impediretur impleri. l. inde Neratius §. 1. ff. ad l. Aquil. Imo. in l. 2. ff. ad l. falcid. Alex. in d. l. 1. col. 1. in fine. Vel deficiat culpa, ſeu facto teſtatoris per ea, quæ propoſuimus inf. par. 2. c. 1. q. 30. Verum fallit, ſi facto Tertij iniuſto, & illicito deficiat, nam ille tenebitur ad intereſſe. d. l. inde Neratius. §. 1. ff. ad l. Aquil. l. 3. §. fin. ff. de cond. cauſa data, & l. 3. ff. de cond. furt. ſed ſi non ſit ſoluendo, habebitur pro impleta, ne factum illius huic præiudicet. glo. in d. §. 1. per tex. in l. 1. §. fi. ff. de eo, per quem factũ fuerit, & d. l. in teſtamento, & in d. l. 1.

Fallit etiam vbi per caſum contingẽtem deficit in perſona honorati, puta quia prius decedat, quam potuerit implere, quia tunc deficit conditio. l. ſub diuerſis. §. fin. ſecum. terti. opin. gl. comuniter approbatam, & l. ſi ita expreſſum. ff. de cond. & dem. Ang. Caſt. & Iaſ. in d. l. 1. C. de Inſt. & ſubſt. Soc. in l. ſi Titius. nu. 8. ff. de cond. & dem. fallit etiam, vbi teſtator voluiſſet vere, non per fictionẽ implere, quia tunc non ſufficit, quod habeatur pro impleta, quia voluntas teſtatoris in conditionibus regit & dominatur. l. in conditionibus. ff. de cond. & dem. l. cum q. C. de lega. Bar. in l. vter. ff. de cond. Inſt. Bald. in l. ſi pater. in 3. q. C. de inſt. & ſubſt. Iaſ. in d. l. 1. col. 4. Quod fortius ꝓcedit in caſuali mixta: ſed vbi verum implementum cõditionis conſiderari non poteſt, minus poteſt conſiderari fictum. Cuma. in d. l. inter & Iaſ. in d. 1. col. pen. Item fallit vbi conditione nõ impleta, teſtator aliam rem legatario reliquiſſet; Nam iſto caſu quamuis per legatarium non ſtaret; attamẽ non haberetur pro impleta ad effectum conſequendi relictum per ad implementum, vt eſt caſus in d. l. inter. per quem ita conſuluit Cuma. in conſi. 38. Dec. in d. l. 1. col. 3. C. de inſt. & ſubſt. Menoch. in conſi. 362. col. vlt.

Conditio mixta licet cenſeatur poteſtatiua ad hoc vt poſſit filius ſub ea Inſtitui per ea, quæ proponuntur inf. par. 2. ca. 1. q. 26. in prin. & ſub nu. 3. tamen differt ab ea, & à caſuali, vt patet ad ſenſum, cum nõ ſit nec poteſtatiua mera, nec mera caſualis, ſed mixta

partim

partim poteſtatiua, & partim caſualis, de qua, & de eius differentia nõnulla tetigi inf. in par. 2.q.63.& late in q.29.& 30.

2 Item ſuperius in c.2.nu.24.& in fine d.c. diximus, vltra prędicta eſſe etiã volũtarias, & neceſſarias conditiones, quæ quidem inter ſe multum differentes inuenimus. Nam conditiones mere voluntariæ ipſius teſtatoris, quæ in ſũt ex pura eius ordinatione, nec ſunt neceſſarię ad actum legati, nec ad effectum legati vt res, legata debeatur, impediunt tranſmiſſionem. Neceſſariæ vero, quę inſunt ex legis diſpoſitione, vel ex natura legatæ rei, & ſunt neceſſariæ ad actum legati, vel ad effectum, vt res legata deberi poſſit, ſine quib. non poſſet deberi, non impediũt tranſmiſſionem, quamuis ante eorum aduẽtum non ſit orta nec actio, nec obligatio. l. conditiones. quæ extrinſecus, vbi gl.& Bar. ff. de cõd.& dem. l. quod pure. ff. quan. dies l. ced. Item condiriones voluntariæ debent impleri in forma ſpecifica, nec ſufficit ad implere per æquipollens. l. qui hæredi.& l. Meuius. ff. de cond.& demo. Rota diuer. coram Sanctiſ. Deciſ. 433. nu. 2. pa. 1. Neceſſarię vero ad actum, vel ad effectum legati poſſunt per æquipollens adimpleri. leg. Gallus. §. 1.& quid ſi tantum. ff. de liber.& poſth. vbi Bar. col. 2.& cæteri poſt eum. l. mulier. in prin. ff. ad S.C. Trebl. l. ſi mater. C. de Inſt.& ſubſt. & infra par. 2.c. 1.q. 41.& in q. 92.& de Neceſſaria vide in q. 103.

3 Itẽ inter conditionis ſpecies ſupra in d. c. 2. nu. 26.& 30. poſuimus conditionem ſuſpenſiuam, & extinctiuam, ſeu reſolutiuam, quæ pariter inter ſe differe inuenimus. Nã ſuſpenſiua eſt, quæ confert diſpoſitionis effectum in aliquem futurum euentum, ſiue ſit poteſtatiua, ſiue caſualis, ſiue Mixta, veluti, ſi Papa redierit Romam, Si decem dederis Titio, ſi iueris ad talem locum, tamen in poteſtatiuis hoc intereſt, quia ſi ſint conceptæ affirmatiue, implementum omnino prę cedere debet, vt ſit locus relicto: Si vero ſint conceptę negatiue ſiquidem implementum ante vltimum vitę ſpiritum contingere poſſit, ſimiliter exitus expectatur, ſi vero non niſi in vltimo vitæ ſpiritus contingere poteſt, tunc, ne relictum euaneſcat, cautione præſtita impletur, & idem eſt quoque in cõditione poteſtatiua affirmatiua, quæ actus perſeuerantiam requirit, & ſi conditioni paritum non ſit, res cũ fructibus perceptis reſtituitur, vt eſt caſus in l. Mutianę. ff. de cõd. & dem. vbi docto.& in Auth. cui relictum. C. de Indiuidi. toll. l. Pater. §. ſocrus & l. Titio fundum. in prin. ff. de cõd.& dem. Imo. & Soc. in d. l. Mutianæ. Gratus in conſ. 102. nu. 12. lib. 2. Niſi condictio faceret plura annua relicta, nam pro quibus paritum eſt fructus non reſtituerentur, ut declarãt Moderni Patauini de fideico. ar. 11. n. 21. 22.& 23.

Reſolutiua, & extinctiua conditio eſt, quæ non ſuſpendit actum, nec illius exequutionem, ſed per eius euentum actum ipſum reſoluit gl.& Alb. in l. 2. ff. de indiem adiect. Socc. in conſi. ult. nu. 2. lib. 3. Pariſ. in conſi. 92. num. 22. lib. 3. Grammat. deciſ. 58. num. 10. Tiraq. de retract. conuent. §. 2. glo. 1. nu. 74. Cepha. In conſ. 133. nu. 34.& ſeq. Decia. in conſi. 8. nu. 78. lib. 1. Menoc. in conſ. 388. nu. 16.& in conſ. 494. nu. 23.& ſeq. ubi hoc firmat ẽt in ultimis uoluntatib.& plurimos adducit: ſed facit cõtra, quia in vltimis volũtatibus ſi quid pure datum ſub conditione adimatur, facit totum relictum conditionale. l. aliquando. ff. de cond.& demon. glo. in leg. 2. ff. de in diem adiect. vbi diſtinguitur inter contractus, & ultimas uoluntates, ſequuntur Bar. Alb. cum alijs ibi in d. l. aliquã do, & in d. l. 2. l. quibus diebus. §. quidam Titio ubi Bart. ff. de cond.& dem. l. ſi legatum pure. ff. de adim. l. gl. Bar.& alij in l. 1.& 2. ff. de in diem adiect. ubi ſecus dicit in contractibus. Ang. Are. Inſt. quibus modis t. ſta. in firmen. in prin. nu. 3. Rui. conſi. 152. nu. 7. li. 3.& inf. par. 2.c. 1. q. 105. nu. 1. in fine. Sed cõditio extinctiua, ſeu reſolutiua operatur, vt ſi ſit poteſtatiua impleatur per cautionem. ſi negatiue, ſit concepta, aut affirmatiue cũ perſeuerantia, ueluti uidua permanſerit: Suſpẽſiua uero cautionib. non impletur, & in hoc differunt, & qualiter cognoſcantur dicit Menoch. conſi. 388. nu. 16.& 17.

4 Conditio, & Modus differũt, quia ubi legatũ eſt ſub modo, legatarius ſtatim poteſt petere legatum præſtita cautione de modo implendo. Alex. in l. 1. nu. 5. C. de inſt.& ſub. & infra par. 2.c. 1. q. 51. nu. 1. 2.& 3.& conſequitur emolumentum antequam modus impleatur. Bar. in l. quibus diebus §. fi. nu. 5. & ſeq. ff. de cond.& dem. l. demonſtratio. §. fin. eo. Caſt. in conſi. 5. in princ. lib. 1.& melius in conſi. 292. col. 1. lib. 2. Craue. in conſi. 99. nu. 1. Rota diuer. in deci. 39. nu. 1. par. 1. Surdus in deciſ. 38. nu. 6.& 7.& in deciſ. 156. n. 6. quia modus non impedit acquiſitionẽ ab initio, licet reſoluatur, eo deinde non imple

to. l.

Digitized by Google

to.l.libertas.§.hęc ſcriptura.ff.de manumiſ. teſtam. Bart.in d.§. Permilius.nu. 13. Socci. nu.8.nec minus natiuitatem actionis. infra par.2.ca.3.q.7.ſub nu.24.Sed ubi legatũ eſt ſub conditione,non niſi conditione impleta agit legatarius. l. qui hęredes.§. ult. ff.de cond.& dem.& liberto.§. Lucius.ff. de ann. leg.l.cum in teſtamento. C. de fideicom. liber.l.ſi tibi legatum.ff. de le.3.l. à teſtatore. ubi Bar.nu. 2.ff.de cond.& dem.& l. nominatim.§.ult.cod.l.itaque. ff.ſi cert. petat. & inſ. par.2.ca.1.q. 38.& 46.nu.4.& 50.nu.3. & q.51.in fine.Quia conditio debet impleri ante aſſecutionem emolumenti.l.quęſitũ. l.in conditionibus.§. .ff.de cond & dem.l. l hais.ancilla.§.Stichus.ff.de fideico. liber. quia ipſam acquiſitionem impedit ab initio ex pronihil ponit in eſſe,niſi ſi ei fuerit ſatis factum.l.ſi quis ſub conditione dandorum decem.ff.ſi quis omiſ.cauſ.teſtam.& contractus ſub conditione celebratus dicitur reſolutus ipſa conditione non eueniente.l.neceſſario.§. 1.ff.de peric.& commo. rei vendi. & l.pecuniam quam,vbi Alexã.nu.4.ff.ſi cert. petat.Menoch.in conſi.131.nu.4.

Item Modus à conditione differt, quia non ſuſpendit,vt dictum eſt,ſed reſoluit diſpoſitionem in caſu modi non impleti, & ideo modus eſt quędam in futurum reſolutiua conditio. Pariſ.in conſi.11.nu.37.li.1.& in conſi.5.nu.12.lib.4.Menoc.in conſ.262. nu.9.10.& 12.lib.3.& ideo modus aliquando appellatur conditio. ca. cum Ioannes de fide Inſtr.vbi Abb.& Fely.nu.2. & ſupra c. 1.nu.18.poſt definitionẽ ipſius modi c.92. in fine. Conditio vero ſuſpendit,vt ſupra dictum eſt,& non reſoluit, niſi ſit reſolutiua, vti ſupra,dum de reſolutiua diximus.

Item modus ,& conditio differunt per ea , quæ notat Iaſon. de conditione mixta, & modo mixto.in l.ſi Titio.nu. 9. & 10. ff. de l.1.& inſ.par. 2.c.3.q.7.nu...uerſi.ex quo primo infertur differentia. Sed in hoc cõueniunt,quod in futurum ambo conferuntur. l.Stichũ.ff.de l.1.& d.l.nominatim.& l. Itaque. Item conueniũt,quia de uno ad alterũ regulariter ualet argumẽtum,ut firmat Iaſ. in d.l.ſi Titio.nu.8.ff.de l.1.Itẽ conueniunt reſpectu exitus.Gab.conſi.5.nu.9.li.1.& in conſi.20.nu.74.& 122.num.17.lib.2.

Item differunt,quia ubi agitur de modo implẽdo eſt neceſſaria interpellatio partis, quod diuerſum eſt in conditione. Rui.conſ. 100.nu.4.lib. 5.Crauc.in conſil.319.nu.17. Menoch.conſi. 131.num.6.

Item differunt, quia ſi modus caſu deficiat diſpoſitio non corruit.l.quę ſub conditione.§.quoties.ff.de cond.& demo.cũ alijs adductis in par.2.c.6.q. 1.in fine. Secus ſi deficiat conditio.l.ſi fundum.§.Iulianus.ff. de l. 1.l. Pater filium.§.Tuſc.ff.de l.3.cum alijs adductis ſupra in c.7.nu.1.uer.& ſi caſu.

Item licet impoſſibilis conditio aliquando reddat diſpoſitionem inutilem,idtamen nunquã facit Modus impoſſibilis.d.l. ſi fundum.§.Titio.ff.de l.1.Bart.in l.codicillis.in prin.col.2.de l.2.Alb.in l.unica.§.pro ſecundo.C.de caduc.toll.Sarmien.lect. interp. li. 2.c.3.per totum.

5 Item conditio à demoſtratione differt,& à cauſa,quia Demonſtratio in pręſens tempus confertur,& plerunq; rem factã demonſtrat,niſi ſit in futurum concepta,quia tunc eſt conditio,ut ſupra c.1.nu.19.& c.4.nu.5. Cauſa confertur in pręteritum tempus, conditio vero in futurũ, Azzo.in ſumma. C. de falſa.cau.adiecta l.ſub num.5.& Moderni in com.opin.vol.3.de lega.tit. 5.c.22.ver. conditio eſt de futuro.Modus in futurũ Bar.conſil.21.nu. 5.lib. 2.Bal.conſil.150.nu. 5.lib. 5.

6 Et natura conditionis eſt,vt ſi ſit poteſtatiua,ei obtemperetur,vel per eum, qui obtẽperare debet,non ſtet,quominus impleatur l.ſi.C.de cond.inſer. & l. quę ſub conditione.ff.de cond.Inſt.& l.Turpia.ff.de l.1. & ſupra hoc eo.c.in prin.& infra par.2.c.1.q.29. & 30.Si vero fuerit caſualis,ſeu mixta,ſpectatur eius euentus.l.vnica.§. ſin autem aliquid.C.de caduc.toll.Sed in Mixta adiuuatur legatarius,ſi per eum non ſtetit , ſed per eum,in quem caſus fortuitus eſt adſcriptus. l.legatum.C.de cond.inſer. & ſupra hoc eo. c.num...& infra d.q.29.

7 Item natura cauſę,& demonſtrationis eſt, vt quamuis falſę dicantur,legatum tamẽ regulariter nõ vitiẽt.§.ſi quis in noĩe. Inſ.de l. §.lõge magis Inſt.eo.l.cũ tale.§.falsã causã. ff.de cõd.& dem.l.demõſtratio.§.q. vbi Im. Cuma.Caſt.& Socc.ff.eo.& l.2.& fin.C.de falſa cau.adiect.l.nu.2.ver.nam ratio legandi Rui.in conſi.73.nu.14.li.2.Gomeſ. de teſta.nu.76.Surdus in deci.130.n.12.in fine.

8 Natura vero modi eſt, vt adimpleatur,vel per legatarium non ſteterit, quominus impleatur.l.1.& 2.C.de his,quę ſub modo,vti & conditionis,de qua ſuperius, & quod impleatur poſt conſequutum emolumentum. ſupra.c.94.nu.1.& infra par.2.ca.3.quæſt.9. num.

Digitized by Google

nu.8.cum limitatione, de qua ibi ſub nu.9.

9 Pęna autem, quę vel in teſtamento, vel in codicillis relinquitur non diſtat à cęteris legatis, ſiue puris ſiue conditionalibus, ſiue adiecta per modū ſolutionis, ſiue per modū priuationis, ſiue per modum trăslationis. §. pęnę nomine. Inſt. de l. & l. vnica. ubi Bar. & Iaſ. C. de his quę pęn. nom. in teſtō, vel Codicill. relinq. Miſſing. in d. §. pęnę nomine. nu.4. & Portius. nu. 3. vbi etiam gl. ante eos, hoc idem ante eos notauit Azzo in ſumma. C. de his quæ pæn. nom. ver. hodie vero, ſed in futurum confertur. l. ſi ita. 12. in fine. ff. de condict. & demo.

10 Item cauſa, demonſtratio, modus, & pæna adijciuntur conditio vero inſeritur. gloſ. in rubric. C. de condit. inſer. & in rubric. C. de falſa cau. adiect. leg. C. de his, quę pęn. nom. & C. de his, quæ ſub modo. Et eſt magis inſerere, quā adijcere, quod ſcire non parum refert; Nam ex hoc facilius cauſa, demonſtratio, modus, & pęna, quia adiectę, tolluntur, & pro non adiectis habentur, quam conditio, quia inſerta; Et ratio eſſe poteſt quia quod adijcitur eſt eiuſdem, ſeu ſimilis naturæ rei, cui adijcitur, & facilius remouetur: Quod enim inſeritur, vt plurimū eſt naturæ diuerſę, & ad ſuam naturam rem cui inſeritur, trahit, & difficilius remouetur, ut bene per Bal. in l. ex placito. 3. ſub num. 4. verſ. Item naturaliter uidemus. C. de rerum permut. Nam, ut ſępe diximus, conditio dat formam. l. qui hęredi. ff. de cond. & demo. cum alijs allegatis ſupra dū poſuimus ipſius conditionis effectus ca. 88. effectu. 2. num. 6. & forma dat eſſe rei. l. Iulianus. 9. §. ſi quis rem vbi Bald. in notab. ff. ad exibendum, & in l. iuſſus. in reper col. 7. ff. de liber. & poſthu. & in tract. de Pactis col. 5. ante medium.

11 Item differt conditio à Die incerto, quia omnis conditio eſt dies incertus, non e contra. Si poſſit non cedere, ut cum relictū proponitur legatum cum morietur hæres, conditio eſt, quia non cedere poteſt uiuo legatario, hęrede mortuo. Si non poſſit non cedere conditio non eſt, ut ſi cum morietur Titius ei legauero, purum eſt legatum, quia fieri non poteſt, ut non moriatur Titius.

Nec dicas quia etſi prior hęres moriatur, heredis hęres Titij hęredi tenetur. leg. 4. ff. quan. dies leg. ced. l. hęres. ff. de cond. & demon. quia & idem eſt in legato conditionali. l. legato ſub conditione. ff. eod. Et ita ſi cū moriar promiſero, dies incertus eſt, non cōditio, & quod interim ſoluitur repeti nō poteſt, quod tamen repeteretur, ſi eſſet conditio. l. ſub conditione. & ſeq. ff. de cond. & demo. & l. dies. ff. eod. Item dies incertus in teſtamento facit conditionem. Quod idem nō eſt in ſtipulatione, ut conſtat inter legata cōditionalia, & ſtipulationes conditionales innumeras eſſe differentias. Nec item Teſtamento quoque ita eſt, niſi dies legati poſſit non cedere. in d. l. ſub conditione videtur legendum die pendente.

Digitized by Google

DE CONDITIONIBVS. ET DEMONSTRATIONIB. TRACTATVS.

D. LEANDRI GALGANETTI. I. V. C. Celeberrimi.

Pars Secunda.

In quo continentur quæſtiones ſpectantes ad conditionem.

SVMMARIVM.

1 *Si, inducit conditionem.*
2 *Si, cum reſpicit preſens, vel præteritum tēpus non inducit conditionem.*
3 *Si, cum reſpicit verbum futuri temporis conditionem inducit, ſed cum diſtinctione.*
4 *Si, poſita pro Quamuis non facit conditionem.*
5 *Si, poſita pro quia non facit conditionem.*
6 *Si, poſita pro Et non facit conditionem.*
7 *Si, quando ſemper faciat conditionem.*
8 *Conditio inducta per ſi eſt expreſſa, & impedit legatorum tranſmiſſionem.*

Caput 1. Quæſtio 1.

VTrum Si, ſemper inducat cō-
ditionem? glo. in l. 1. in ver-
1 bo. conditio. ff. de condit. &
dem. dicit, quod ſit; ſed me-
lius eſt cum diſtinctione di
cendum; Quod aut reſpicit verbum præſen-
tis, vel præteriti temporis, aut futuri.

2 Primo caſu non facit cōditionē. l. ſi ita, ſtipulatus fuero. ff. de ver. obli. Bar. in l. dem. §. 1 & in l. 1. n. 2. ff. de cond. & dem. & oīa iura, quę tales conditiones appellant, loquuntur improprie. Bartol. in dicta leg. 1. nume. 2. & in leg. cum ad præſens. ff. ſi cert. petat. & per allegata ſuperius in parte prima capitu. 5. numero 18. & capitulo 89. numero primo, & 24.

3 Secundo caſu iterum eſt diſtinguendum. Nam aut ille futurus euentus eſt certus omni certitudine, aut eſt certus; An ſed incertus quando, vt Mors, aut eſt omnino incertus, vt ſunt communiter omnes conditiones proprie loquendo. Primo caſu non facit conditionem iuribus ſupra allegatis in primo caſu primæ diſtinctionis, & ſupra parte prima capitulo ſecundo numero 21. & ſequen. Secundo caſu ſunt gloſſę contrariæ. Nam gloſſ. in leg. ſi pupillus. §. qui ſub conditione. in princ. ff. de nouatio. & in leg. extraneum. C. de hæred. inſtituen. dicunt, quod hæc adiectio. Si moriar, certa an, ſed incerta quando, non faciunt conditionem. Gloſſ. vero in leg. in omnibus obligationibus. ff. de reg. iur. & Dyn. in dicto. §. ſub conditione tenent contrarium, quod uerum dicit Bartol. in dicta leg. 1. nume. 3. ff. de cond. & demonſt. & allegat caſum leg. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. eod. & l. quodcunq; §. penult. ff. de uerb. oblig. & leg. 1. C. de his, quæ ſub modo, & leg. ſi Titio. ff. quam. dies. leg. ced.

4 Et fere in omnibus legibus de hac conditione tractantibus dicitur, quod dicto ſecundo caſu dictio Si facit conditionem, niſi ponatur pro quamuis improprie. l. fin. C. de liber. & eorum libe. & leg. 1. §. ſed & apud ſeruum. ff. de aqua pluuia arcen. & leg. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de uerb. oblig. Bar. in d. l. 1. num. 4. ff. de cond. & dem. Menoch. de præſumpt. li. 4. prēſumpt. 201. nu. 48. & ſeq. multos adducit pro utraque parte.

Digitized by Google

5 Item niſi ponatur pro quia vtique impro-
prie.l.videamus.in princ.ff.de in litem iurã.
& l.Titium,& Meuium.§.à Matre.ff.de ad-
miniſtra.tuto.& l.15.qui,& l.à quo fundus.
ff.de damno in fecto, & Bartol. in dicta
leg.1.num.5.& in leg. hæc verba. vbi etiam
Iaſ.num.33.ff.de leg.1.

6 Item niſi ponatur cum Et, ideſt etſi pro
quamuis, iuribus ſupradictis, & Bartol.in
dicta. leg. 1. numero 6. ff. de condit. & de-
monſtr.

7 Tertio caſu quando ille futurus euentus
eſt omnino incertus, dictio ſi, ſemper facit
conditionem, & talis eſt conditionis natu-
ra, vt ſignificet rem dubiam, & incertam,
vt ſupra parte.1.capitulo primo num.12.de
finiuimus,& notat Barto.in dicta leg. 1.nu-
8 mer. 7. in princ. Quæ impedit tranſmiſſio-
nem legatorum. leg.conditiones extrinſe-
cus vbi Bartol.ff. de condit. & demonſtr. &
leg.vnica. §. ſin autem aliquid. C. de caduc.
toll.Iaſon.in leg.hæc verba.numero 3.ff. de
leg.1.Tiraquel.de legibus connubial. & iu-
re marita.gloſſ.7. numer. 53.late Cardina-
lis Mantica in tract.de coniect.lib. 11. titu.
20.num.1.2. & ſeque. quod ſecundum eum
limitabis,niſi ex coniecturis contrarium ap
paret,vt ibidem numer. 11. & ſequen. Me-
noch.in ſpecie de præſumpt.lib.4.præſum-
pt.201.num.40.& ſeq.cum declarationibus
ibi datas ſub numero 45.46. 47. & ſequen-
tibus.

SVMMARIVM.

1 *Cum.quando eſt præpoſitio non inducit condi-
tionem.*
2 *Cum. ſi eſt coniunctio non facit conditio-
nem.*
3 *Cum.quandoque ponitur cauſatiue pro quia.*
4. *Cum.quandoque ponitur aduerſatiue vel pro
Quamuis.*
5 *Cum.quando eſt aduerbium futuri temporis
inducit conditionem.*
6 *Inter Si, & cum quando non ſit differen-
tia.*
7 *Conditio inducta per cum eſt tacita.*
8 *Conditio inducta per cum, quominus ſit ta-
cita,impedit tranſmiſſionem legatorum.*

Caput 1. Quæſtio 2.

VTrum Cum inducat conditionem? &
eſt diſtinguendum; Nam aut eſt præ-
poſitio,aut eſt coniunctio,aut eſt aduerbiũ
Temporis:Si eſt propoſitio,non facit condi
1 tionem per ea, quæ dicta ſunt ſupra par.1.
c.5.num.2.Si eſt Coniunctio, quæ eſt ſem-
2 per quando apponitur verbo præſentis, vel
præteriti temporis,non facit conditionem,
quia eſt contra eius naturam præſens, &
prçteritum per allegata ſupra in quçſt. 1.
3 Sed ponitur tunc cauſatiue pro quia, vel
4 Aduerſatiue pro quamuis. vt dicit Bartol.
in leg. 1.num.8.& in leg.demonſtratio.§.1.
5 ff.de cond.& demonſt.Si enim eſt aduerbiũ
futuri temporis, conditionem inducit.leg.
qui promiſit.ff.de cond.indeb.& leg. quod-
cunque:§.penulr.ff.de verb. oblig. Quæ vi-
dentur conſtituere regulam,quod tunc non
6 ſit differentia inter Si, & Cum. vt ſupra di-
cto cap.5.num.3.quamuis differant in mul-
tis, vt in meo Promptuario differentiarum
in verbo Si.& Cum.& inter cætera ad pro-
7 poſitam materiam. Conditio inducta per cũ
eſt tacita. leg. conditiones extrinſecus. vbi
Bart.num.1.verſi.idem dico de conditione.
8 ff.de cond.& demond. Verum quamuis taci
ta impedit nihilominus tranſmiſſionem ſe-
cundum Bar.ibi.& infra quæſt.45.nume.3.
& 4.

SVMMARIVM.

1 *Niſi. appoſita verbo præſentis, vel præ-
teriti temporis eſt dictio mere excepti-
ua.*
2 *Niſi appoſita verbo futuri temporis in vltimis
voluntatibus facit diſpoſitionem conditio-
nalem.*
3 *Idem eſt in contractibus.*
4 *Niſi appoſita verbo præſentis,vel præteriti tẽ-
poris facit reſolutionem conditionalem, li-
cet diſpoſitio ſit pura.*

Caput 1. Quæſtio. 3.

VTrum Niſi faciat conditionem? Et
eſt diſtinguendum. Nam aut apponi-
tur

tur verbo præſentis, vel præteriti tempo-
1 ris, & tunc eſt dictio mere exceptiua, priua-
tiua; & aduerſatiua ad præcedentia. l. ſ. ctio-
ne. vbi Bartol. Salic. Alexand. Iaſ. Curt. ſen.
numero octauo. Dec. numero quinto qui al-
legat multos concordantes. Bald. in conſil.
428. nume. 3. libro primo hos ſequitur Sur-
dus in deciſ. 225. numero 19. & in deciſ.
264. ſub nume. 16. 17. & 18. & leg. ſi eum. §.
qui iniuriarum. ff. ſi quis cautionibus; Aut
adijcitur verbo futuri temporis, & iterum
eſt diſtinguendum: Aut enim loquimur
2 in vltimis voluntatibus, & totam diſpo-
ſitionem conditionalem facit. leg. quibus
diebus. §. quidam Titio. ff. de condit. &
demonſt. & leg. fideicommiſſa. §. quamquã.
ff. de leg. 3. Aut loquimur in contractibus,
& tunc iterum diſtinguendum; Aut enim
3 diſpoſitio fuit contracta per verba futuri
temporis, & facit conditionem, aut per ver-
4 ba præſentis, vel præteriti temporis, & tũc
facit reſolutionem conditionalem, licet di-
ſpoſitio ſit pura. leg. 2. ff. de in diem adiect.
& faciunt notata per Surdum in deciſ. 264.
ſub num. 16. & 17. & per Rotam diuer. de-
ciſ. 384. numero 3. & 460. numero primo li-
bro 1.

SVMMARIVM.

1 *Poſtquam inducit potius conditionem quam modum.*

2 *Poſtquam exprimit, quod effectus conditionis ſequatur, & conditionem inducit.*

Caput 1. Quæſtio 4.

Vtrum dictio Poſtquam inducat mo-
dum, vel conditionem? gloſſ. in leg. fi-
lius. in uerbo. teneri. verſic. ſed hic. ff. de do-
1 lo malo dicit, quod inducit modum; Sed cõ-
trarium putat verum Bartol. in leg. quibus
diebus. §. final. num. 7. de cond. & demonſt.
Quia natura modi eſt, vt impleatur poſt quę-
ſitum relictum. ibi in fine & leg. demon-
ſtratio in fine. ff. eodem, & ſupra parte pri-
ma c. 94. nu. 1 & ſeq. & ca. vlt. Et illa dictio
poſtquam exprimit, quod effectus diſpoſi-
tionem ſequatur, quod facit cõditionem, vt
eſt caſus in leg. inter illam. ff. de verbo. ſi-
gnifi. & leg. ſi ita. §. final. vbi gloſſ. in ver-
bo. vbi. ff. de leg. 2. De dictione hac tradit
Rebuf. in leg. 14. verſicul. de dictione poſt-
quam. ff. de verbo. ſignifi. & Alber. in di-
ctio.

SVMMARIVM.

Quoad donec, quãdiu.

1 *Appoſita ad inchoationem alicuius beneficij faciunt conditionem.*

2 *Appoſita ad ſuſpenſionem in euentum certo tempore limitatum faciũt diem, in euentum incertum conditionem.*

3 *Appoſita ad limitationem certi beneficij iam conceſſi inducunt conditionem extinctiuam quandoque ipſo iure, quandoque ope exceptionis.*

4 *Appoſita à lege inducunt conditionem extinctiuam ipſo iure.*

5 *Appoſita ab homine in obligationibus mere perſonalibus, ſiue in cõtractibus, ſiue in vltimis voluntatibus non inducunt conditionem extinctiuam ipſo iure.*

6 *Appoſita ab homine circa iura realia Dominij in vltimis voluntatib. inducunt conditionem extinctiuam ipſo iure, in contractib. nõ vtiq.*

7 *Per contractum regulariter non poteſt induci conditio extinctiua ipſo iure.*

8 *Quod, Donec, Quamdiu appoſita ab homine circa iura realia ſeruitutum perſonaliũ, vt uſusfructus, inducunt conditionem extinctiuam ipſo iure, circa alias ſeruitutes reales non vtique.*

9 *Seruitutes reales nõ poſſunt cõſtitui ad tẽpus.*

Caput 1. Quæſtio 5.

Vtrum aduerbia hęc quoad, Donec, & quamdiu faciunt conditionem? Circa hanc quęſtionem iura diuerſimode loquuntur, ſed cum diſtinctione reducuntur ad cõcordiam. Nam aut apponuntur, ad inchoationem alicuius beneficij, aut ad ſuſpen-

1 ſionem. Primo caſu faciunt conditionem.l. pater.§.fin.ff.de cond.& dem.& l.legatum. ff.de annu.leg. & l. Caio.§.imperator.ff. de alim.& cib.leg.l.r.C.de lega. Cyn.in l.fi.C. de indi.uidu.toll. Dec.in conſi.485,num. 6. & conſi.533.num.5.& conſil.620.nume.3. Alber. in dictio.in verbo.donec.1.2.& 3.& infra quæſt.18.verſi.nonus caſus.num. Decian.conſi.129.num.2.lib.3.Cephal.conſil. 71.num.17.lib.1.

2 Secundo caſu iterum eſt diſtinguendum; Nam aut ſuſpenditur in euentum certo tempore limitatum, & faciunt diem. l. ſcimus. 3 §.donec.C.de iure deliberan. Aut ſuſpenditur in aliquem euentum incertum, & faciũt conditionem.leg.ſufficit. ff.de cond. indeb. Aut apponuntur ad limitationem beneficij iam conceſſi, ſeu diſpoſitionis preambulæ. ſcilicet,vt duret in euentum ſeu in effectum alicuius cauſę,& inducunt conditionem extinctiuam diſpoſitionis pręcedentis quandoque ipſo iure quandoque ope exceptionis,ſecundum doctrinam Bart. in dicta leg. 1.num.16.vbi allegat l.ſiue.§.tamdiu. ff. de condict.furti.& l.in delictis.§.detracta.ff.de noxalibus ſupra par.1.cap.2.nume.26. quia

4 Lex hoc facit ipſo iure, quia ab ea apponitur,ſi vero apponatur ab homine, eſt diſtinguendum, Aut eſt circa obligationes mere perſonales,aut circa iura realia.

5 Primo caſu non extinguit ipſo iure,ſiue in cõtractib.ſiue in vltimis voluntatib.l.cũ qui §.qui ita.ff.de verb.oblig.vbi expreſſe de dictione Donec,& l.nemo poteſt.ff.de l.1.vbi

6 patet ratio. Secundo caſu quando eſt circa, iura realia eſt etiam diſtinguendum: Nã aut eſt circa res Dominij,aut circa alias ſeruitutes. Primo caſu iterum eſt diſtinguendum; Aut enim loquimur in vltimis voluntatib. aut in contractibus. In vltimis volũtatibus extinguit ipſo iure.l.fina.C.de lega.quia teſtator poteſt transferre dominium ipſo iure, Ruin.in conſi.62.num.10.lib.2.verſic.& ita eſt ratio, In contractibus non extinguit

7 ipſo iure,qua per contractũ non poteſt hoc regulariter fieri.l.ea lege.ff.de cond.ob.cau. & l.fin.C.de rebus alienan. Ruin. vbi ſupra

8 verſic.ſecus. Secundo caſu quando eſt circa alias ſeruitutes etiam diſtinguendum eſt. Nam aut eſt circa ſeruitutes perſonales, vt vſusfructus & extinguit ipſo iure.leg.ambiguitatem, & ibi expreſſe de dictione Donec. C. de vſusfructu. quia vſusfructus poteſt finiri tempore.l.4.C.eo. Si eſt circa alias ſeruitutes reales non extinguit ipſo iure.l. 4.ff.de ſeruitut.vbi expreſſe de dictione quã diu,quia ſeruitutes reales non poſſunt con-

9 ſtitui ad tempus,vt ibi dicta leg.4.& leg. nemo poteſt.ff.de leg.1. Non obſtat.l.penu. ff. de excuſat tuto.& leg.3.§.quod ſi quis.ff.de ſuſpect. tutor. vbi iſtę dictiones non inducunt conditionem extinctiuam, nec extingunt ipſo iure,licet hoc poſſit fieri, quia Tutor poteſt dari ad tempus dicta l.penult. ſed magis inducunt diem.

10 Quia quando per has dictiones temporales diſpoſitio confertur in aliquem euentũ limitatum certo tempore, tunc faciunt diẽ, ſed quando tẽpore incerto,tunc faciunt conditionem,vt ſupra dictum eſt. In illis vero legibus diſpoſitio eſt circa tutelam,quæ eſt certo tempore limitata,nam pubertate finitur §.1.Inſt.quibus mod.tutel.finitur, & illud, quod adijcitur per dictionem Quoad, eſt certo tempore limitatum,ſcilicet, Quoad reipublicæ cauſa nõ aberit,illud tempus, quo non aberit,adijcitur circa tutelam, quę pro certo tempore,ſcilicet pubertate finitur & facit diem, ſeu dilationem,non conditionem extinctiuam. De hiſce dictionibus tetigi infra in quæſt.42.in fine in propoſito ſtatuti excludentis fœminas exiſtentibus maſculis,& de iſtis,& alijs ponit in ſpecie Alber.in ſuo Dictio.in verbo.Conditio ſit remittendo ad propria loca lectorem.

SVMMARIVM.

1 *Nomen ſignificatiuum diſpoſitionis non inducit conditionem.*

2 *Nomen ſignificatiuum qualitatis ſubſtantiæ non exiſtentis,quæ dependet ex futuro euẽtu inducit conditionem.*

3 *Legatum partus,vel fructus intelligitur ſub tacita conditione ſi pepererit, vel fructus fecerit.*

4 *Legatum nomine dotis intelligitur ſub tacita conditione ſi matrimonium ſequatur.*

Caput I.

Quæſtio VI.

VTrum conditio inducatur ex vi nominis? Et eſt diſtinguendum: Nam aut ſunt nomina ſignificatiua diſpoſitionis, ac eius exiſtentis ſubſtantiæ,vt nomen perſonæ diſponentis,& perſonę,in quam confertur

ſertur diſpoſitio,& rei,de qua fit diſpoſitio. Aut ſunt ſignificatiua alicuius qualitatis ſubſtantię non exiſtentis, ſed quæ depen-
1 det ex futuro euentu. Primo caſu conditio non inducitur, quia inter conditionem, & diſpoſitionem eſt diuerſitas quia de neceſſitate diſpoſitio eſſe debet. leg. ſi ita ſtipulatus. 120.ff.de veb.oblig. Rui.in conſ. 20.nu. 3.lib.2. Vaſques illuſtr.quæſt.quæſt.93.nume. 3.

2 Secundo caſu inducit conditionem, ut lego partum Arethuſæ, fructus fundi, & ſimilia; hoc enim nomen partus non ſignificat ſubſtantiam, ſed quandam qualitatem, quæ ineſſe ſperatur rei futurę, quaſi dicat, lego illum hominem, qui erit partus Arethu-
3 ſæ, vel quem Arethuſa pareret. l. 1. ff. de condit.& demon.& leg.interdum.73.vbi Bart. in prin.ff.de verb.oblig.quæ conditio dicitur Tacita, de qua ſupra par. 1.c. ſub nume. 8.& ſequen.& num.10.datūr hoc exemplū.
4 Idem eſt in legato relicto nomine dotis, qđ intelligitur relictum ſub tacita conditione, ſi matrimonium ſequatur. le. Titio centum. §. Titio.ff.de cond.& demo. Pau. de Caſtro ibi num.8.verſ ego pluries conſultus, quod copioſe proſequitur in conſi.25.per totum, & præcipue nu.26.lib.3.Socc.in conſi.288. num.28.lib.1.& conſ.127.num.5.cum ſeq. lib.4. Didac.in cap.3.num.11.verſi. decimo ex præmiſſis.de teſtam.Purpur.in conſi.19. num.9.Menoch.in conſi.81.num.4. Ceph. in conſi.145.num.6.lib. 1. de qua re late infra cap.6.quæſt.1.per totam. Quod extenditur etiam ad ſtatutum excludētem fæminas propter maſculos, ſi fuerunt dotatæ, nam & hic dos debet dari tempore nuptiarum.leg. ſancimus. C. de nuptijs, & ita in propoſito fuit dictum in vna Albanen. legitimæ coram Illuſtriſſimo Blanchetto die. 22.Maij. 1579.in impreſſis.540.parte.1.Idem eſt in donatione cauſa mortis. leg. non omnis.ff. ſi cert.petat.& l.ſi mortis.ubi Doct.ff.de donat.cauſ.mortis.

S V M M A R I V M.

1 *Conditio ſub nomine appellatiuo impoſita puta hæredis poteſt in perſonam hæredis hæredis adimpleri.*

2 *Conditio ſub nomine proprio puta Titij impoſita non poteſt impleri in perſona hæredis Titij.*

3 *Secus eſt fauore libertatis, ex quo infertur etiā ad Piam cauſam.*

4 *Conditio appoſita ſub vtroque nomine appellatiuo, & proprio debet impleri per eum, qui præcedit.*

5 *Proprio nomine iuſſus dare videtur, qui iuſſus eſt dare legatario & quid in dubio.*

6 *Conditio implēda in perſona hæredis poteſt impleri in bonorum poſſeſſore.*

Caput 1. Quæſtio. 7.

VTrum conditio impleri poſſit in perſona hęredis illius, in cuius perſona debebat impleri? & eſt diſtinguendum; Nā aut teſtator iuſſit, conditionem adimpleri ſub nomine appellatiuo puta hęredi, aut ſub nomine proprio, vt Titio, aut ſub vtroq; vt Titio hęredi. quod fieri poteſt l. Paulus de Caſtro Soccin.& alij.ff. de rebus dubis. aut dubitatur.

1 Primo caſu poteſt impleri in perſona hęredis leg.ſub diuerſis.§.hæredi.ubi gloſſ. ff. de cond.& eem. leg.cum de lanionis.§. item cacabos.verſi.optimum.ff.de fund.inſtruct. & in conditionibus potiſſimum voluntas teſtatoris inſpicitur, quæ primum locum tenet, & conditiones regit. leg. Paret Seuerinam in princ.& §.1.ff.de cond.& dem. Nec obſtat leg.ſi peculium.§.ſi hæredi. ff. de ſtatu libe.quia eo ipſo, quod teſtator iubet ſub nomine appellatiuo uidetur velle dare etiā hęredi hęredis.leg.ſciendum. ff. de reg. iur. quia eſt nomen repræſentatiuum. §. & hoc vero iubemus auth.vt nulli iudic.argumento.leg.Stichum.§.vſumfructum, ff.de ſolut. quam ad hoc Cyn.in leg ſi plures. nume. 4. C.de cond.inſer.vbi ex Petro dat hanc eandem diſtinctionem, & idem firmat Sal. ſub nume.6.idem tenet Card.Mant.de coniect. lib.11.tit.12.num.24.

2 Secundo caſu non poteſt impleri in perſona hęredis illius; cui ſub nomine proprio iuſſus eſt dare.leg.cum ita.62.ff.de cond.& dem.Cyn.ubi ſupra.leg.ſub diuerſis. 50. §. ultimo, & ibi Bart.ff.eod.

3 Quod fallit fauore libertatis.dicta. leg. ſi peculium §.is cui,& d.leg.cum ita. Ex qua infertur ad cauſam pia Guliel.de Cunco in l. Titio uſusfructus.§.ult.ff.eod.ubi Bart. & Alber.cum alijs allegatis ſupra par. 1. c. 15. ſub num.2.

4 Tertio caſu, quando apponuntur,& proprium,& appellatiuum, inſpicitur qui pręcedit.leg. cum Ita.ff.de cond. & demonſtr.

Sal.

Sal.in l.ſi plures.num.6.C.de cond.inſer. l.
ſi ſeruus communis. ff. de ſtipul. ſeruorum,
quam diſtinctionem facit gloſ. in dicta.leg.
cum ita,& ſequitur eam Petr.Cyn.Bald. in
dicta leg.ſi plures.num.32. Nam ordo ſcri-
pturæ declarat ambiguam teſtatoris volun-
tatem l.cum Pater.§.penult. ff. de legat.2.l.
qui ſoluendo la 2.ff.de hęred.inſtit.glo.in l.
cum ita. Et ſemper caſualiter attenditur niſi
ſit contra ordinem iuris,ac intellectus l. nec
enim.ff.de ſolutio.l.fin.C.de pactis conuēt.
Soccin.ſen.in conſi.9.num. 16. & 18. lib.1.
cum alijs, quos adducit Cardinalis Manti-
ca de coniect.lib.6.tit.13.nume.11.& 12.&
lib.7.tit.7.num.3. Vbi enim voluntas ſit cō
tra ordinem ſcripturę fatendum eſt ordinē
ſcripturæ non impedire cauſam iuris,& vo
luntatis dicta leg. cum Pater. §. fidei tue.ff.
de legat.2.Cardinalis Mantica dicta lib. 6.
tit.13. num. 12. in id plura exempla addu-
cit. Et in ſpecie quod non poſſit impleri in
hærede quando eſt expreſſum nomen pro-
prium,tradit etiam Bartol.in dicta leg. cum
ita,& in d.leg.ſub diuerſis.§ vlt. Imol. in l.
à teſtatore ſub nume.3.verſic.ſed arte. ff. de
cond.& demon.Soccin.ſen.in conſi.24. nu-
5 me.11.lib.3.Quæ diſtinctio habet ſolum lo
cum in hærede,non in legatario,quia iuſſus
dare,legatario nominatim uidetur dare iuſ-
ſus.leg.nominatim, & dicta leg. ſub diuer-
ſis.§.hęredi.ff.eod. Albert. in leg. ſi plures.
num.10.& ſequen.C.de cond.inſer. & ante
eum Cyn. ſequitur Cardinalis Mantica de
coniect.lib.11.tit.17.num. 25. Verum ſi ex
coniecturis appareat,mentem Teſtatoris eſ
ſe,ut etiam in perſona hæredis impleatur,
quod colligi poſſe firmarunt in leg.Gallus.
§.& quid ſi tantum.Rui.in prima lectu. nu-
me.60.verſi.fallit ſi de mente, qui citat.leg.
ſi mulier.§.vlt. ff. de cond. inſt. & Menoch.
in conſi.209.num.29.lib.3. Tunc & in eius
perſona poterit impleri ſecundum Menoc.
ibi.

Et in dubio legatarius,qui dare iuſſus eſt,
intelligitur;vt dare debeat hęredi à quo le-
gati emolumentum percepit.l.ita libet. & l.
Labeo in princ. & leg. qui pecuniam. ff. de
ſtatu libe.Bar.in dicta leg.Paulus 2.ff.de re-
bus dubijs Soccin. ſen. in leg. ſi indiem in
princ.ff.de cond.& demon.ex leg.Paulus la
1.ff.de rebus dubijs.

6 Poſt tamen regulariter impleri in bono-
rum poſſeſſore.Soccin.in leg.in conditioni-
bus.§.ſi Patronus.num.3.hoc controuertit,
& in fine admittit ratione euitandæ abſurdi
tatis.ff.de cond.& demon. Dec. in leg.cum
Auus.C.vnde liberi,& ſuperius par.1.ca.6.
nu.16.& 19.& infra q.113.nu. 14.faciunt
in propoſito quæſtionis noſtrę adducta per
Cardinalem Manticam.libro 11.titul.17.
numero 10. vſque ad numero 19.excluſi-
uem.

SVMMARIVM.

1 *Conditio alicui ſimpliciter adſcripta non niſi per grauatum poteſt adimpleri.*
2 *Conditio poteſt adimpleri nomine grauati per alium.*
3 *Niſi inducat obligationem.*

Caput 1. Quæſtio 8.

VTrū conditio per aliū quā per graua
tum,poſſit adimpleri?& eſt diſtinguē
dum.Nam aut impliciter, aut nomine gra-
1 uati adimpletur. Primo caſu ſiue conſiſtat
in dando,ſiue in faciendo,ſiue partim in dā
do, partim in faciendo, non poteſt niſi per
grauatum adimpleri. leg. à teſtatore. 107.
ff.de cond.& demon.leg.ſub diuerſis §.fin.
eod.leg. ab omnibus. 101. §. in teſtamento.
ff.de leg. 1.& leg. cum tale. 70. §. falſam in
fine ff.de cond & demo.leg.ſi ita.13.§. quæ
ſtio.ff.de manum.teſtamento, Ioann.Faber.
in leg.ſi plures.C.de condit.inſertis. Niſi ſit
repoſita etiam in perſona hęredis grauati;
vel verſemur in contractibus. Ioan.Fab. vbi
5.verſic. vel hic, & infra. quæſt.10. & infra
2 quæſt. 9. in princ. Secundo caſu ſi nomine
grauati adimpletur, ſecus eſt exemplo. leg.
cum ſeruus.104.ff.de verb.oblig. quia vt di
cit Bar.ibi num.2.non refert à quo implea-
tur,quando ad euitandam pro alio pœnam
adimpletur. Exemplum eſt in tutore adim-
plente pro pupillo.tex.eſt notabilis in leg.ſi
fundus alicui.ff.de cond.& dem.refert, & ſe
quitur Ang.de teſtam.glo.58. num.13.ver.
ſecundo ſciendum eſt;& ſubiungit,quod ſi
Pupillus, vel eius tutor eſſent impediti ad-
implere,haberetur nihilominus pro imple-
3 ta. Quod intellige niſi tractetur de obliga-
tione inducenda,quia tunc refert, à quo ſit
adimpleta.dicta leg.cum ſeruus, et ibi Bart.
nume.2.vbi allegat tex. in leg. 2 ff.eod.§. 1.
Inſt.quibus mod.tol.oblig. Caputaq. deciſ.
150.nume.3. lib.1. Putc.deciſ.352.lib.3.&
ſupra

Digitized by Google

ſupra par.1.cap.6.nume. 4.& 7.vel niſi eſſet electa induſtria perſonæ vt infra quęſt. 9.& in propoſito videantur notata ſuperius in par.1.cap.6.num.17.& cap.19.nume.4.verſic. Item verum eſt niſi Tutori, & inferius hoc cap.q.98.& q.103.num.16.

SVMMARIVM.

1 *Quod poſſum per me facere, regulariter poſsũ facere per alium.*
Limita vt inferius numero.2.vſque ad numerum.6.
7 *Induſtria perſonæ quando eſt electa, actus nõ poteſt fieri per alium.*
8 *Induſtria perſonæ quando non eſt electa, & ad eſt per quemcunque factibilis, tunc poteſt fieri per alium.*
9 *Secus ſi actus habeat certos fines, vel uideatur electa induſtria perſonæ.*

Caput 1. Quæſtio 9.

VTrum conditio dandi, qui a eſt facti, poſſit per alium adimpleri? & videtur quod non leg.vnica.§.ne autem. C.de caduci.toll.Sed eſt diſtinguendum: Nã aut quis vult aliquem actum ſuo proprio nomine facere, Aut actum, ad quem tenetur alius, explicare per alium.

1 Primo caſu quod poſſum per me facere regulariter poſſum & per alium.capit. qui per alium facit.de reg.iur.in 6.Dyn.in c. poteſt quis.eod.& leg.ita autem.§.geſſiſſe.ff.de admini.tutc.& l.1.§.deiceiſſe.ff.de ui & vi armata. leg. Arethuſa.ff.de ſtatu homi.leg.final.ff.de condit. inſtit. Cardinalis Mantica de coniect.lib.11.titu.17.num.10.

2 Fallit in caſibus notatis ibi per Dyn.& in caſu leg. poſt mortem. §. 1. ff. de adoptio. quia adoptio non eſt in adminiſtratione patrimonij.l.ſeruus.ff.de manumiſ.

3 Item fallit in venia ætatis, quia venit ex induſtria perſonæ, quod non poteſt per alium explicari leg.2.C.de his, qui ven. æta. impet.

4 Item fallit in Iudice delegato, qui in principio, medio, & fine debet cognoſcere per ſe, non per alium. auth. ad hęc.C.de Iudic.

5 Item fallit in conditione, ſi inueneris Theſaurum.leg.1.C.de Theſauris. lib. 10. quia eſt inuentio, & donum fortunæ.

6 Item fallit in aditione hęreditatis, quia conſiſtit in animo, non in adminiſtratione procuratoris.leg.Paulus.ff.de acqui.hæred. argumento.leg.potuit.C.de iure deliberan. Dec.in leg.1.in 2.lectu. nume.34.C.quam. non peten.par.Cuiac.lib.1.obſeruat. ca.24. tomo.1.Barbat.conſi.18.nume.3.lib.2.Sed ipſa conſtitutio procuratoris ad adeundam hæreditatẽ eſt declaratio animi adeundi, & aditio, vt tenet glo.in dicta l.Paulus, quam ſequitur Bart.ibi num.2.& Caſtren.qui dicit communem.num.3.verſi.in ſpeciali gloſſa.Ioan.Brunel.in tract.de ſponſal. & matrimo.concluſ.20.numer.22.in fine.Franchus deciſ.60.numè.5.& ſic conſtituens ſpecialẽ procuratorem ad adeundam hęreditatem, dicitur ex animi ſui declaratione adire per ſemetipſum ſecundum allegata iura.

7 Secundo caſu, Aut eſt electa induſtria perſonæ, & hoc conſtat, & nõ poteſt per alium adimpleri. leg.inter artifices.ff.de ſolutio.l. fideicommiſſa.§.fina.ff.de leg.3. Hac ratione videmus uaſallum non poſſe pręſtare domino ſeruitium per ſubſiſtẽtẽ.cap.fin. §. is autem, de offi.deleg.& ita firmat Guer.Soac.in pręludij feud.quęſt.qui ſint feudorum incapaces verſi.quarto facit.fo.167.Aut nõ eſt electa induſtria perſonæ, & tũc aut actus
8 eſt factibilis per quoſcunque & poteſt per alium adimpleri.dicto.§.geſſiſſe; Aut actus non eſt factibilis per quoſcunq; & tunc non poteſt per alium adimpleri.leg.ſtatu liberũ. §.ſi quis non dare.ff.de ſtatu liber. & dicto. §.ne aũt. C.de cad. toll .Sed diſtingue: Aut actus habet certos fines à natura deſignatos aut non habet.ſi nõ habet, dic, vt dixi, quod poteſt; ſed ſi habet tunc debet conſiderari in
9 duſtria perſonę, vt ſi pręſumatur electa non poſſit per alium adimpleri, dicta.le.inter artifices; ſi non apparet, tunc videatur an ex qualitate perſonæ uideatur induſtria electa, vel non, & ita inducitur.le.liquet.C.de ſumma Trinit.& fid.cathol.leg.1.ff.de offi.eius, & dicta leg.inter artifices, & ita licet ſub obſcure intellexit Card.Mant.vbi ſupra ex dicto.§.ne autem, ſed quando poteſt per alium adimpleri, is debet accedere ad eũ, cui oportet dare. Imo.per illum tex.in leg.ſuus quoque.§.puto in fine.ff.de hęred.inſtitu.& ſi is nõ vult accipere, habetur pro impleta, quia non ſtat per eum, quominus det.leg.3.& le. uter ex fructibus in fine.ff.de condit.inſt.cũ alijs allegatis infra in dicta quæſt.63.num. 7.verſi.pręterea.Sed an iſta conditio dandi ſit poteſtatiua, vel mixta habetur infra hoc

eod.

eod.cap.quæſt.63.per totam,& quęſt.67.& an poſſit impleri in alterius perſona, quam quę fuerit exprę́ſſa a teſtatore hic ut per Cardinalem Manticam lib.11.& 17.ſub nume. 10.& ſequent.& ſupra in quæſtio. 7. per totam.

SVMMARIVM.

1 *Conditio grauati in mora exiſtentis in vltimis uoluntatibus appoſita tranſit ad hæredes.*

2 *Conditio grauati in mora non exiſtentis in vltimis voluntatibus appoſita non tranſit ad hæredes*

3 *Conditio honorati ante eius obitũ purificata in vltimis voluntatibus tranſit ad hęredes.*

4 *Caſualis conditio in contractibus tranſit ad hæredes.*

5 *Poteſtatiua conditio in contractibus non tranſit.*

6 *Stipulatio tranſit ad hæredes, licet de eis non ſit facta mentio.*

7 *Contractus omnes tam actiue quã paſſiue trãſeunt ad hæredes.*

8 *Imo quoad hoc mentio de eis eſt ſuperflua.*

9 *Donatio facta pluribus ſucceſſiue, & eorum hæredibus non tranſit ad hæredes prædecedentium.*

Caput 1. Quæſtio 10.

VTrum conditio tranſeat ad hęredes?& eſt diſtinguendum.

Nam aut eſt poſita in vltimis voluntatibus, Aut in contractibus, ſi eſt appoſita in vltimis voluntatibus, iterum eſt diſtinguendũ: Nam aut ille, per cuius perſonam debebat adimpleri, erat grauatus, aut honoratus. Si erat grauatus, aut fuit in mora, & tranſit ad hæredes.leg.qui fundus.vbi glo. & Bart. num.5.ff.de cond.& dem. & leg. ſub diuerſis.§.hæredi in fine vbi Bart.ff.eod. Cyn.in leg.1.§.pro ſecundo.in princ.& nu. 1. & in §.ſin autem & §.non autem.C.de caduc.tollen.Ioan.Fab.in leg.ſi plures verſi.niſi ille. C.de cond.inſert.

2 Aut non fuit in mora, & non tranſit, niſi habeat præcedentẽ diſpoſitionem. Bart.vbi ſupra num.5.& ante eum Cyn.in leg.ſi plures, ſub nu.3.verſi.ſecundo caſu.C.de cond. inſer. Ex qua infert ad aliam quæſtionẽ de Patre, qui promiſit centum filiæ ad hoc, vt non ſuccederet cum fratribus, & non adimpleuit, quod id poſſint adimplere fratres, ſi talis conditio habuit conuentionem præcedentem, & idem determinat de modo. *ibi.* ſed quid de modo.

3 Si erat honoratus tranſit ad hæredes, ſi ante obitum erat conditio purificata, vel legatum erat purum.§. ex conditionali vbi glo. in verbo.contigerit.Inſt.de verb.oblig. leg. vnica.§.ſin autem aliquid.C.de cad. tollen. vbi glo.& Barto.leg.legata ſub conditione. ff.de condi.& demo.& leg.is cui.ff.de actio. & obligat. Si eſt appoſita in contractibus, vtique eſt diſtinguendum. Nã aut conditio eſt Caſualis, aut Poteſtatiua, Si eſt caſualis,
4 tranſit ad hęredes.Si eſt poteſtatiua non trã
5 ſit.Bar.in leg.ſi decem cum petiero.num. 5.
& 6.ff.de verb.oblig & dicto §.ex conditionali vbi gl.in verb.contigerit.Inſt. de verb. obli.vbi Miſing.& dicta.leg.is cui, & leg.legata ſub conditione vbi glo.in verbo.legari Cyn.in leg.ſi plures, ſub nume.3.vbi materiam exornat.C.de cond.inſer. Alexan.in l. qui Romæ §.Augerius.nu.2.ff.de verb.obl. Ang.in tract.de teſtam.glo. 58.num.5.& 6. Boer.in deciſ.182.num.22.23.& 24.

Et quod nec in contractibus nec in vltimis voluntatibus; nec minus in legalibus ius implendi poteſtatiuam conditionem non tranſeat ad hęredes, eſt tex.Iaſ.in leg.final. ff.de condit.inſtit.& in leg penult.§.1.ff. de condit.& demonſtr.& in leg.vnica.§.pro ſecundo & §.in nouiſſimo.C.de caduc.tollen.l.in teſtamento.ff.de condi.& demonſt.Bal.in l. ſi plures nume.33.C.de cond.inſer.l.poteſt ff de collat.vbi Barto.Decius in conſi. 261. in fine.Ruin conſil.17.numero. 8. libro 3. Tiraquel.de retract.conuentio.§.1. gloſſ. 6. num.16.

6 Et eſt regulare, quod ſtipulatio, licet in ea non fiat mentio de hærede, intelligitur nihilominus facta pro eo leg.veteris.in prin. C. de contrahen.& committen. Stipu.vbi Bal. in fine.in leg.ſi ſic ſtipulatus.nume.13.ff.de verb.obliga.Caſtren.in leg.cum ita.§. 1.nu.
7 1.eod.Et omnis contractus tranſit ad hære-
des actiue, & paſſiue leg. viam veritatis. C. locáti.leg.2.vbi glo.ff.de pactis inter empt. & vendi. Bald.in leg.1.C.de conſtit.pecun. Abb.in cap.fin.in primo notab. de arbitris. Bald.in conſi.112.lib.2.& in leg.1.num. 3. C.quorum legatorum. Iaſ.in dicta.leg.ſi ſic ſtipulatus.num.9.& ſequen.Aret. in conſil. 21.num.3.Et hoc eſt verum, licet in eis non ſint nominati per ſupradicta.

8 Immo

7 Immo eſt quoad hoc ſuperflua mentio hęredum in contractibus. Iaſ. in leg. 2. §. ſi ex facto. ff. de uerb. oblig. Andreas Gail. ex multis Prattic. obſeru. lib. 2. obſeru. 2. nume. 10. per totum. Rota diuer. deciſ. 393. ſub num. 1. uerſi. in quibus etiam par. 1. Multa ad propoſitũ huius quęſt. tradit Boer. in deci. 182. num. 21. 23. & ſequen. intellige de contractib. ultrocitroque obligatoris: ut loquũtur pręallegata iura; & colligitur ex adductis per Menoch. in conſil. 388. ſub nume. 46. & ſequentibus, & ex alijs allegatis in ſequenti nu. 8. ubi ſuponitur primum donatarium non promiſiſſe reſtituere ſecundis, & ideo ad ipſos & eorum hęredes nullam tranſire actionem contra primũ, niſi ſit etiam hęres donantis, uel promiſerit reſtituere primis l. quoties etibi Doct. ff. de donant. quæ ſub modo, Ruin. conſi. 62. num. 10. lib. 2. & alijs infra allegatis. Quod idẽ declara, & reſtringe non procedere etiam in ultrocitroque obligatorijs in caſibus adnotatis infra in q. 38. ſub nu. 15. per totum. Nec minus in contractibus habentibus conditionem poteſtatiuã concernẽtẽ propriũ defuncti factũ ſecũdũ allegata ſuperius ſub n. 5. quos ſequitur Peregrinus, qui alios adducit in tra. de fidei commiſ. artic. 16. num. 125. fol. 158. faciunt allegata ſupra in quæſt. 9. numero 7. & ſequent.

8 Sed non in omni contractu præmiſſa procedũt, nam in donatione facta pluribus ſucceſſiue, & eorum hęredibus, & ſucceſſoribus mortuo ſecundo ante primum, tertio ante ſecundum, ſic deinceps, donatio tunc non tranſit ad hæredes ſecundi, nec tertij præcedentis, ſed primi, uel ſecundi ſuperſtitis. ita egregie Alciat. in conſi. 3. lib. 8. ex profeſſo, quod fuit de menti Corniel. apud Portium conſi. 81. num. 20. ſequitur Peregr. de fideicomm. art. 51. num. 20. & hoc propter defectum conditionis, ut etiam per Nattam, & Roland. inter conſilia Nattę conſil. 676. nu. 16. & per Cephalum in conſi. 312. num. 85. & ſequen. lib. 3. Et per Menoch. in conſil. 388. nume. 46. et ſequen. lib. 4. ut ideo præmiſſa ſint intelligenda in cõtractibus putis, non autem in conditionalibus ſecũdum diſtinctionẽ pręcedentis conuentionis, et conditionis caſualis, et poteſtatiuæ, de quibus ſupra num. 2. 3. et 4. et in donatione inter uarios, quãdo adeſt ſtipulatio donatarij; et donantis. l. quoties. ubi Doct. C. de donat. quę ſub modo leg. 10. et 12. ff. de dote pręleg. Aldo. conſi. 93. numero. 6. Ruin. conſil. 63. num. 10. lib. 2. Rota diuerſus deciſ. 683. nu. 8. et 9. cum uero non adſit ſtipulatio primi donatarij nõ tranſit ad eius hęredes. leg. 10. vbi gloſſ. & leg. 1. vbi glo. in verbo econtra. ff. de donat. cauſ. mortis Ruin. vbi ſupra. Rube Alexand. conſi. 132. Gabr. conſi. 112. nume. 7. lib. 1. & d. leg. quoties ubi Odoſ. Cyn. Bald. & alijs Aldobrand. ubi ſupra idem Gabr. in conſil. 16. nu. 14. lib. 1. dicit afficere patum nudum: quod & admittunt allegati Doctores.

SVMMARIVM.

1 *Onus per modum conditionis inſtituto iniunctum in legatis tranſit ad ſubſtitutum.*

2 *Legatum, vt non deficiat, tranſit ſine onere ad ſubſtitutum.*

3 *Leg. tum intelligitur translatum.*

4 *Conditio poteſtatiua, vel Mixta intelligitur tacite repetita in legat.*

5 *Conditio cohærens perſonæ, & per aliam inexplicabilis non intelligitur repetita.*

6 *Conditionalis inſtitutio præcedens intelligitur in legato repetita, ſequens autem non utique in legato præcedenti.*

7 *Clauſula præcedens ad determinationẽ ſequẽtium eſt maioris virtutis, quam ſequẽs ad determinationem præcedentium.*

8 *Conditio appoſita in inſtitutione cenſetur repetita in legato eidem inſtituto relicto.*

9 *Et ſi legatum ſit relictum in defectum inſtitutionis.*

10 *Legatum alij non hæredi relictum intelligitur ſub eadem conditione, ſub qua hæres eſt inſtitutus.*

11 *Sed talis conditio non impedit tranſmiſſionem.*

12 *Nec intelligitur in legato, quando duo ſunt hæredes inſtituti, vnus pure, & alter ſub conditione.*

13 *Nec quando vitiaret legatum.*

14 *Onus in modum conditionis expreſſe repetitũ in ſubſtitutione tranſit ad ſubſtitutum.*

Caput 1. Quæſtio 11.

VTrum onus iniunctũ per modũ conditionis in perſona inſtitutorum tranſeat ad ſubſtitutos? & eſt diſtinguendum: Nã aut ſumus in legatis, aut in hęreditate.

1 Si ſumus in legatis, anus per modum con-
ditionis iniunctum tranſit ad ſubſtitutum,
quod vtique eſt cum diſtinctione intelligẽ-
dum reſpectu ſcilicet ſubſtituti in conditio-
nali legato alteri relicto, ſi aliquid fecerit, &
ſi non fecerit, alter ſit ei ſubſtitutus, quia
tunc tranſit onus in ſubſtitutum. l. 1. §. pro
ſecundo. vbi gloſ. C. de caduc. toll. & l. licet.
ff. de leg. 1. vbi Bart. num. 4. l. quæ conditio.
ff. de cond. & dem. l. cum pater. §. ab inſtitu-
to. ff. de leg. 2. & infra cap. 3. quæſt. 7. nume.
7. Sed & id ſecundum Imol. in leg. ſub con-
2 ditione. col. 2. ff. de hęred. inſt. eſt diſtinguẽ-
dum. Nam Aut legatum deficit, quia fuit
pro non ſcripto, & tunc, vt non deficiat, trã
ſit ſine onere. l. vni. §. in primo. C. de caduc.
toll. & notatur in l. quę conditio. ff. de cond.
& demon. Aut deficiet, quia eſt in cauſa ca-
duci, vel quaſi, & tunc videtur poſſe dici,
quod ſi conditio erat caſualis, illa non intel-
ligatur recepta, & ſic non tranſire, quia non
videtur proprie onus, vt dicit gloſſ. in dicta
leg. vnica. §. pro ſecundo, nam ibi dicitur,
quod legatum tranſit cum onere ſuo, & hoc
idem dicit Bartol. in dicta leg. quæ condi-
tio, & infra quæſtio. 104. numero quar-
to.

3 Sed cum legatũ transfertur ad aliã perſo
nã, intelligitur eſſe translatũ ſub eadẽ condi
tione, ſub qua fuit primo relictum, etiam ſi
cõditio ſit caſualis. l. legatum. ff. de adimen.
l. & infra quæſt. 104. late diſſeritur, & limi-
tatur.

4 Si conditio ſit poteſtatiua, vel Mixta, in
telligitur tacite repetita d. leg. vnica. §. pro
ſecundo. C. de caduc. toll. maxime quando
affert alteri emolumentum. Cyn. in d. §. pro
ſecundo. ſequitur Imol. vbi ſupra.

5 Quod reſtringit niſi talis conditio cohæ-
reat perſonæ, ita vt per alium non poſſit ex-
plicari, quia tunc non poteſt intelligi repe-
tita dicta leg. vnica. §. ne autem, & Imo. vbi
ſupra, faciunt quæ habentur ſupra in quæſt.
9. per totam, & infra in quæſt. 114. nume. 2.
& in cap. 3. quæſt. 7. in princ. & perfecta hu-
ius materiæ cognitio pendet ab intelligen-
tia repetitionis, quando ſcilicet conditiones
intelligantur repetitę, de qua formabimus
particulares quæſtiones.

6 Si vero conditio adijcitur vni ex hæredi-
bus inſtitutis, & eidem legatum eſt ſimpli-
citer relictum, aut alij. Priori caſu ſi pręceſ-
ſit inſtitutio conditionalis, eadem conditio
intelligitur repetita in legato. leg. vlt. §. vlt.
ff. de doli mal. except. leg. duos mater. filios.
ff. de cond. & demonſt. Aliud eſt, ſi legatum
ſimplex pręceſſit. l. filium. in princ. ff. quan.
dies leg. ced. Rom. in ſing. 672. ſcis quod cõ
ditio. Bart. in leg. auia. in princ. Caſtren. nu.
3. ff. de cond. & demonſt. idem Bart. in l. vlt.
ff. de reb. dub.

7 Et ratio eſt ſecundum eum, quod clauſu-
la pręcedens ſit maioris virtutis, ſeu poteſta
tis ad determinationem ſequentium, quam
ſit ſequens ad determinationem pręceden-
tium. l. quiſquis. ff. de l. 3.

8 Et conditio appoſita in inſtitutione cen-
ſetur repetita in legato. eidem relicto, quam
uis nõ fuerit appoſita dictio repetitiua. dicta
l. qui duos. Caſt. in d. l. Auia. nu. 3. verſi. item
hanc legem. de qua re infra in ſequenti. 12.
q. melius dicetur.

9 Quod habet locum etiam in legato, quod
eſt relictum in defectum inſtitutionis l. cum
10 ſeruus. ff. de cond. inſt. vbi Bart. Secundo ca
ſu eum legatum fuit ſimpliciter relictũ alij
non hęredi ſub conditione ſcripto, intelli-
tur ſub eadem conditione relictum. Bart. in
l. qui filio. §. ſi quis. verſi. & pędicta. ff. de hę
red. inſt. l. ſi Titio. §. vlt. & l. ſi dies. §. vlt. ff.
quan. dies leg. ced. Rimin. ſen. in conſi. 123.
11 num. 9. Tamen talis conditio non impedit
tranſmiſſionem. d. l. ſi dies. & Rimin. d. con
12 ſil. nu. 15. Nec intelligitur in legato quan-
do duo ſunt hæredes inſtituti, vnus pure,
alter ſub conditione. l. 1. ff. de cond. & dem.
13 Nec quando vitiaret legatum. leg. ſi quis à
filio. in prin. ff. de l. 1. glo. in l. ſi cui ſerui. §. ſi
à filio. eod. Et hoc habet locum, qũ quæri-
tur, vtrum in legatis cenſeatur repetita con-
ditio reſpectu inſtituti, & ſubſtituti in hęre
ditate, quod intellige vt ſupra. Si ſumus in
hęreditate, eſt iterum diſtinguẽdum; Nam
aut fuit onus in modum conditionis iniun
ctum, deinde in ſubſtitutione expręſſe à Te
ſtatore repetitum, aut non. 1. caſu tranſit ad
14 ſubſtitutum. d. l. quæ conditio, vbi Bart. nu.
4. ver. ſed in hęreditate. & l. ſub conditione.
vbi glo. ff. de hęred. inſt. Dyn. in cap. rationi
congruit. de reg. iur. in ſexto, ſecundo caſu
non tranſit per iura ſuperius allegata. haſce
eaſdem diſtinctiones per eadem & alia iura
ſequitur. Cardinalis Mantica de coniect. li-
bro 10. tit. 6. ſub nu. 3. & ſequentibus vſque
ad num. 12.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Conditio caſualis adiecta qualiter a omnibus gradibus inſtitutorum, & ſubſtitutorũ cenſetur repetita.*
2 *Verba proprie ſunt intelligenda.*
3 *Subſtituti dicuntur proprię hæredes.*
4 *Verborum a proprietate non eſt recedendum.*
5 *Conditio caſualis appoſita poſt inſtitutionem, & ſubſtitutionem vulgariter factam cenſetur in vtramque repetita.*
6 *Oratio vnica plures perſonas comprehendens in omnibus cenſetur repetita, Secus orationes diuerſæ.* 14.
7 *Conditio caſualis appoſita generi perſonarum incertarum ad omnes refertur.* 15.
8 *Clauſula in fine poſita, ſi non poteſt ſtare de per ſe refertur ad caſum immediate præcedentem ſi poteſt ſtare de per ſe, refertur ad omnia præcedentia.*
9 *Conditio caſualis non poteſt ſtare de per ſe.*
10 *Conditio caſualis appoſita omnibus inſtitutis, & ſubſtitutis nominatis eſt ad omnes nominatos referenda.*
11 *Conditio caſualis præcedens omnes gradus, vel perſonas inſtitutorum, & ſubſtitutorũ, vt in exemplo, de quo ibi, reſpicit omnes gradus, & perſonas.*
12 *Conditio præcedens eſt, potentior ad ſequentes, vt in omnes influat, quam e contra.*
13 *Repetitio temporis in ijs, quæ ſe habent per prius, & poſterius, non admittitur.*
16 *Dictio, Item inter duas perſonas vocatas in duabus orationibus perfectis non inducunt repetitionem, ſecus quando vna oratio eſſet imperfecta.*
17 *Conditio caſualis adiecta vni gradui, ſeu perſona iam nominata, vt in exemplo, de quo ibi. non cenſetur repetita in ſubſtitutum.*
18 *Conditio caſualis adiecta nominatim, & ſic reſtrictiue perſonaliter inſtituto, vt in exẽplo, de quo ibi, non cenſetur repetita in ſubſtitutum.*
19 *Dictio, Ipſum. eſt reſtrictiua, & oſtendit perſonalitatem.*
20 *Idem dictio Dictum, & Dicti.*
21 *Expreſſio nominis proprij excludit repetitionem.*
22 *Niſi expreſſio ſit facta demonſtratiue.*
23 *Conditio caſualis adiecta hæredi inſtituto, cui per fideicommiſſum alter fuit ſubſtitutus, vt in exemplo, de quo ibi, cẽſetur repetita.*
24 *Subſtitutio, in qua filij ſunt poſiti in conditione, dicitur vulgaris.*
25 *Vulgaris vtique eſt alia ſequens ſubſtitutio.*
26 *Subſtitutio prima declarat ſecundam niſi ſit ratio diuerſitatis.*
27 *Vulgariter uocatorum in fideicommiſſo actiue, & paſſiue Theorica.*
28 *Conditio poteſtatiua cohęrens perſonę inſtitutę non cenſetur repetita in ſubſtitutum.*
29 *Conditio poteſtatiua non cohęrẽs cenſetur in ſubſtitutum repetita.*
30 *Conditio poſt omnes gradus adiecta cenſetur in omnes gradus repetita.*
31 *Conditio caſualis, ſeu poteſtatiua adiecta in ſubſtitutione cenſetur in aliam ſubſtitutionem repetita.*
32 *Conditio, Si deceſſerit ſine liberis appoſita primę ſubſtitutioni cenſetur repetita in ſecundam cum diſtinctione, de qua ibi.*
33 *Conditio appoſita ſubſtituto non cenſetur repetita in ſubſtitutum.*

Caput 1. Quæſtio 12.

VTrum conditio appoſita in Inſtitutione videatur repetita in ſubſtitutione. Et sũt diſtinguendi caſus; Aut enim cõditio eſt caſualis, Aut Poteſtatiua; Si eſt caſualis, iterũ eſt diſtinguendum; Aut enim fuit adiecta ęqualiter omnibus gradibus, hoc eſt tam inſtitutioni, quàm ſubſtitutioni, vt ſi teſtator dixerit, omnes hęredes meos inſtituo, & ſubſtituo, ſi Nauis venerit ex Aſia; & dicitur repetita ſecundum glo. & Caſtren. in leg. quę conditio. num. 4. ff. de cond. & demon. & eſt tex. in l. ſi plures. ff. de leg. 3. hoc idem comprobat Soccin. in dicta l. quę conditio num. 7. verſi. & ideo clare. Sed dubitat, Quia ver-
2 ba debent intelligi proprie. leg. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pupil. & ideo videbatur intelligi debere de hęredibus institutis, non ſubſtitutis, & poſtea dubium reſol-
3 uit, quia etiam ſubſtituti dicuntur proprie
4 hæredes l. 1. ff. de vulgari, & A proprietate non eſt recedendum. leg. non aliter. ff. de le. 3. prout non receditur intelligendo in propoſito conditionem eſſe in propoſito repetitam. Sed quia Caſtren. dixit hoc eſſe indubitabile in ſupra relato exemplo in dicta l. quę conditio, voluit Soccin. ibidem ex ingenio contrarium oſtendere dubitando, & dubium pro opinione Caſtren. reſoluendo, vt ſupra dictum eſt.

P 2 Item

5 Item ſi Teſtatore dixerit Titium inſtituo,
Sempronium ſubſtituo vulgariter, ſi nauis
venerit ex Aſia,cenſetur tam inſtitutio,quã
ſubſtitutio ſub illa cõditione facta,vt in iſto
exemplo dicit Caſtren. in leg quæ condi-
tio.ff.eod.de cond.& demonſt. & ſi deficiat
vtraque deficiet, vt idem Caſtren. ibi per
tex.in leg.mulieri & Titio.ff.eod.ſed ſecun-
dum Soccin.in leg.quæ conditio.numer. 7.
verſi.nec obſtat:ſimilitudo tex.in dicta. leg.
mulieri,& Titio non probat,quia ibi id eue-
6 nit ſecundum eum,Quando plures perſonę
comprębenduntur vnica oratione; hic vero
in orationibus diuerſis,in quibus non fit re
petitio, & ideo in hoc exemplo diſsentit à
Caſt.Socc.ibi.& Rui.quia non cõuenit hoc
exemplum verbis d.l. quæ conditio, vbi fit
diſtinctio an conditio reſpiciat genus perſo
narum incertarum,an certas,& notas perſo
nas,vt dicit Soccin.ſub nume.6.in fine ver-
ſicu.primo quia, quem ſequitur Cardinalis
Mantica de coniect.libr.10.titul.6.in princ.
7 Sed reſpectu primæ partis tex. reſpondetur
Caſtrenſem attuliſſe exemplum conditio-
nis appoſitæ generi perſonarum incertarũ,
& ideo conuenire verbis dictæ leg.quæ con
ditio.& ad omnes perſonas conditionem re
ferri debere.
8 Secundo diſsentit Soccin.ibi quia quan-
do Clauſula non poteſt ſtare de per ſe,& tũc
in fine poſita,referenda eſt ad caſum,& di-
ſpoſitionem immediate præcedentem; Si
vero poteſt ſtare de per ſe, tunc eſt referen-
da ad omnia præcedentia,vt docet Barto.in
leg.vlt.nume.1.verſic.ſi enim.ff.de reb.dub.
vbi in propoſito dicit, quod ſi clauſula eſt
poſita ad actum qualificandum,tũc ad aliud
non refertur,niſi ad vltimum,quem ſunt ſe
quuti ibi Soccin.Alexand.in conſi.158.nu.
7.lib.6.Dec.in conſi.92.nume. 1.Socc.Iun.
in conſil.3.num.41.lib.1.& in conſi.26.nu-
me.5.lib.3.
9 Sed in caſu noſtro clauſula conditionis,
Si nauis venerit ex Aſia,non poteſt ſtare de
per ſe, vt patet ex allegatis infra in quæſt.
19.ſub num.4.& ſequen.ergo eſt ſolum re-
ferenda ad ſubſtitutionem immediate præ-
10 cedentem.Sed huic Socc. argumento reſpõ
deri poteſt.Bartol.in d.l.vlt. loqutum fuiſſe
in conditione appoſita vlt.legato, non autẽ
omnibus inſtitutis, & ſubſtitutis iam nomi
natis,vti idem Bart.ſemetipſum declarat in
l.mulieri,& Titio in 1.oppoſ. ff. de cond.&
dem.Sed cum in noſtri Caſtrenſis exemplo
ſit conditio adiecta poſt nominationem in
ſtituti, & ſubſtituti, eſt ſecundum eum ad
vtrumque nominatum referenda, & ſic etiã
ad ſubſtitutionem.
11 Idem ſi conditio pręcedat omnes gradus
vel perſonas inſtitutorum, & ſubſtitutorũ,
quia teſtator dixerit. Si Nauis venerit ex
Aſia, Titum,& Sempronium inſtituo,& Ca
ium ſubſtituo, & hoc in caſu pręcedens illa
conditio reſpicit omnes gradus,& perſonas
inſtitutorum,& ſubſtitutorum,vt per Caſt.
in d.l.quę conditio.num.4.verſi.idem puto.
ff.de cond.& dem.
Eſt enim potentior caſus pręcedens ad
ſequentes,vt in omnes influat,quam e con-
tra.l.quiſquis.ff.de leg 3. & conferuntur.l.
1.C.de liber.pręter.& l.3 §. ante hæredis.ff.
de liber.& poſthu.& ſupra q.11.nume.7.&
infra ca.6.quæſt.vlt.verſi.etiam ſi ſit, & per
totam.
In hoc exemplo vtique diſſentiunt Ca-
ſtren.Socc. & Ruin.in d.l. quę conditio. &
Socc.ſub num.7.verſ.præterea.& tertio mo
uetur per tex.in l.fundum. ff. de contrahen.
empr.& per Bart.in l.Seiæ.§.Caio.nume.2.
verſi.ſecundo caſu.ff.de fundo inſtru. & in-
ſtrum.leg.& per tex in l.ſub conditione. ff.
13 de hered.inſt.Sed in d.tex.l.qui fundum,&
alia iura contraria non admittitur repetitio
temporis in hĩs,quę ſe habent per prius, &
poſterius,quia ſic pręcedens dilatio reſtrin-
geretur, vt in ſpecie declarat Cuma.in leg.
Auia.ff.de cond.& demo.Et inſuper d.l.qui
fundum loquitur quando copula eſt poſita
14 inter diuerſas orationes,ut ĩtelligebat Bar.
in d.§.Caio.n.2.ver.2.caſu.& diſtinguit inter
orationẽ perfectã,& inperfectã & dicit,qđ
quando ambæ orationes ſunt perfectę,qua-
litas appoſita in vna non cenſetur repetita
in altera d.l.qui fundum.& Socc.in d.l.quę
conditio.num.7.& iſte eſt caſus, qui conue
nit propoſito exemplo Caſtrenſis;ſed quã-
do orationes ſunt imperfectæ,qualitas poſi
ta in vna dicitur repetita in altera una cum
verbo, cum quo oratio illa perficitur, ut in
caſu noſtro.Præterea Bartol.loquitur quan
15 do qualitas eſt poſita reſpectu rei, & inter
res diuerſas,nos uero quando reſpectu eiuſ
dem rei inter diuerſas perſonas,vt & ipſe di
ſtinguit in d.§.Caio.num.3.verſ.quandoq;
copula,& ſub nũ.5.dicit,quod quando qua
litas conuenit vtriq; perſonę, tunc cenſetur
repetita à perſona vnius in perſonam alte-
rius,ut ſi teſtator dixerit Titio, Si nauis ex
Aſia

Aſia uenerit,& Seio lego fundum,conditio illa tunc dicitur repetita à perſona Titij in perſona Seij quod idem eſt dicendum in caſu noſtro,cum nulla poſſit ratio diuerſitatis conſiderari,qua re potius non cenſeatur, q̃ cẽſeatur repetita per late deducta inf. in 6. c.huius 1.par.q.vlt.in prin.& per totam.

Rui.vero contra ſupra relatum exemplũ Caſt.in d.l.quæ conditio.num.1.ver.primo mouetur ex doctrina Bar.in l.in repetendis. col.2.verſ. quandoque eſt identitas rerum, ſed diuerſitas perſonarum. ff. de leg. 3. vbi Barto. dicit,quod ſi lego fundum Titio ſub conditione, & eundem fundum Sempronio,Si in perſona Sempronij vltimi legatarij repeto verbum. Lego conditio non dicitur repetita,ſi non repeto, dicitur conditio repetita ergo ſecundum Bart. vbi conditio adijungitur vni perſonæ appoſitæ in vna oratione,nõ cenſetur repetita in alteram perſonam in alia oratione poſitam,&ſi apponatur dictio repetitiua. Item; ſecus ſi ſint poſitæ in eadem oratione, quod idem dicendũ videtur in noſtro caſu,quod conditio appoſita Inſtituto non cenſeatur in Inſtitutum repetita.

16 Sed reſpondetur,præfatam traditionem Barto.qua vtitur Ruin.contra Caſtren.opinioni ipſius Caſtrenſis ſuffragari, quia Bartol.diſtinxit duos caſus.

Primus quando dictio, Item,ponitur inter duas perſonas vocatas in duabus perfectis orationibus,vt non cenſeatur repetita.

Secundus quando dictio. Item, ponitur inter duas perſonas in duabus orationibus, quarum vna eſſet imperfecta,niſi ab alia ſuppleretur,vt ideo cenſeatur repetita etiam ſecundum Barto.in caſu noſtro, cui conuenit propoſita diſtinctio, pro qua faciunt ſupra deducta in,verſic. ſecundo diſſentit Soccin. num.8.

17 Aut conditio caſualis eſt adiecta vni grauai,ſeu perſonæ iam nominatæ, quia teſtator dixerit, Inſtituo Caium,ſi Nauis venerit ex Aſia,& Caio ſubſtituo Sempronium: Hoc enim caſu conditio illa à perſona Caij inſtituti in perſonam Sempronij ſubſtituti non cenſetur repetita, glo.in leg. ſub conditione.ff.de hęred.inſt. Dyn. in c.rationi congruit.de reg.iur.in 6.Bar.in d. l. quæ conditio.nu.4.Caſt. nu.3.& 4.ff.de cond.& dem. Dec.conſi.190.in fine.l.vlt.§.Seio.ff. de l.2. & Socc.in d.l.quę conditio nu.18.dicit communem.

18 Aut conditio caſualis eſt adiecta nominatim,& ſic reſtrictiue perſonaliter inſtituto, quia dixerit Teſtator. Inſtituo Caium, eiq; ſubſtituo Sempronium,& ipſum Caium inſtituo,ſi nauis venerit ex aſia,& certe in propoſito caſu nõ cenſetur repetita in Sempronium ſubſtitutũ.gl.Bar.Caſt.&cęteri vbi ſupra; Nam hic verbis reſtrictiuis demonſtrauit teſtator, velle ſolum adijcere conditionẽ hęredi 1.inſtituto, nõ 2.ſubſtituto,quia

19 Verba. Et ipſum Caium.ſunt reſtrictiua ad eius perſonam,& oſtendunt perſonalitatẽ. Ripa poſt alios in l.filiusfamilias.§.diui nu. 11.ff.de leg.1.Socc.iun.in conſ.144.nu.14. lib.3.Alciat. reſponſ.424.num. 3. Natta in conſi.164.num.21.lib.1.

20 Quod idem erit,ſi fuerit dictum, Et dictũ Caium. quia & illa dictio, Dictum, reſtringit.l.qui liberis.§.hęc verba.ff.de vul.& pupil.l.vlt.C.de hęred.inſt. Dec.in conſi.219. num.6.ver.cum ergo.Rui.conſil.39.nu.11. ver.non obſtat.lib.1.in conſi.29.nu.5.& in conſi.107.num.5.& in conſil.181.nume.2. lib.2.& melius in conſi.130.nume. 4.lib.2. Pariſ.in conſi.86.num.2.lib.2.Crauet. conſil.98.nu.8.Menoc.in conſi.117.nu.4.lib.2. & in propoſito faciunt allegata ſuperius in quæſt.7.

21 Immo expreſſio nominis proprij grauati in ipſo grauamine idem efficit,vt non cenſeatur repetita.l.ſi plures.ff.de l.3.& d.l.quę cõditio.ff.de cõd.& dem.vbi Imo.n.2.Soc. nu. 2. Sed cũ hic ſit deſignata certa perſona hæredis in illis verbis reſtrictiuis. Et ipſum Caiũ,ſi nauis ſequitur,non poſſe dici repetita in Sempronium ſubſtitutum.

22 Tamen intelligas velim,niſi verbum. Ipſe dictus,& ſimilia ſint poſita demonſtratiue,vt late poſt alios per Meno.in conſ.117. num.27.& 28.lib.2.

23 Aut enim conditio caſualis eſt adiecta hęredi inſtituto,cui per fideicommiſſum alter fuit ſubſtitutus,quia dixerit teſtator, Inſtituo Caium,& ſi deceſſerit ſine filijs maſculis,ei ſubſtituo Sempronium,& Sempronio Meuium. Hoc enim in caſu illa conditio. ſi deceſſerit ſine filijs, adiecta Caio,cenſetur repetita in eius filios maſculos Caij inſtituti,qui etſi,ſint poſiti In conditione,ducũtur uocati ſecundum multorum opinionem,& Guid. Papę in quæſtio. 184. ut ſi filij naſcantur, & Patri ſuccedant, & deinde moriantur, an ipſi cenſeantur grauati reſtituere Sempronio ſub eadem conditione, ſi de-

Digitized by Google

ſi deceſſerit ſine liberis, & rurſus eueniente; quod ſit facta reſtitutio Sempronio, an conditio cenſeatur in eundem repetita, vt teneatur reſtituere Meuio, ſi ſine filijs decedere contingat? Et dicendum videtur, repetitam cenſeri, præſuponendo ſubſtitutionem factam de Meuio eſſe vulgarem, vt de vulgari loqui dicitur in leg. ſub conditione. ff. de hęred. inſt. per Caſtren. in dicta leg. quæ conditio num. 3. ff. de cond. & dem. & ita quodam modo cenſuit cenſeri repetitam conditionē etiam in ſubſtitutum per fideicommiſſum vulgariter, vt adnotauit Bald. in le. Latinus largus. ff. de leg. 2. quem ſequitur Cardina. Manti. lib. 10. de coniect. tit. 6. nu. 3. Magna enim eſt differentia inter directam ſubſtitutionem, & fideicommiſſariam, non vulgaris non ſe cōpatitur cum inſtitutione hæredis l. poſt aditam, C. de Impub. & alijs ſubſ. & ideo non recipit illam conditionem, fideicommiſſaria vero ſe cōpatitur. Pręterea in vulgaribus agitur de iuribus totius Teſtamenti, cum poſſit incipere à ſecundo gradu, leg. 3. ff. de liber. & poſthu. non autem in fideicomiſſaria, & ideo ratio illa conſiderata à gloſſ. Bartol. Caſtren. & alijs in dicta l. quę
conditio reſpectu vulgaris ſubſtitutionis,
24 non videtur habere locum in fideicommiſ-
ſaria. Sed in propoſito caſu eſt idem dicen-
dum, quod in præcedenti, quia illa ſubſtitu-
tio, qua filij poſiti in conditione dicuntur
vocati ex ſententia multorum eſt ſubſtitu-
tio vulgaris. Cuma. in le. Gallus. §. quidam
recte in fine. ff. de lib. & poſthu. Ruin. conſi.
128. nume. 15. lib. 3. declarando l. Lucius. la
2. ff. de hered. inſt. & in conſil. 140. nume. 4.
verſic. preterea dato, & in fine lib. 3. Cuma.
in dicto. §. quidam recte, ſunt ſequti ibi Soc
cin. ſen. & reliqui, & ita intellexit idem Soc
cin. dictam leg. Lucius in conſi. 123. col. pe-
nult. verſi. 2. ratio, & ver. 4. allegat, & in con-
ſil. 140. num. 9. lib. 1. & in conſil. 69. num. 4.
col. 5. verſic. confirmantur. & in conſil. 104.
num. 10. lib. 3.

25 Ita etiam eſt vulgaris illa ſubſtitutio,
qua vocatus eſt vltimo loco ille Meuius, vt
per Corne. in conſ. 29. in fine. lib. 2. Ruin. in
conſi. 92. num. 5. & in conſi. 102. num. 10. li.
2. Soccin. iun. in conſil. 10. nume. 16. libr. 3.
Quod procedit etſi eſſet dubium. Quia Se-
26 cunda ſubſtitutio dubia recipit declaratio-
nem à primā vt declarat Ruin. in conſ. 128.
num. 6. lib. 3. Dec. in conſi. 229. Curt. iun. in
conſi. 70. num. 11. Crauet. in conſi. 208. num.
6. & 283. col. 2. niſi ratio ſit diuerſa, vt latè
poſt alios per Menoch. in conſi. 106. nume.
390. & ſeq. lib. 2.

27 Illi enim dicuntur vulgariter ſubſtituti in fideicommiſſo iuxta tex. in l. vt hæredib. ff. de leg. 2. & probat tex. in l. vnica. §. quod ſi in medio. C. de caduc. toll. & alio nomine dicuntur vocati actiue, non autem paſſiue, vt per Cuma. in dicto. §. quidam recte. Menoch. in conſil. 106. nume. 392. & ſeq. lib. 2. vt puta. Si teſtator dixerit, Inſtituo Caium, & ſi deceſſerit ſine filijs maſculis ſubſtituo Sempronium, & Sempronio ſubſtituo Meuium nam hæc verborum formula ita reſoluitur atque extenditur. Inſtituo Caium, & ſi deceſſerit relictis filijs reſtituat ipſis filijs ſi vero deceſſerit ſine filijs reſtituat Sempronio, ut hic uideatur diſtincta perſona Caij inſtituti à perſona ſuorum filiorum ſubſtitutorum, & ſic deinceps perſona Sempronij, & Meuij, ut ſemper cenſeatur repetita iuxta tex. in leg. Latinus largus. ff. de leg. 2. Vbi Bart. Bald. Caſtren. & Imo. Quod eſt intelligendum, quando per fideicommiſſum, & vulgariter eſt facta ſubſtitutio, vt mox diximus & Bald. ibi, quem ſequitur Cardina. Mantic. libr. 10. titul. 6. nume. 3. de coniect. Menoc. conſil. 106. nume. 392. & ſequent. lib. 2.

28 Si uero conditio eſt Poteſtatiua, & tunc aut cohæret perſonæ inſtitutæ, & non cenſetur repetita. Imol. in dicta leg. quæ conditio. num. 4. Caſtren. num. 6. ff. de cond. & demonſt. Menoch. conſil. 117. num. 4. & ſeq. li. 2. faciunt allegati infra in cap. 3. quæſt. 7. numero 1. & quæſt. 104. in princ. hoc capitulo 1.

29 Aut conditio poteſtatiua nō cohęret perſonæ, ut illa quæ conſiſtit in dando, & tunc adiecta ſubſtituto cenſetur repetita in ſubſtitutum. gloſſ. Petri de Bella per in l. unica. §. pro ſecundo. C. de caduc. toll. gloſſ. 2. in l. quæ conditio. ff. de cond. & dem. ubi Barto. num. 4. Socc. num. 19. Bartol. in leg. licet Imperator. in 4. oppoſi. ff. de leg. 1. Bald. in l. 1. in fine. ff. de cond. & demo. & in conſi. 279. lib. 1. Iaſ. in dicta leg. licet numer. 43. & 48. Gabr. conſil. 117. nume. 36. lib. 1. quicquid contradicat Imol. in dicta. l. quæ conditio. num. 4.

30 Aut conditio, & onus fuit poſt omnes inſtitutionis, & ſubſtitutionis gradus impoſitum, et cenſetur in omnes inſtitutionis, & ſubſtitutionis gradus repetitum, Bal. dicto conſi.

conſil. 279. factum tale. lib. 1. Gabr. d. conſi.
117. num. 35. lib. 1.
31 Et id, quod de cõditione caſuali, vel pote
ſtatiua ab inſtitutione in ſubſtitutionẽ repe
tita dictum eſt, eſt etiam dicendum de adie
cta in ſubſtitutione, vt ab ipſa in aliam repe
tita cenſeatur per Anchar. in conſi. 137. nu-
me. 2. Pariſ. in conſi. 18. num. 28. lib. 2. & in
conſi. 71. num. 41. lib. 4. Craue. in conſi. 208.
num. 5. Aret. conſil. 1. num. 12. dixit, condi-
32 tionem, Si deceſſerit ſine liberis appoſitam,
primę ſubſtitutioni cenſeri in ſecundam re-
petitam, eum ſequitur Socc. iun. in conſ. 71.
num. 14. lib. 3. vbi alios concordantes addu-
cit, & id intellexerunt, quando ſunt ſubſti-
tutiones ipſæ copulatæ, atque coniunctæ, vt
dixit Pariſ. in conſi. 87. nu. 46. lib. 2. & quan
do eædem conditiones, & qualitates, nõ au
tem diuerſæ ſunt adiectę, quia iſtæ de vna
in aliam non cenſentur repetitæ, vt docuit
Dec. in l. 1. in fine. C. de Impu. & alijs ſubſt.
l. quæ conditio. ff. de cond. & dem. Menoch.
33 conſi. 106. num. 319. lib. 2. Conditio tamen
& onus ſubſtituto impoſitum non cenſetur
repetitum in ſubſtitutum. Bal. in conſil. 76.
factum tale. col. 2. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Conditio præcedenti inſtitutioni appoſita cenſetur in ſequenti prælegato repetita.*
2 *Conditio præcedenti prælegato appoſita ſequenti inſtitutione non cenſetur repetita.*
3 *Niſi legatum fiat eidem inſtituto.*
4 *Conditio non intelligitur repetita ſi legatum fiat de alterius perſona.*
5 *Nec minus, ſi fiat ab eodem gradu, ſecus vero ſi à diuerſis.*
6 *Conditio, quæ vitiaret legatum cenſetur repetita.*
7 *Conditio duobus hæredibus inſtitutis, uni tantum adiecta non cenſetur repetita.*
8 *Conditio appoſita in prælegato non cenſetur repetita in inſtitutione facta de eadem perſona.*
9 *Limita in conditione viduitatis.*
10 *Conditio poſita in inſtitutione facta in teſtamento non cenſetur repetita in prælegato facto in codicillis.*
11 *Conditio appoſita in prælegato ſeu fideicomiſſo vniuerſali cenſetur repetita in ſubſtitutione directa.*

Caput 1. Quæſtio 13.

VTrum conditio appoſita in inſtitutione cenſeatur repetita in prælegato eidem hæredi relicto, & appoſita in prælegato cenſeatur repetita in inſtitutione? Et eſt diſtinguendum; Aut enim dubitatur, an cõditio inſtitutioni appoſita cenſeatur repetita in prælegato eidem in eodem Teſtamento relicto: Aut ſecundo dubitatur an conditio appoſita in prælegato cenſeatur repetita in inſtitutione de eadem perſona facta: Aut dubitatur tertio, quando inſtitutio eſt facta in teſtamento, & prælegatum in codicillis: Aut & quarto quando conditio eſt adiecta legato, vel fideicommiſſo vniuerſali an cenſeatur repetita in directa ſubſtitutione.

Primo caſu iterum eſt diſtinguendum;
Aut enim præcedit inſtitutio conditiona-
1 lis, & ſequitur prælegatum, & in eo intelli-
gitur repetita. leg. Auia. 76. vbi Bar. in prin.
verſi. item oppono, & Caſtren. num. 1. & 3.
verſi. item hanc. ff. de cond. & dem. gloſ. in l.
filium in verbo. peti poſſe. ff. quan. dies leg.
ced. Roma. ſing. 672. ſuis quod. Rimin. ſen.
in conſi. 123. num. 5. & 16. lib. 1. Rui. in con
ſil. 176. num. 13. lib. 2. Natta in conſil. 459.
numero 3. lib. 2. omnes ex dicta leg. filium
Dec. conſil. 92. column. 1. Cuma. conſil. 47.
& ſupra quæſt. 11. ſub nume. 6. verſic. Priori caſu.

2 Aut præcedit ſimplex prælegatum, & ſe-
quitur conditionalis inſtitutio, & non intel
ligitur repetita Bart. vbi ſupra, & dicta gloſ.
& d. quæſt. 11. ſub nume. 6. & omnes præci-
tati Doct. ex dicta leg. filium & d. quæſt. 11.
ſub num. 6. verſi. aliud eſt ſi legatum.
3 Quod tamen intellige niſi legatum fiat ei-
dem inſtituto. d. leg. Auia. vbi glo. in verbo.
repetitam. leg. cum ſeruus. ff. de cond. & de-
monſt. vbi Cuma. nume. 2. Soccin. iun. con-
ſil. 85. nume. 13. lib. 3. Ruin. in d. leg. Auia.
num. 3.
4 Nam ſi fiat de alterius perſona tunc con-
ditio non intelligitur repetita. leg. ab omni-
bus. §. cum quidam. vbi Bart. ff. de leg. 1. leg.
ſub conditione. ff. de hæred. inſt, gloſſ. in d. l.
5 Auia in fine Prout minus intelligitur repe-
tita, ſi legatum fiat ab eodem gradu, ſecus ſi
à diuerſis. d. l. Auia, & l. cum ſeruus, & leg. Iu
lius Paulus, vbi Bart. in princ. ff. de cond. &
dem. d. l. ab omnibus. §. cum quidam, quam

ita

ita eſt interpretatus. Caſtren. in d. leg. Auia. num. 3. verſi. alia limitatio, ſequitur Ruin. di. conſi. 176. num. 13. lib. 2. quia in facto à diuerſis gradibus nulla alia poteſt aſſignari ratio copulationis, & ideo cenſetur ex copulatione inducta repetitio; in facto ab eodem gradu poteſt alia ſcilicet neceſſitudinis ratio aſſignari, vt eſt caſus d. leg. Iulius Paulus. & gloſſ. in dicta leg. Auia infra quæſt. 18. nume. 56.

6 Item non intelligitur conditio repetita, quando eſſet talis, quæ vitiaret legatum. Caſtren. in d. l. Auia. num. 3. & Natta in conſil. 459. num. 4. lib. 2. per tex. in leg. ſi quis à filio. ff. de leg. 1. & in leg. cum ſeruus. ff. de cond. & demonſtr. concordantes dat Peregrin. de fideicomm. articul. 16. nume. 3. fol. 148.

7 Nec minus quando duobus heredibus inſtitutis eorum vni tantum fuit conditio adiecta. Bartol. in le. hæc verba. in princ. ff. de l. 1. et poſt eum Rimin. ſen. in conſi. 123. nume. 16 lib. 1.

8 Secundo vero caſu, quando dubitatur an conditio appoſita in prælegato cenſeatur repetita in inſtitutione facta de eadẽ perſona; & non cenſeri repetitam ſcripſit Caſtren. in d. leg. Auia in princ. num. 2. Pariſ. conſi. 87. num. 40. lib. 2.

9 Sed hoc non procedit in conditione viduitatis in prælegato vſusfrutus vxori delicto appoſita, cum poſtea eandem vxorem quis in omnibus bonis inſtituto heredi ſubſtituat; quia hoc in caſu conditio viduitatis in prælegato vſusfructus vxori relicto appoſita cenſetur in ſubſtitutione de eadẽ vxore facta repetita, vt reſpondit Caſtren. in conſil. 11. ſuper primo quæſito. num. 3. li. 2. cum ſunt ſequuti Ruin. conſi. 84. num. 9. lib. 2. Crau. conſi. 608. num. 10. li. 4. Etſi diſſentiat Natta in conſi. 459. nume. 6. & Rim. iun. in conſil. 532. opinio, Caſtren. videtur magis rationabilis, pro qua videtur tex. in l. duos. & in d. leg. Auia. ff. de cond. & demon. & in l. fin. ff. de doli except. facit Peregr. de fideicomm. articu. 16. nume. 9. & ſequen. fol. 144.

Tertio caſu, ſi dubitatur quando inſtitutio eſt facta in teſtamento, & prælegatum in
10 codicillis, & tunc conditio poſita in inſtitutione non cenſetur repetita in prælegato. Caſtren. in d. l. Auia. num. 3. verſi. item hanc legem, vbi antea Barto. in verſic. vel dic melius. & l. quinquaginta. ff. de probat. & ex l. plene. §. ſi coniunctim. ff. de leg. 1. Pereg. de fideicom. art. 16. num. 4.

Quarto caſu, quando conditio fuit appoſita in legato, ſeu fideicommiſſo vniuerſali, an cenſeatur repetita in ſubſtitutione directa: Et repetitam cenſeri docuit Caſtren. in d. leg. Auia. in prin. num. 2. vbi ita intellexit tex. in leg. Latinus largus. ff. de l. 2. vbi Bart. & ante Caſtren. ita dixit Odof. in d. l. Auia. Peregrin. de fideicomm. art. 16. num. 7. fol. 142.

SVMMARIVM.

1 *Conditio appoſita in primo teſtamento non cẽſetur repetita in ſecundo.*
1 *Quod in diuerſa facti ſpecie defenditur.*
2 *Teſtator reuocando primum teſtamentum dicitur reuocaſſe, & mutaſſe omnia in eo contenta.*
3 *Conditio appoſita in primo teſtamẽto cenſetur repetita in ſecundo.*
4 *Mutatio voluntatis non præſumitur.*
5 *Mutatio voluntatis præſumitur quoties res nõ permanet in eodem ſtatu.*
6 *Incipiens facere ſecundum teſtamentum cenſetur voluiſſe mutare voluntatem.*
7 *Teſtamentum poſterius reuocat primum.*
8 *Etiam quod habeat clauſulam codicillarem.*
9 *Legata relicta in 1. Teſtamento non cenſentur repetita in 2. & ſi idem hæres fuerit inſtitutus.*
10 *Quod procedit etiam mutato vno legato prioris teſtamenti.*
11 *Conditio appoſita in 1. teſtamento cenſetur ex coniecturis in 2. repetita.*
11 *Vt in exemplis de quibus ibi.*
12 *Conditio appoſita in teſtamento cenſetur repetita in codicillis.*
13 *Codicilli trahuntur ad mentem teſtamentorum, & e contra.*
14 *Teſtator in codicillis non videtur receſsiſſe a diſpoſitione facta in teſtamento.*
15 *Et in ſecundis codicillis non cenſetur receſsiſſe à primis niſi ſint contrarij.*
16 *Et procedit etiam quando in codicillis fuit variata perſona.*
16 *Et idem eſt in clauſula codicillari.*
17 *In codicillis ſi alia diuerſa apponatur conditio, non cenſetur repetita conditio appoſita in teſtamento.*
18 *Nec minus cenſetur repetita in codicillis, ſi nihil operaretur.*

Caput

Caput 1. Quæſtio 14.

VTrum condirio appoſita in primo teſtamento intelligatur repetita in ſecũdo. Et appoſita in Teſtamentis intelligatur repetita in Codicillis? Et quoad primam partem quæſtionis ſunt variæ Docto. opiniones.

1 Nam Bar. poſt Dyn. in l. ſtatutis. Florus. in prin. ff. de iure fiſci dum dixit, quod ſi teſtator in primo teſtamento legauit fundum ſub conditione non alienandi extra familiã, & poſtea in ſecundo teſtamento idem fundum ſimpliciter reliquit, non cenſeri voluiſſe conditionem illam non alienandi extra familiam eſſe in ſecundo teſtamento repetitam, tenuit negatiuam. repetitam non cenſeri & Alex. in conſ. 70. lib. 2. dum dixit, quod ſi pater in primo teſtamento reliquit filio iure inſtitutionis, & in ſecundo ſimpliciter, quod qualitas iſta iure inſtitutionis, non cenſeatur in ſecundo teſtamento repetita. Hanc eandem negatiuam. repetitam non cẽſeri defendir, & in alia facti ſpecie reſpectu quantitatis quod relicta in primo teſtamento non cenſeatur repetita in ſecundo conſuluit Barbat. in conſ. 59. nu. 12. lib. 1. ſequitur Dec. in c. 1. in 1. lecta. nu. 9. verſ. item adde. de conſt. & in alia facti ſpecie reſpectu maſculinitatis, quod ſcilicet expreſſa in 1. non cenſeatur in 2. repetita reſponderunt Rui. in conſi. 144. num. 17. lib. 2. Cur. iun. in conſi. 163. num. 19. Natta in conſi. 476. nu. 17. lib. 2. Gab. in conſi. 97. num. 27. lib. 1.

2 Et ratio iſtorum fuit, quia teſtator reuocãdo primum teſtamentum dicitur reuocaſſe oẽs conditiones, & clauſulas in eo ſcriptas, vt de ipſo, ac ſuis conditionib. & clauſulis nulla ſit in 2. habenda ratio iuxta glo. in l. ſi patronus. §. Patronũ. ff. ſi quid in fraudẽ Patro. cum cõcordantibus adductis per Card. Mant. de coniect. li. 12. tit. 1. num. 24. 29. 36. & ſequentibus.

3 Affirmatiuam vero cenſeri repetitam in 2. conditionem appoſitã in 1. tenuerunt Cor. in conſi. 275. num. 5. lib. 4. Iaſ. in conſi. 143. col. 2. li. 2. Dec. in cõſi. 515. n. 2. in fine Pariſ. in conſi. 79. nu. 16. lib. 2. Crau. in conſi. 113. nu. 6. & in conſi. 856. nu. 20. verſ. cauſa eadẽ Decia. in conſil. 3. nume. 36. & in conſil. 37. num. 30. & in conſil. 41. num. 42. lib. 1. & in conſi. 34. num. 92. lib. 2.

4 Et ratio iſtorũ fuit, quia volũtatis mutatio non præſumitur l. 3. & l. eum qui. ff. de probat. & l. fideicommiſſa. §. ſi rem. ff. de lega. 3. cum concordantibus innumeris, quos adducit Card. Mant. de coniect. lib. 12. ti. 1. nu. 2. Simon de Prętis lib. 1. ſolut. 8.

5 Verum 1. opinio in caſu noſtro poteſt ſaluari, ex quo apparet, ſecundũ teſtamentum eſſe diuerſum à 1. & mutatio voluntatis prę ſumitur, quoties res non permanet in eadẽ ſtatu, ſed aliquid ſuperuenit, vt colligitur ex adductis per Car. Mant. vbi ſupra ſub n. 24, 29. 36. & ſequentib. & inf. q. 18. num. 20.

6 Si enim quia ceperit teſtator aliud cõficere teſtamentũ, & impeditus non potuerit illud perficere ex hoc cẽſeatur voluiſſe mutare voluntatẽ & à 1. diſpoſitione diſcedere. l. ſi ſcriptis. ff. de his, quib. vt indign.

7 Multo magis cẽſetur à prima diſpoſitione receſſiſſe, ſi vt in caſu noſtro ſecundũ teſtamentũ diuerſum à 1. perfecerit: quia per poſterius prius reuocatur. Bar. in l. ſi iure. nu. 1. ff. de l. 3. §. ſed ſi quis priore. Inſt. quib. mod. teſt. infir. Curt. iun. in conſi. 163. nu. 15. dicit

8 indubitatum, etiam quod habeat clauſulam codicillarem. Alcia. in conſil. 66. nume. 1. & conſi. 68. num. 1. lib. 9.

9 Et legata relicta in priori teſtamento non cenſentur repetita in 2. & ſi fuerit inſtitutus idem heres, niſi ſit facta expreſſa repetitio. l. niſi. §. itẽ ſi ipſe. ff. ſi cui pluſquam per legẽ Fal. Et Caſt. in l. hęredes palam. §. ſi quid. ff. de teſt. dixit, quod facto nouo teſtamẽto, &

10 mutato vno legato, quod fuerat in priore teſtamẽto ſcriptum, alia legata ibidem deſcripta non ideo firma remanere, niſi in ſpecie, vel ſaltem in genere fuerint confirmata, qđ idẽ cõprobat Natta in conſi. 484. nu. 4. & 5.

11 Hoc tamen ita eſt intelligendum, niſi ex coniecturis appareat teſtatorem voluiſſe, cõditionem in 1. appoſitam cenſeri in 2. repetitam, vt ſi in 2. teſtamento hęredi grauato in 1. maiorem ſummam reliquerit, hoc ſane caſu conditio reſtitutionis bonorum appoſita in primo cenſetur repetita in 2. l. 3. ff. de probat.

Quod idem erit affirmãdum, ſi in 2. teſtamento diſpoſuerit in omnib. quoad ſubſtantiã, vt in 1. etſi in 2. omiſerit aliquã qualitatẽ, quę potius uitio ſcriptoris, quã voluntate teſtatoris cẽſetur omiſſa, quo caſu opinio Corn. in d. conſ. 275. nu. 5. lib. 4. defendi poteſt, ut ſentit Crau. in conſ. 113. in fine, & facit q notauit Are. in conſ. 1. num. 19. & ſeq.

Minus poteſt dubitari omnia cenſeri in ſecundo repetita, ſi in eo ſit proteſtatus, quod omnia ordinata in primo habeant ef fectum. leg. 2. §. fui iofus. ff. de iure codicill. Doct. in leg. 1. ff. de leg. 1. Roma. in conſil. 82. num. 3. Dec. in conſil. 73. ſub nume. 1. & in conſi. 199. ſub num. 3. Pariſ. in conſil. 38. num. 5. & in conſi. 44. num. 9. lib. 4. Natta in conſi. 476. num. 5. verſic. 1. quod plus eſt. & nume. 6. & in ſpecie hanc defendi in Piſtoſtorien. hereditatis conſi. 71. num. 1. & ſeq. & infra. cap. 6. quæſt. vlt. in 10. limitat. verſicul. contrarium de clauſula. &cæt.

Quo vero ad ſecundam partem propoſitæ quæſt. An ſcilicet conditio appoſita in teſtamento cenſeatur repetita in codicillis?

12 Et regulariter repetitam cenſeri per tex. in leg. ralis ſcriptura. §. vlt. cum leg. ſequenti. ff. de leg. 1. & per tex. in leg. Caio. in prin. ff. de alim. & cib. leg. in leg. alumnæ. §. quo filias. ff. de adim. lega. in leg. Auia in princ. ff. de condit. & demonſt. reſponderunt Angel. in conſil. 201. Viſo Themate in fine. Dec. in conſi. 190. num. 6. Pariſ. in conſi. 34. num. 49. lib. 2. Natta in conſi. 476. nume. 2. Roland. in conſil. 31. nume. 23. libro quarto. Rota diuer. deciſ. 100. numero octauo par. 2.

13 Nam Codicilli trahuntur ad mentem teſtamentorum, & e contra; vt docebat Bald. in leg. Neſennius. ff. de excuſat. tuto. ſequitur Natta in conſi. 483. in fine.

14 Et teſtator in codicillis non videtur receſſiſſe a diſpoſitione facta in teſtamento Dec. in dicto conſil. 190. numero 8. quod antea dixit Abb. in conſil. 4. nume. 3. lib. 2. Natta in conſil. 476. nume. 7. Roland. dicto conſil. 31. nume. 23. lib. 4. quod probatur in leg. alumnæ. §. qui filias. ff. de adimen. lega.

15 Quod idem eſt, ſi ſecundos fecit codicillos, quia non ideo à primis cenſetur receſſiſſe niſi ſint contrarij. leg cum proponas. C. de codicillis. Natta dicto conſil. 476. nume. 17.

16 Et procedit etiam quando in codicillis fuit variata perſona, quia intelligitur legatũ in codicillis ad aliam perſonam translatum ſub eadem conditione, ſub qua erat in teſtamento relictum. leg. Caio. in princ. ff. de alim. & cib. leg. vbi Bartol. facit tex. in leg. 3. ff. de fundo inſtruct. & faciunt late adducta infra in hoc cap. quæſt. 104. in princ. & per totam.

Idem procedit in clauſula codicillari, nam & in ea cenſetur repetita Bartol. in leg. hęc verba vbi Iaſon. num. 30. 31. & 32. ff. de l. 1. fol. 10. & 11.

17 Sed ſi in codicillis alia diuerſa apponatur conditio profecto tunc non cenſetur repetita conditio in teſtamento appoſita. Angel. in conſil. 294. Quoniam in vltimis voluntatibus nume. 6. & in fine. Abbas dicto conſi. 4. nume. 3. libro ſecundo Aretin. dicto conſil 1. nume. 4. in fine. verſic. videlicet. Dec. in conſil. 190. nume. 6. verſicul. tertio hoc. & Rota diuer. dicta deciſ. 100. nume. 8. par. 2.

18 Prout minus repetita cenſetur, quando legatum, & diſpoſitio facta in codicillis, ſi repetita cenſeretur, nihil operaretur. Ange. dicto conſil. 294. in fine. Caſtren. conſil. 321. num. 2. Dec. in conſil. 190. num. 8. Natta conſil. 476. nume. 13. in fine. Cephal. in conſi. 68. num. 6. libro primo, & infra dicta. quæſt. 104. num. 4. Cephal. conſi. 156. num. 19. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 Vbi eſt diuerſitas rerum, & perſonarum conditio appoſita in vno legato non cenſetur repetita in alio.

2 Vbi eſt identitas rerum, vel perſonarum conditio appoſita in vno legato cenſetur repetita in alio.

Caput 1. Quæſtio 15.

VTrum conditio appoſita in vno legato cenſeatur repetita in alio?

Et eſt diſtinguendum; Nam aut eſt diuerſitas perſonarum, vel rerum; Aut identitas.

1 Si diuerſitas, non cenſetur repetita. Soccin. in leg. plures. numero ſecundo. ff. de rebus dub. Quem refert Anchar. moder. in quæſtio. 52. numero ſecundo libro ſecundo ſupra quæſt. 13. ſub numero tertio, verſicu. ſed ſi fit.

2 Si eſt identitas cenſetur repetita. Barto. & Doct. in leg. iure petendis. ff. de leg. 3. & notatur in leg. quæ conditio. ff. de condict. & demonſtr. Aretin. in conſilio primo numero 10. Neuizza. conſil. 72. numero 30. Anchar. in dicta. quæſt. 52. numero tertio, ſupra

ſupra dicta quæſt. 13. nume. 3. de hac re plura dicentur infra in quæſt. 18. per totam, vbi latius repetitione materiam tractabitur.

SVMMARIVM.

1 *Conditio appoſita in perſonam vnius legatariorum an cenſeatur repetita in alio.*

Caput 1. Quæſtio 16.

VTrum conditio in perſona vnius legatariorum appoſita cenſeatur repetita
1 in perſonam alterius? Et licet de rigore cenſeatur repetita, tamen de æquitate eſt contrarium ſecundum Albe. in l. Iulius Paulus. ff. de cond. & demonſtr. ſed hoc cum diſtinctione identitatis, ſeu diuerſitatis rei, & perſonæ iuxta cumulatos infra in quæſt. 18. per totam.

SVMMARIVM.

1 *Conditio non ſubintelligitur.*
2 *Legata in dubio præſumuntur pura.*
3 *Conditio nec in ambiguis præſumitur fauore legatarij etſi ei multum interſit vt ibi, ſed ut fauore hæres.*
4 *Legata cenſentur ſub eadem conditione, ſub qua eſt facta inſtitutio hæredis.*
5 *Conditio ſubintelligitur quandoquidem diſpoſitio eſſet impoſsibilis.*
6 *Conditiones multa ſubintelliguntur in Iuramento.*

Caput 1. Quæſtio 17.

VTrum conditio ſubintelligitur? Regula eſt, quod non ſit ſubintelligenda. l.
1 omnia in prin. ff. de l. r. l. 1. ff. de cõd. & dem. cũ multis adductis per Tiraq. in repe. l. ſi vnquam. in verbo libertis. nume. 17. in fine de reuocan. donat.

2 Et ideo in dubio legata præſumuntur pura, vt in dictis iuribus & vt notat gloſ. in leg. ſi titius mili. §. vlt. ff. de leg. 1. Bald. in conſi. 58. numero primo in fine. libro ſecundo dicit conditionem non debere ſub audire ad reſtringendum, fauorem legatis.

3 Quod eſt adeo verum, vt etiam in ambiguis nunquam capiatur coniectura, vt conditio ſubintelligatur leg. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus in fine. ff. de de verbo. oblig. Et nunquam ſubintelligitur fauore legatarij; ſed ipſius hæredes appoſita leg. illis libertis, ff. de condict. & demon. Alex. in leg. 1. num. 2. verſic. Nam repræhendit. C. de legatis. Etſi aliquando legatarijs maxime intersit legatum eſſe ſub conditione relictũ; quia ſi eorum bona publicantur, non publicantur legata ſub conditione relicta, conditione adhuc de tempore condemnationis pendente Bart. in leg. quod traditum eſt in fine ff. de condit. & demonſt. Idem eſt ſi fuerit legatarius deportatus conditione pendente: & poſtea reſtitutus adhuc conditione pendente, & poſt reſtitutionem impleatur, quia habebit legatum, vt eſt de hoc tex. in leg. eum qui 103. vbi gloſſ. ff. de cond. & demonſtr. quia media tempora non nocent l. ſed & titu. 6. §. ſolemus. ff. de hered. inſtit. & infra q. 76.

4 Limita primo niſi inſtitutio hæredis ſit facta ſub conditione, tunc enim legata quoque eandem conditione habere intelliguntur. ſupra quæſt. 11. num. 3. & quæſt. 13. nume. 1. & 2. Bart. in l. qui filio. §. ſi quis. verſi. & prædicta. ff. de hæred. inſtit. leg. Titio. §. vlt. & leg. dies. §. vlt. ff. quand. dies. leg. ced. Rimin. ſen. conſil. 123. nume. 9. ſed legatum cenſetur purum. leg. aliquam. ff. de condit. & demon. vt ſcilicet non impediat tranſmiſſionem. dicta leg. dies. in fine, & notat gloſ. vlt. in leg. 3. ff. de leg. 1. & docto. maxime Sadolet. num. 3. Rimin. in dicto conſi. 123. nume. 15.

5 Limita ſecundo, niſi alias diſpoſitio pura eſſet impoſſibilis, quia tunc ſubintelligitur conditio, dummodo verba expreſſa non repugnent. Aret. in leg. ſi ſtipuler. nume. 2. ad finem. ff. de verbo. oblig. & in exemplis, de quibus ſupra parte 1. capitulo 3. numero 10. in quibus de neceſſitate ſub intelligitur.

6 Limita tertio in Iuramento, in quo multa ſubintelliguntur, de quibus per Bal. in Margar. Innocen. in verbo. Conditiones.

ſui natura eſt implicatiua repetit conditionem, & qualitatem præcedentis diſpoſitionis in ſubſequentem. Ruin. in conſil. 53. numero 2. lib. 2. Natta in conſil. 476. nume. 8. lib. 2. Peregrin. de fideicomm. articu. 16. nume. 20.

7 Item inducitur repetitio per dictiones Vltra, Preter, & ſupra, vt notatur in leg. qui ita. ff. de dote præleg. Angel. in conſil. 294. num. 6. Caſtren. in conſ. 88. nu. 1. lib. 1. Dec. in conſi. 190. num. 7. Soccin. iun. conſil. 71. num. 5. lib. 3. Fulgoſ. in conſi. 40. num. 1. verſic. diuerſam tamen ſententiam. & Peregr. d. art. 16. nume. 18. Cephal. conſil. 156. nume. 18.

8 Item inducitur per dictionem Quod, & per Relatiuum quis, vel Qui ſecundum allegata ſuperius in prima par. cap. 3. nume. 11. Decia. in conſi. 56. num. 18. lib. 3. Peregr. de fideicom. art. 16. num. 2. & 24.

9 Item inducitur per dictionem Et ſic, quia eſt repetitiua ſenſus verborum præcedentium. Soccin. ſen in conſil. 151. nume. 9. lib. 1. Rota diuer. deciſ. 568. num. 4. parte 1. Peregrin. in dicto articu. 16. ſub numero. 23. Et infra cap. 6. quæſtio. vbi limi. 20. nos.

10 Item inducitur per dictionem Ita quod poſitã in oratione, quę continuatur. Afflict. deciſ. 248. num. 11.

11 Item per dictionem Et plus. Bart. in d. l. ſi tibi pure. in fine. ff. de l. 3. dum dicit idem importare quod dictio. Hoc amplius, de qua ſupra, & id per tex. in leg. cum filius. §. Pater. ff. de l. 2. Et quidem ſi fuerit dictum. Eo plus res videtur clara: Sed ſi fuerit dictum. Et plus legauit. Bart. videtur ibi idẽ ſentire, quia comparatiuũ plus pro ſui matura relinquit formam poſitiui in ſuo extremo, & ſic de neceſſitate inducitur repetitio rei prius legatę, vt per eum ibi. Dic quando que dictio; Sed cum ſecundo loco relinquitur alteri inducitur repetitio de re primo alteri legata, ſed res videtur dubia.

12 Item inducitur per dictionem Alius glo. in leg. ſi fugitiui. in verbo Alia. C. de ſeru. fugit. Cuma. in conſi. 46. Alexan. in conſ. 204. lib. 2. Pariſ. in conſil. 72. num. 33. & 86. li. 4. Ruin. conſi. 116. num. 7. lib. 2. Cephal. conſil. 13. num. 11. lib. 1. Soccin. ſen. conſi. 104. lib. 3. Alexand. conſi 204. num. 3. & 3. lib. 2. Decian. conſi. 14. num. 30. lib. 2. Rui. conſil. 19. num. 10. lib. 3. Pariſ. conſil. 64. nume. 31. lib. 2.

Quod profecto in eadem perſona eſt affirmandum, qui dictio iſta, Alius facit relationem ſimilitudinariam ad rem antecedentem vt per dictam gloſſ. tradidit Iaſ. in leg. ſi vnus in princ. num. 19. ff. de pactis, & in leg. quæcunque. C. qui admitti. ſed cum in alia perſona non faciat relationem per omnia ſimilem. leg. Iulianus. ff. de hered. inſtit. Iaſ. in leg. ait Prætor. §. iurari. num. 8. ff. de iure iur. & in leg. ſi filium. nu. 1. ff. de lib. & poſthu. non ita abſolute eſt dicendum in alia facere repetitionem, vt diximus facere in eadem perſona.

13 Itẽ inducitur repetitio per dictiones pro ut, Iuxta, Secundum quod, & ſicut, ſecundum diſtinctionem, quam facit ex Bart. Iaſ. Dec. Caſtren. Curtio, Boer. Ruin. Crauet. & alijs Peregrinus de fideicomm. articu. 16. num. 121. & 124. fol. 57. extendit noſtram materiam.

14 Item inducitur per dictionem Vt ſupra, quia eſt relatiua, ac repetitiua eorum, quæ d. ſunt in præcedentibus. leg. §. 1. deinde. & §. ex hoc edicto. ff. de poſtulam. l. item quæritur. §. item Iulianus. ff. locat. & in proemio Decret. §. Sane. Ruin. in conſi. 3. num. 8. lib. 1. Dec. in conſi. 182. num. 3. & 227. num. 3. Rim. ſen. in conſilio vigeſimonono. num. 9. & 19. & in conſi. 119. nu. 21. Alcia. in conſil. 72. num. 9. lib. 9. Pariſ. conſi. 19. num. 68. & in conſi. 58. num. 14. lib. 2. Rimin. iun. in conſi. 80. num. 33. & conſ. 313. num. 72. Cephal. in conſil. 125. nume. 6. 269. nume. 40. 292. nume. 9. & 379. nume. 35. Menoch. in conſil. 106. nume. 295. & conſil. 274. nume. 18.

15 Item inducitur repetitio per nomina; & pronomina demonſtratiua, quia faciunt relationem perſonarum, & rerum cum omnibus qualitatibus, & conditionibus ſuis, vt de pronomine hic. hęc, hoc docet Bart. in l. ſi quis ſeruum. §. ſi. ff. de leg. 2. ipſe, ipſum, ipſos, Ille, illum, illos Cuma. in conſil. 118. teſtator. Dec. in conſil. 465. colum. 2. Pariſ. in conſi. 118. num. 31. lib. 2. Quia pronomina iſta ſunt demonſtratiua ad oculum terſi, & perſonarum, Bal. conſi. 204. Nobilis vir. lib. 5. Iaſ. & Ripa in repet. §. Diui. num. 111. Ceph. conſi. 302. num. 29.

Idem eſt de pronomine, dictos, prędictus & ſimilibus. Ruin. in conſi. 44. num. 18. lib. 2. Soccin. iun. in conſi. 13. lib. 2. Socc. ſen. conſi. 77. col. 2. li. 1. Alex conſi. 79. Io. Baptiſta de S. Seuerino conſil. 80. col. 2. Cephal. conſi. 16. num. 13. & 30. & conſil. 44. nume. 13.

13.lib.1.conſil.419.nume.35.conſil.330. num.37.

Idem eſt de pronomine Iſte,iſta,iſtud,vt poſt Ioan.Andr.Dec.in conſil.218.colum. 3.nume.9.291.col.pen.377.colum.3. Et de verbis Supraſcriptos, inſcriptos, quod faciant relationem perſonalem, tradit Bar.& cęteri in leg. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. Alex.in conſi.173.lib.5.Ruin.in conſ. 29.lib.2.Port.Imo.conſ.8.in primo dubio, & in conſi.15.num.21.

16 Item inducitur repetitio per Subrogationem,quia res ſubrogata etiam in oratione diuerſa aſſumit qualitates, & conditiones illius,in cuius locum ſubrogatur. Dec.in cõſil.190.colum.3.verſic.quarto,quia per tex. cum materia in leg.ſi eum.§.qui iniuriarum ff.ſi quis cautio. Ruin.in conſil. 53.nume.5. lib.2.per tex.in leg.generali. §.penult. cum ibi notatis per Dyn.& Barto.ff.de vſufruct. lega.ſequitur Zanch.in §.cum ita nu. 1276. Alex.in conſi.68.colum.1.lib.3.Cardinalis Mantica de coniect. lib. 10. titul. 6. nume. 18.& 19.

17 Item inducitur repetitio per Tranſlationem legati.l.legatum. ff. de adimen. lega. l. Caio.in prin.de alim.& cib.leg.Card. Mantica vbi ſupra nu.19.& infra latius in quęſt. 104.per totam nulla conſtituta differentia, an ſit facta ab homine,vel à lege, vt ex multis Pereg.de fideicom.art.16.nume.97.fol. 157.& in fine dictę q.104.

Verum quia dictio Item,de qua ſupra in princ.eſt aliquando repetitiua verbi, non autem qualitatum.d. leg. in repetendis. vbi Bart.num.2.verſi.quæro vidimus. ff. de l.3. Aliquando etiam qualitatum, Aliquando ſolum continuatiua,vt in iuribus ſupra allegatis,dum ſui natura repetitiuam eſſe firmauimus,continetur,ideo nunc, vt promiſi in princ. Barto.imitando pro illins explicatione applicabo proprios eius caſus, in quibus inducit,vel non inducit repetitionem.

18 Primus itaque erit,quando extat identitas rei,& perſonarum, & verba diriguntur ad diuerſas perſonas , vt ſi dixerit Teſtator,lego Titio fundum Seianum,ſi nauis venerit ex Aſia.Item fundum Seianum, Titio hæres dare damnas eſto.Hic verba dirigun tur ad diuerſas perſonas; Nã illa prima verba lego Titio fundum Seianum referuntur ad ipſum Titium,ſecunda uero Item fundũ Seianum Titio hæres dare damnas eſto . ad hæredem quo caſu Bart.in d.leg.in repetendis.colum.1.verſi.1.enim caſu ratione identitatis rei legatæ, & perſonarum à quibus, & quibus ſit legatum,licet verba referantur ad legatarium,& ad hęredem, dixit cenſeri repetitam conditionem illam,Si Nauis venerit ex Aſia,& ita ipſe intelligit tex.in d.l. in repetendis,& affirmat,eſſe eius verũ ſenſum,& Bart.ibi dicit, quod non obſtat leg. non ad ea.ff.de cond.& demon. quia ſecundum eum loquitur,quando verba primi legati ad eundem referuntur, vnde niſi intelligeretur, Teſtatorem ſe correxiſſe, vel duplicare legatum voluiſſe, ſequens legatum eſſet ſuperuacaneum; ſed in propoſito caſu verba fuerunt relata ad legatarium,vel ſimpliciter prolata,& verba ſecundi legati fuerunt relata ad hęredẽ,quia dixit hęres meus damnas eſto dare,quod eſt ac ſi dixiſſet,fundum Seianum,quod Titio legaui,det hęres meus,& ideo conditio in iſto caſu intelligitur repetita.

19 Secundus caſus erit,quando extat identitas rei legatæ,& perſonarum,& verba diriguntur ad eandem perſonam , vt ſi dixerit Teſtator . Lego Titio fundum Seianum. Hoc ſane caſu non eſt quærendum,an ſit inducta repetitio, ſed an Teſtator uoluerit ſe ipſum corrigere,qua in re ſecundum Bar.in d.leg.in repetendis.eſt diſtinguendum ſecũ dum tex.in leg.nam ad ea. quod ſcilicet aut id fecerit Teſtator in continenti poſt factum legatum conditionale ; Aut ex interuallo.

20 Si in continenti,& non inducitur correctio , ſed dicitur , teſtatorem fuiſſe geminate loquutum,& repetitionem inductam eſſe. Si uero ex interuallo,quia dixit teſtator. lego Titio fundũ Seianũ,ſi nauis uenerit ex Aſia; Item lego Seio domum. Item lego Titio fundum Seianum,dicitur non eſſe inductam repetitionem conditionis , ſed correctionem quoad eam quia , Quod Teſtator legauerat ſub conditione,dicitur poſtea ex interuallo legaſſe pure, & ita intelligit Bartol.tex.in dicta leg.non ad ea.in dicta. l. in repetendis,quem ſunt ſequuti Socc. ſen. in conſi.92.num.8.lib.1.Ruin.in conſil.38. num.16.& 17.lib.3.Cephal.in conſi.67.nume.18.li.1.& ſupra in q.14.num.5.& infra num.27.

Tertius erit caſus , quando extat identitas rei legatę,& perſonæ,cui legatur, & o-
21 ratio eſt perfecta,ſed perſonæ,à quibus relinquitur, ſunt diuerſæ , vt ſi teſtator inſtituit

ſtituit duos heredes Caium,& Sempronium, & leget Seio fundum Seianum,quem ſi Nauis venerit ex Aſia à Caio præſtari volo. Item Sempronius damnas eſto dare fundũ Seianum; Nam in hoc ſecundo legato præſtando à Sempronio non cenſetur repetita conditio Si Nauis venerit ex Aſia appoſita in legato præſtando à Caio,vt docebat Bartol.in dicta leg.in repetendis.colum.1.verſ. quandoque eſt identitas ex parte perſonæ, & colum.2.verſic.2.caſu. & interrogatus reſpondebat Aret.in dicto conſi.1.nu.9.quia, vt dicebat Barto.hic videtur quodammodo in duobus teſtamentis factum legatum, vt in leg.quid ergo.§.ſi quis duos.ff. de leg.1. & conditio appoſita in primo non cenſetur repetita in ſecundo per allegata ſuperius in quæſt.14.num..1.

Alia poteſt aſſignari ratio, quod ſcilicet in propoſito caſu oratio ſecundi legati ſit
22 perfecta,& per ſe ſubſiſtat,& ideo repetitionem non admittat Bartol.in dicta leg.in repetendis.col.2.verſi.quandoque & in conſil.39.& infra in ſuo caſu alios adducam.

Quartus caſus erit,quando ſecunda oratio,in qua ſit legatum à ſecunda perſona,eſt
23 imperfecta, vt ſi Teſtator dicat. lego Seio fundum Seianum à Caio præſtandum,ſi na uis ex Aſia venerit.Item Sempronius damnas eſto dare.Hoc enim caſu intelligitur repetita conditio in Sempronio;ac ſi dixiſſet. Item Sempronius damnas eſto dare fundũ Seianum Seio,ſi nauis venerit ex Aſia,vt declarauit idem Bartol.in dicta leg.in repetendis.colum.2.verſic.2.caſu,quia ſequens oratio,quę adijcitur per dictionem Item,eſt imperfecta ſine oratione præcedenti, & ideo debet ſuppleri ex precedenti cum omnibus qualitatibus ſuis,& ſic eum illa conditione. Si nauis venerit ex Aſia.leg.1. & ibi Bartol. ff.de public.& vectig.Imo.nume.2.leg.3.ff. ad leg.Iuliam.de vi public.Bart.in d.l.in repetendis.colum.2.verſic.3.caſu.ff. de leg.3. Soccin.iun.in conſil.139.nume.8.verſic. & quod relatio lib.1.Ruin.in conſi. 37.nume. 4.& in conſi.84.num.8.lib.2.Bald.in leg. ſi Fortidianum.7.num.2.verſi.ſecus ſi imperfectam. C. de legat. dum dicit, dictionem. Item repetere verbum principale,non qualitates præcedentis orationis videtur repugnare,ſed verbum determinabit ſecundam orationem,vt primam,& idem erit.

Secundus erit caſus,quando extat identitas rei legatæ,& perſonæ,à qua legatur,&
24 diuerſitas perſonarum,quibus legatur,vt ſi dicat Teſtator,lego Seio fundum Seianum. ſi nauis venerit ex Aſia,Item lego Caio fundum Seianum,hoc enim caſu non inducitur repetitio. Bart.in d.leg.in repetendis.colum.3.verſi.3.caſu.& in leg.Seię.§.Caio. in prima,oppoſitione.ff.de fundo inſtructo, & in conſi.39.num.2.lib.1.Bald.in conſil. 58. in reſtitutione dotis.colum.2.verſicu. ſuper primo lib.2.Caſtren.in conſi.17. viſo puncto in fine.lib.2.leg.quæ conditio.ff. de condit.& demonſtr.leg.vlt.§.Seio.ff.de leg.2.l. Titia.§.idem reſpondit.il primo.de verb.oblig.vbi Iaſ.num.5.Capta conſi.35.nu. 19. & in conſi.70.num.8.Corne.conſil. 129.in fine lib.2.Rimin.ſen.in conſi.224.num.68. in fine lib.2.Pariſ.in conſi.38.num.28. lib. 2.Bero.in conſi.120.num.73.verſic.quinto in contractibus lib.2.Alia.reſponſo 96. nu. 26.verſi.3.

Verum præmiſſa non procedunt, quando ſecunda oratio eſt imperfecta,ut ſi Teſta
25 tor dixerit, lego Seio fundum Seianum,ſi nauis uenerit ex Aſia:Item Caio fundũ Seianum,nam cum defectu uerbi,lego. ſecũda oratio ſit imperfecta,ſuppletur uerbum, lego.cum qualitatibus ſequentibus cum,ſi na uis uenerit ex Aſia, Bar.in dicti leg. in repetendis,quem ſequitur Aret. dicto conſil. 1. num. 10.& allegati ſuperius in quarto caſu, Bald.in conſil.58. In reſtitutione dotis.col. 2.lib.2.Niſi contrarium ſuadeant coniecturæ,ut per Capram in conſi.60.num.9.Cardinalis Mantica lib.10.titul. 6. numero 15. & 22.

Sextus erit caſus quando extat identitas perſonarum,ſed diuerſitas rerum, & oratio
26 tiones ſunt perfectę,ut Si Teſtator dicat,lego Titio fundum, ſi nauis ex Aſia uenerit, Item eidem lego equum.hoc ſane caſu non inducitur repetitio conditionis. Bart. in dicta l.in repetendis.colum. 2.uerſi.quandoq; eſt identitas perſonarum,& in conſi.39. Cuma.conſi.22.Teſtator legauit.colum.1. uer. item additur,& in conſi.47.Teſtator.Ruin. in conſi.84.num.9.lib.2.Pariſ.in conſil.87. num.45.lib.2.Curt.iun.in conſil.102.num. 4.Crau.in conſi.216.num.14.uerſ.ſecundo. & in conſi.289.num.4 Natta in conſi.378. num 12.& in conſi. 459.nu.8.lib.3.& omnes ex diſpoſitione tex.in leg. qui fundum. ff.de contrah.emp.& in leg.2.§.1.ff.ui bon. rapt.

27 Quod multo magis procederet, quando non

Digitized by Google

non in continenti,ſed ex interuallo inter vnam, & alteram orationem perfectam eſſet alteri diuerſæ perſonæ factum legatum, vt per Bart.in dicto conſil.39.Ruin.dicto conſil.84.num.9.verſi.& potiſſime.lib.2. & ſupra allegati in ſecundo caſu prope finem. num.20.

28 Et non dubitatur, præmiſſa procedere in conditione tacita à lege ſubintellecta, quia nunquam cenſetur repetita vt ſingulariter notauit Roma. in ſing. 237.duo tibi. Card. Mant.de coniect. lib. 10.tit.6.nume.27.Peregrinum;de fideicommiſſ.artic. 16. num. 1. 43.multos adducit.& infra q. 19.num.12.& c.6.q.7.num.20.

Septimus erit caſus, quando ſecunda oratio eſt imperfecta, vt in exemplo proxime
29 propoſito in verſic.verum præmiſſa, & tūc fit repetitio per tex.in leg. Seiæ.§.Caio, vbi Cuma.ff.de fundo inſtructo. Natta. & Cra. vbi ſupra, & adducti ſuperius in quarto caſu.num.23.

Octauus erit caſus, quando extat identitas rei, ſed diuerſitas perſonarum, quibus le
30 gatur, quia tunc conditio appoſita titio nō cenſetur Caio repetita. Bartol. in dicta leg. in repetendis.colum.2.verſi.quandoque eſt identitas rerum, ſed diuerſitas perſonarum. Bald.in conſil.58.In reſtitutione dotis. colum.2.verſi.Primo puncto.li.2.Imol.in leg. 1.in princ.num.2.vbi etiam Rom.ff. de public.& vectig. Capra in conſilio 60. numero ſecundo.& 9.Ruin.in leg. quæ conditio. numero ſecundo verſiculo primo. ff.de condit.& dem.

Quod tamen eſt intelligendum ſi vtraq; oratio eſt perfecta, & vna nil mutuatur ab
31 alia, quia alias ſecus erit per allegata ſupra in 7.caſu.num.29.

Nonus erit caſus, quando repetitio conditionis non congruit ſequenti legato, & ſi
32 alia omnia repetitionem inducentia concurrant, vt ſi fuerit dictum, lego vxori meæ redditus annuos fundi Seiani donec caſte, & honeſte vixerit; Item eidem domum; hoc enim caſu in legato domus non intelligitur repetita conditio, vel qualitas donec caſte, & honeſte vixerit. Bar.in d. l. in repetendis, col.2.verſi.item aduerte.ff.de l.3.& in conſ. 39.Caſt.in conſil.88.col.2.verſi.3. facit.lib. 1.Soc.ſen.in conſi. 10.num.26.lib... Crotus in conſi.353.num.6.Iaſ.in §.eque.num.19. verſicul.non obſtat.Inſtit. de actio. Pariſ.in conſi.95. num.31.libro ſecundo Bero.conſilio. 32. numero ſexto libro ſecundo. Natta in conſilio 459. numero 6. libro ſecundo.

Nam conditio appoſita primo legato nō
33 eſt extinctiua alicuius legati, ſed pro ſequētibus annis originem impedit. l. qui concubinam.§.vxori.ff.de leg.3.& ſupra quæſt. 5. per totam de dictione Donec datur intelligentia perfecta, quod non facit in legato de Domo, quod eſt vnicum tantum, & ideo repetitio pro ſubſequentibus annis non conuenit eodem modo legato facto de Domo, & ita in eo non intelligitur repetita illa conditio, donec caſte, & honeſte vixerit, quia ei non conuenit.leg.cum pater.§. cum imperfecta.ff.de l.2.

34 Per quem textum etiam in dictione. Et. idem dixit in propoſito Bartol.in leg. Seiæ.§.Caio.nume. 1. ff. de fundo inſtruct. Ab hac tamen ſententia diſſentiunt Caſtr. in conſ.11.ſuper primo quæſito in ſecundo dubio.lib.2.Ruin.in conſil.84.colum. 2.circa medium.lib.2.Crau.in conſil.608. num. 10.quos confutauit Natta in conſi.459.nume.6.

Decimus erit caſus, quando conditio eſt
35 ſequenti legato appoſita an ad præcedentia referatur, vt ſi dixerit lego Seio fundū, Item eidem Seio Domum, ſi nauis venerit ex Aſia. Hoc enim caſu conditio appoſita legato Domus non dicitur repetita in legato fundi, Bar.in d.l.repetendis.col.2.verſi.quæro vidimus.ff.de l.3.Roma.in ſing.672.ſcis quod conditio, & faciunt allegati ſuperius in 6.caſu num.26.& ſeq.

Vndecimus caſus erit, quando plura fuerunt facta legata poſt conditionale præce-
36 dens legatum hoc pacto. Inſtituo Seium hęredem, quod ſi vel ſin autem deceſſerit ſine liberis, relinquo Titio centum, Item, relinquo Caio fundum, Item, Sempronio domum, an in ſequentibus legatis poſt primum intelligitur repetita illa conditio; Si Seius deceſſerit ſine liberis. Bartolus in dicta leg. in repetendis, columna ſecunda verſiculo quæro pone. ff. de leg. tertio dicit intelligi repetitam, cum ſunt ſequuti Capra in conſilio ſexageſimo, numero tertio, & Pariſ.in conſilio octuageſimoſeptimo, numero quadrageſimoſecundo libro ſecundo.

37 Nam aduerſatiua **Si**, vel Sin autem,

ſi vero.& ſimiles præcedentibus aduerſantur, & eſt ac ſi dixerit, heredem non grauo plus ſi vixerit, quam ſi deceſſerit.l.ſi ita ſcri
ptum.in prin.ff.de lib.& poſth.& l.talis ſcriptura.§.vlt.ff de l.1.Tametſi ob diuerſitatē rerum legatarum,& perſonarum,quibus legatur,res videatur valde dubia per allegata ſuperius in 6. & 10. caſibus, ſed hic ita poteſt ſubſtineri ratione Aduerſatiuæ repetitionem inducentis per allegata ſuperius in verſicul. Item per dictiones Aduerſatiuas numero quinto,& infra in fine verſicu. Minus etiam.

Verū ſi aduerſatiua apponatur ad aliud legatum,vt quia dicatur.lego Titio fundū,
38 quod ſi deceſſerit ſine filijs veniat in Seiū, Item lego Caio fundum,& tunc illa conditio qualificat tantum legatum factum Titio reſpectu Seij,non autem Caij,& ſic in Caio non intelligitur repetita Barto.in dicta.leg. in repeten. in fine, & in leg. ſi ita ſcriptum in fine princ.ff.de lib. & poſthum. Ruin. in conſil. 176. numero octauo libro ſecundo, Socc.iun.in conſi.144.num.39.& 41. lib.3. Sed de his hactenus.

Nunc de dictione. Et. ſui natura copulatiua, & parum diſtans à dictione, Item,eſt dicendum,& an inducat repetitionem præcedentis conditionis,& qualitatis. Barto. in leg.Seiæ.§.Caio. ff. de fund. inſtruc. dat diſtinctionem,Aut ſcilicet ponatur inter res, aut inter perſonas,quæ cum videatur nimis anguſta, plures ego magis diſtinctos caſus ſubijciam.

Vnus,& primus caſus erit,quando copula Et. ponitur inter duas res eidem legatas
39 in eadem oratione, & conditio vtrique rei conuenit,vt ſi dictum fuerit. lego Titio fundum,ſi Nauis venerit ex Aſia, & Domum, & cēſetur repetita etiam in legaro Domus. Bartol. in dicta leg. Seiæ. §. Caio. nume. 1. verſic.ſed ſi eſſet aliqua.ff.de fund. inſtruct. Aret.in conſi.1.num.12.Iaſ.in conſi.vlt.colum,1.lib.4.Ruin.in conſi.115.num.6. lib. 3.Bero.in conſi.120.num.65.lib.2. per tex. in dicto.§. Caio. & in leg. in repetendis. ff. de leg.3.Nam legatum Domus determinatur à verbo,lego,pariter, vt legatum fundi; nec poteſt ſtare ſine illo verbo, à quo cum ſuam perfectionem recipiat,illam debet habere cum conditione, Si Nauis venerit ex Aſia ſecundum allegatos ſuperius in quarto caſu dictioni, Item, applicato numero 23.

Et præmiſſa procedunt,ſiue repetitio inducat augumentum, vel diminutionem le-
40 gati,vt per Bartol.in dicto.§.Caio.numero primo.

Alius,& ſecundus caſus erit, quando copula.Et.ponitur inter duas res eidem in ea-
41 dem oratione legatas,ſed conditio,ſeu qualitas vtrique rei non conuenit, vt ſi dictum fuerit, lego Titio fundum inſtructum,& cētum; Nam illa qualitas inſtructum non conuenit legato pecuniario, & ideo in ea non cenſetur repetita. leg. cum pater.§.cum imperfecta.ff.de leg.2.Bartol. in dicto.§.Caio. nume.2.faciunt & allegata ſuperius in Nono caſu dictionis Item,applicato in legato facto vxori de fundo, ſi caſte vixerit, Item de Domo ſub num. 32. cui cum non conueniat qualitas adiecta legato fundi,non dicitur repetita in legato domus,vt comprobauit etiam Bald.in conſi.153. Quidam teſtator.colum.vlt.verſi,modo in caſu noſtro li. 5.Bero. in conſil. 32. nume. 6.& 8.lib.2.faciunt late adducti per Peregrin. de fideicommi.articulo 16.numero 34.35.36. & ſequen.

Tertius erit caſus quando copula.Et. ponitur inter res diuerſas eidē legatas in dua-
42 bus diuerſis,ſed perfectis orationibus,vt ſi dictum fuerit,lego Titio fundum, ſi nauis venerit ex Aſia, & eidem lego Domum. Hoc ſine caſu conditio appoſita in legato fundi non intelligitur repetita in legato Domus,quia ambæ orationes ſunt perfectę, & ſubſiſtunt de per ſe Bart.in d.l.Seię.§.Caio. nume.2.verſic.2.caſu.ff.de fundo inſtructo, Alex.in conſi.66.nu.6.lib.3.Soc.ſen.in conſil.19.nu.26.conſi.92.nu.9.verſic.3.confirmatur.li.1.& in conſi.22.col.2.verſi.confirmantur iſta.lib.3.Pariſ.in conſil.87.nu.48. lib.2.Crau.in conſi.708.nu.5.lib.4.per tex. in l.qui fundum.ff.de contrah. empt.& in l. Iulius Paulus.& in l.cum ſeruus.ff.de conditione
43 dem.Quando enim. Et. ponitur inter duas orationes perfectas non ſtat copulatiue,ſed continuatiue l.is qui ducenta.§.vtrum.ff.de reb.dub. faciunt allegati ſuperius in 6. caſu dictioni Item applicato.nu. 26. Quod tamē non admittit Caſt.in conſil.88. uiſo legato. col.2.verſi.2.facit contra.lib.1.

Verum maxime procedit caſus propoſitus, quando in ſecunda oratione perfecta
44 eſt alia conditio diuerſa à prima appoſita, vt in eadem ſpecie reſpondet Alexand. in conſil. 66. numero 3. libro tertio per tex. in l.

in leg.alumnæ in princ.ff.de alim.lega. Cu-
ma.in conſi.22.col.1.verſic.tum etiam quia.
& in conſi.111.colum.2.verſi.eo magis: Io.
Anan.in conſi.8.num.5.verſi. ſed his nõ ob
ſtantibus. Crotus in conſ.353.nu.1.in fine.
Natta in conſil.459.nu.4.lib.2.& Ceph. in
conſil.599.nu.16.lib.4.Card.Mant.lib. 10.
tit.6.num.30.

Tamen caſus iſte locum non habet quan
do ex præſumpta mente Teſtatoris induce-
45 retur repetitio, vt declarat Bar.in d.§.Caio.
num.2.verſi.ſed ex præſumpta.Alex.in con
ſil.47.nu.3.lib.5.Rui.in conſil. 15.nu.8.lib.
1.& Cad.Mant.vbi ſupra.num.15.

Nec minus quando diſpoſitio alias per
non repetitionem redderetur inutilis,vt in
46 caſu leg. Iulius Paulus,& l.cum ſeruus, & l.
Iulianus noſter.ff.de cond.& dem. vbi con-
ditio adiecta legato libertatis cenſetur repe
tita in ſequenti, ne alioquin pereat ob non
repetitione. Crauet.in conſil.70.nu.4.Socc.
iun.in conſi.98.nu.41.li.1. Alcia. reſponſo.
96.nu.20. Alex.in conſ.47.nu.3.lib.5.Socc.
ſen.in conſi.277.nu. 10.lib.2.Rui.in conſil.
38.num.17.lib.5.Neuiza.in conſi.72.num.
18.Pereg.de fideicom.art.16.nu.27. & 28.
alios adducit.Card. Mant. vbi ſupra nume.
24.& ſequen.

Prout etiam quãdo per repetitionem di-
ſpoſitio redderetur inutilis, & tunc condi-
tio nõ intelligitur repetita, ne diſpoſitio pe
reat, vt conſuluit Bald.in conſi.153.col.vlt.
verſi.item quia tacita.li.5. Io.de Ana.in cõſ.
8.in fine.infinitos adducit Pere.de fideico.
art.16.nu.37.& ſeq.fo.148.Mant.vbi ſup.

Nec minus quãdo ex eius repetitione in-
troduceretur abſurdum,vel repugnãtia,aut
iurium correctio.Bart.in l. talis ſcriptura.§.
fi.ff.de l.1.cum alijs adductis per Pereg.vbi
ſupra nu.39.& ſeq.nec in alijs caſib. de qui-
bus late inf.in 6.c.q.vlt.ne eadem hic repe-
tam.Mant.vbi ſupra & infra q.19.nume.9.
10.& ſequen.

Quartus erit caſus quando copula. Et.po
nitur inter res diuerſas eidem legatas in o-
47 rationibus diuerſis,quarum vna eſt imper-
fecta, vt ſi dictum fuerit,lego titio fundum
ſi nauis uenerit ex Aſia. Et eidem domum.
Hoc.n.caſu intelligitur repetita conditio in
legato Domus, Bar.in d.§.Caio.nu.2.verſi.
ſed hoc verum.Socc.ſen.in conſil.22.col.2.
verſ.confirmantur iſta.lib.3.Ruin. in conſi.
27.num.4.lib.2.& in conſi.115.num.6.lib.
3.faciunt allegati ſuperius in 4.caſu dictio-
ni, Item applicato nume. 23.

Quintus erit caſus quando copula. Et.re
ſpectu vnius rei ponitur inter diuerſas per-
48 ſonas in eadem oratione, & conditio uni-
formiter conuenit vtriq; vt ſi dictum fuerit
Caio, ſi nauis ex Aſia uenerit, & Sempronio
fundum lego. Hoc ſane caſu conditio illa in
telligitur repetita in perſonam Sempronij.
Bar.in d.l.Scię.§.Caio.nu.5.verſi.1.caſu.ff.
de fundo inſtruct.Aret.conſil.1.nu.13.Rui.
in conſi.15.nu.8.lib.1.Socc.iun.conſi.160.
num.10.lib.2.Rimin.ſen.in conſi.179.nu.
4.lib.1.Curt.iun.in conſi.164.nu.3.& 321.
num.24.Bero.in conſi.120.nume.79.lib.2.
Ludo.Moli.in lib.3.de Hiſpan.Primog.ca.
5.nume. 59.alios infinitos adducit Peregr.
de fideicomm.art.16.nume.34.& ſequen.
fol.147.& allegata inferius in ſeptimo caſu
num.50.

Sextus erit caſus, quando copula . Et. re
ſpectu vnius rei ponitur inter diuerſas per-
49 ſonas in eadem oratione, ſed conditio non
conuenit vniformiter vtrique, vt ſi fuit in-
ſtitutus Caius,& ſi hæres nõ erit,ei, & uxo
ri legatum fundum. Hoc enim caſu condi-
tio.ſi hæres non erit, non intelligitur repe-
tita in legato facto vxori Bart.d.§.Caio. nu
me.5.verſi ſi vero non poteſt.Aret.d. conſi.
1.num.6.Ludo.Bologn.in conſil. 74.col.7.
verſi.quandoque.Curt.iun.in conſi.321.nu
me.20.& 24.Alcia.reſponſo.96.num.30.&
late adducti per Pereg.vbi ſupra d.num.34.
& ſeq. per tex. in leg.vlt.§.Seio.ff.de leg.2.
quia illa conditio reſpectu Caij eſt poteſta-
tiua,reſpectu vxoris caſualis,& ſic difformis
facit in ſimili. Bald.in conſi.153.colum.vlt.
verſ.modo in caſu.lib.5.& allegati ſuperius
in ſecundo caſu.nu. 41.& ſeq. Card. Mant.
d.lib.10.tit.6.num.34.vbi hoc declarat.Pe-
reg.vbi ſupra.num.14.

50 Septimus erit caſus, quando copula. Et.
ponitur reſpectu eiuſdem rei inter diuer-
ſas perſonas in eadem oratione.& poſt per-
ſonas nominatas conditio vtrique conue-
niens,vt ſi dictum fuerit,lego Titio fundũ,
& Scio, ſi nauis venerit ex Aſia. hoc enim
caſu conditio refertur ad omnes. Bartol.in
dicto.§.Caio. numero quinto verſiculo ſed
ſi conditio,& in leg.mulier,& Titio. in pri-
ma oppoſ.ff.de cond.& dem.Ruin.in conſi.
45.num.14.lib.1.& in conſi.33.num. 3.lib.
2.Curt.iun.in conſil.14. nume.3. & faciunt
allegati ſuperius in quinto caſu. numero
48. & poſſunt applicari quæ,dicta ſunt de

oratione imperfecta ſupra. nu. 23. & Card. Mant. vbi ſupra. nu. 34.

Octauus erit caſus cũ copula. Et. ponitur inter duas res. & inter duas perſonas in ea-
51 dem oratione, & conditio cõuenit vtrique, vt ſi dictum fuerit lego Titio fundum, ſi nauis venerit ex Aſia, & Sempronio Domũ. & intelligitur repetita per adducta ſuperius etiam ratione verbi lego influentis qualitates primi legati in ſecundum, vbi ſubintelligitur, & id per allegata ſupra in quarto caſu dictioni Item applicato, num. 23.

Nonus erit caſus quando copula. Et. ponitur inter duas orationes perfectas, vt ſi di-
52 ctum fuerit, lego fundum Titio, ſi nauis venerit ex Aſia, & lego Sempronio fundum; Hoc ſane caſu non intelligitur repetita, vt per Bart. in d. §. Caio. num. 5. in fine dum ſe refert ad ſupra d. de diuerſis rebus in diuerſis orationibus perfectis relictis decidendo eadem modo caſum perſonarum, vt decidit caſum rerum in num. 2. verſic. ſecundo caſu, de quo ſupra in tertio caſu. num. 42. vbi adduco concordantes. Rota diuerſorum deciſ. 696. num. 2. par. 1. quæ licet loquatur in pluribus hæredibus ſub contrarijs conditionibus in primo gradu inſtitutis; tamen admitit ſecundum in defectum conditionis adiectę primo; cũ eadem exemplo de quo ſupra, & id comprobat per Aret. poſt Fabr. de Vulgar. ſubſt. Inſtit. num. 4. & alios ibi, & infra, q. 89. num. 6. & 9.

Decimus caſus erit quando cum copula. Et ſubiungitur dictio. Etiam. vt ſi dictũ fue-
53 rit. lego Caio fundum, ſi nauis venerit ex Aſia, & etiam lego eidem Domum. Hoc ſane caſu; etſi Bart. in dicto. §. Caio in fine nihil reſoluat tamen Aret. in leg. impoſſibilis. ff. de verb. oblig. & in conſi. 67. colum. 2. in fine. & Ruin. in conſil. 53. nume. 2. libro ſecundo dicunt facilius repetitionem induci, quam per ſolam copulam. Et ſed cum ambæ orationes ſint perfectæ, res mihi videtur dubia.

Vndecimus caſus erit, quando diuerſæ res à diuerſis grauatis præſtandę ſunt eidẽ
54 perſonæ relictæ. Hoc enim caſu ſi oratio eſt imperfecta, intelligitur repetitio inducta per ſupra deducta in octauo caſu nume. 51. & per Aretin. in conſilio primo numero 10.

Nunc de dictione Cum, de qua ſuperius in verſi. Item per dictionem Cum. nume. 3.
55 Nam etſi ibi indiſtincte ſit firmatum repetitionem inducere; id tamen non procedit fauore libertatis. Ita Bartol. in dicta leg. Seiæ. §. Caio nume. 4. ff. de fundo inſtruct. per tex. in leg. Iulius Paulus. & leg. cum ſeruus. ff. de cond. & demon. & leg. cum ſeruus. ff. de ſtatu liber.

Minus procedit, quando dictio Cum ponitur inter perſonas affines, & ſanguine cõ-
56 iunctas, quia tunc ſunt potius copulatæ ad neceſſitudinem oſtendendam, quam ad repetitionem conditionis inducendam. Ruin. in leg. Auia. nu. 4. ff. de cond. & demon. & l. cum ſeruus. ff. de ſtatu libe. & ſupra in queſ. 13. num. 5.

Modo de dictione Hoc amplius, de qua ſupra in verſic. Item per dictionem Eo am-
57 plius. nume. 4. vbi dictum fuit ex allegatis ibi repetitionem inducere. Quod quidẽ procedit etſi qualitas, & conditio fuit adiecta ſequenti non autem pręcedenti legato, vt ſi fuit dictum, lego Titio fundum, & Eo amplius Domum, ſi Nauis venerit ex Aſia. Nã hæc conditio refertur etiam ad legatum pręcedens, Bart. in leg. ſi tibi pure. verſi. ſed quęro. & in leg. in repetendis colum. vlt. ff. de l. 3. & in l. Seiæ. §. Caio. in prima oppoſ. ff. de fundo inſtruct. Caſtren. conſil. 88. colum. 1. lib. 1. & adducti ſupra in d. verſi. Item per dictionem, Eo amplius. num. 4. Mant. vbi ſupra num. 37.

Procedit etiam quando hæc dictio eſt appoſita in Codicillis, vt referatur ad legatũ
58 in Teſtamento eidem perſonę factum, ſi ad aliud referri non poſſit. Bart. in dicta leg. ſi tibi pure. verſi. ſed quęro. Dec. in conſi. 190. num. 7. Natta in conſil. 476. num. 9. lib. 2. & id probat tex. in leg. legatum inutiliter. ff. de leg. 2. & in leg. à iure. §. teſtamento. il. 2. ff. de libe. leg. Peregrin. vbi ſupra articul. 16. num. 15.

Sed idem non procedit, quando fuit ſimpliciter dictum, Amplius nullo pronomine
59 addito, quia tunc illa dictio nullam inducit repetitionem, ſed deſignat actum continuatiuum. leg. ſi ſeruus. §. ſi ita. ff. de l. 1. vbi gloſſ. & Barto. Bald. in dicta leg. ſi tibi pure, Et eſt ac ſi dictum fuiſſet, Vlterius legauit, Item legauit, quia dictio, Amplius refertur ad actum verbi.

. Sed ſi referatur ad rem determinatã per nomen, vt quia dictum ſit Amplius dote le-
60 go fundum, quia tunc ſtat comparatiue, & de natura comparatiui eſt relinquere formã poſitiui in extremo, ideo hoc caſu repetit,

& in-

& includit,vt & dos videatur, & ſit legata, Bar.in d.leg.ſi tibi pure.per tex.in leg. ſi ita. ff.de dote præleg.vbi Bar.in d.leg ſi ſeruus. §.ſi ita. de leg. 1. Idem de dicatione ſeu leg. ſi quis ita 32.ubi glo.& Bal.ff.de auro, & argen.legat.quia eſt ampliatiua,& ſic importat augumentum cum omnibus qualitatib. præcedenti legato appoſitis.

61 Nũc de dictionibus Aduerſatiuis,de quibus ſupra in verſi.Item per dictiones aduerſatiuas num.5.vbi & ſi indiſtincte ſit dictũ repetitionem inducere per allegata ibi; id tamen non procedit cum perſonæ,& orationes ſunt diſtinctę,& perfectæ Ruin.in conſil.176.num.8.lib.2. authoritate Baldi in l. omnes populi.num.21.uerſic.item unum caput.ff.de iuſt.& iur.ut uideatur male ſenſiſſe Alex.in leg.filius à patre.colum.5.ff.de libe.& poſth.dum dixit, Aduerſatiuas dictiones inducere repetitionem,etſi ambę orationes ſint perfectæ.Sed Iaſ. in leg. tranſigere. num.19.C.de tranſact.& in leg. Marcellus. num.3.ff.ad Trebell. approbat opinionem Alex.pro qua extat Socc.iun.in conſ.83.per totum li.1.quia aduerſatiua habebat etiam naturam coniunctiuæ.Bartol.in l.Lucius.§. quæ habebat.ff.ad Trebell.Boer.deciſ.146. num.10.Sed & ego id puto uerum, cum de eadem re,uel de eiſdem perſonis agitur; ſed in diuerſis relictis de rebus diuerſis,& diuerſis perſonis,vbi conditio non omnino omnibus conueniret, aliud eſt per adducta ſuperius num.39.quia aduerſatiua,cum fieri poteſt,intelligitur,vt aduerſetur in his,quę ſunt eiuſdem generis Bart.in leg.Mariti Lenocinium.§.fin.ff.de adulter.

Et argumentum.Rui.reſoluitur,quia copulatiua cadens inter duas orationes ſeparatas non ſeruat naturam copulatiuę,ſed cõtinuatiuæ.Bar.in dicto.§.Caio.colum.2.Peregr.de fideicomm.art.16.nume.11.multos adducit.

Sed non procedit quod ſupra eſt pro limitatione firmatum quando oratio ſequẽs, aut præcedens eſſent imperfectæ, quia tunc intelligeretur repetitio.Barto.in leg.1.ff.de vi publica,& in dicta leg.in repetendis. colum.2.& ſupra nume.25.dummodo conditiones uniformiter conueniant. Peregrin. vbi ſupra numero 12. 25.& 29.& ſuperius numero 49. Imperfecta autem præcedens, aut ſequens oratio in propoſito dicitur, quoties in ea deficit verbum,& ſuppleri debet ex proxima, vt declarauit Alexand. in conſi.48.nume.11.libro primo ex doctrina Bartol.in leg.Prætor.§.eritque differentia. ff.de vi bon.rapt.& in leg re coniuncti.in 3.oppoſ.ff.de leg.3. Pancirol.conſil.169. numero vndecimo, & Peregrin. vbi ſupra. numero duodecimo concordantes adducit.

Eſt tamen aduertendum, non facile eſſe concedendam repetititionem, plurium verborum ad vnam orationem perficiendam vt declarauit Imol.in leg.1.§.ſin autem.ff.de hæred.inſtitu. Menoch.in conſilio 327.numero 38.lib.4.& in conſi.585. num.22.lib.6.

Minus etiam procedit quando conditio reſpiceret liberationem hæredis grauati ab onere iniuncto, quoniam conditio hæc appoſita in primo relicto cenſetur repetita in ſequentibus proxime copulatis ex veroſimili mente Teſtatoris,vt quia dictum ſit, Si hęres deceſſerit ſine filijs, relinquo Titio centum, Item relinquo Sempronio fundum, Item relinquo Domum Caio. Nam hæc duo ſequentia legata intelliguntur collata poſt mortem hæredis,ſi ſine filijs deceſſerit prout primum legatum de centum. Barto.in dicta leg.in repetendis.colum.vlt. verſicu.quæro pone Caſtren.in conſil.122. column.1.& 2.libro 2.& ſuperius numero 36.

Cum enim in eadem oratione eſſet conditio,ſeu qualitas adiecta uni perſonæ, quę in ſpecie vel in genere poſſet conuenire alteri perſonæ in eadem oratione adſcriptæ facile eſt,vt videatur repetita Aretin. conſi. 1.num.9.

Sed omnem repetitionem in quolibet ex propoſitis caſibus conſideratam vltra limitationes particulares ibi datas limitabis vt infra ca.6.quæſt.7.per totam.& in quæſt. 19.ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Contrariorum eſt eadem diſciplina.*

2 *Repetitio tacita fit ex coniecturis,& ceſſat ex coniecturis contrarijs.*

3 *Clauſula in fine poſita non ſemper refertur ad præcedentia.*

4 *Conditio eſt accidens.*

5 *Conditio in fine Teſtamenti, appoſita non poteſt ad omnia referri,quæ per ſe ſubſiſtunt.*

6 Re-

6 *Repetitio non intelligitur quando ſequitur abſurdum.*

7 *Conditio, quæ cohæret perſonæ, non cenſetur repetita.*

8 *Aduerſatiua, ſeparatio diſpoſitionum, & temporum, & contradictio rationis excludunt repetitionem.*

9 *Et quæ inutilem redderet legatum.11.*

10 *Vel vitiaret actum, vel redderet impoſsibilem.*

12 *Conditio, quæ tacite ineſt, ſi fuit expreſſa, nõ cenſetur repetita.*

13 *Conditio reiecta in uno non intelligitur repetita in alio.*

14 *Conditio, quæ non operatur in principali, non operatur in acceſſorio.*

15 *Conditio nuptiarum expreſſa in legato* Dotis *non extenditur ad alia legata.*

16 *Conditio in legato inutili non extenditur ad vtilem.*

17 *Conditione alia in ſequenti appoſita, non cenſetur & illa repetita quæ fuit appoſita in præcedenti legato.*

18 *Conditio appoſita in Teſtamento non cenſetur repetita in Codicillis, quando alia in illis apponitur.*

19 *Conditiones plures appoſitæ in primo legato, ſi vna apponatur in ſecundo ex illis, non cẽſentur alia in ſecundo repetita.*

Caput 1. Quæſtio 19.

Notiſſimum eſt, atque in ore omnium circumfertur id quod communiter dicitur, eandem contrariorũ eſſe diſciplinam quod etiam, & à noſtris amplectitur, vt eſt tex. in §. 1. & ibi gloſſ. in uerb. intelligemus. Inſtitu. de his, qui ſunt, ſui vel alieni iuris; Quod ueriſſimum eſt in directo contrarijs, & quoad cognitionem eorum, leg. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de uerb. oblig. leg. 1. ff. ſolu. matri. leg. penult. C. de ſolut. & Doct. communiter. in rubr. ff. de acquir. poſſeſ. & leg. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. Vnde in propoſito, cum ſupra in proxima præcedenti quæſt. & in alijs multis locis ex tet adnotatum, quibus uerbis, & modis, & caſibus cenſeatur facta condictionum repetitio, & poſſit ex illis inferri ad cognitionẽ contrariorum ex regula prędicta. Nihilominus ut unum ex contrarijs alterum declaret, & ſic magis ſit notum, & quando cenſeantur, & quando non cenſeantur conditiones repetitæ, expediens duxi breuiter explicare quando non cenſeantur repetitæ.

2 Qua in re eſt idem ſciendum, quod ſupra ſi maximus, tacitam repetitionem fieri ex coniecturis, & ſimiliter ceſſare per coniecturas contrarias. d. leg. licet Imperator. ff. de l. 1. & leg. Iulius Paulus. ff. de cond. & dem. glo. l. Auia, & ibi Bald. ff. eod. Socc. ſen. in conſil. 92. num 9. lib. 1.

3 Eſt etiam aduertendum, quod quamuis clauſula in fine appoſita referatur ad præcedentia, ut ſupra extat firmatum, & infra q. 114. hoc tamen non ſemper eſt uerum ut docuit Bart. in l. talis ſcriptura in fine. ff. de l. 1. & in l. prętor. §. erit que differentia. ff. de ui bon. rapt.

4 Nam non poteſt hoc referri ad conditionem, quia conditio nõ eſt clauſula, quæ per ſe ſubſiſtat, ſed accidens quod non poteſt ſtare ſine ſubiecto; Imo regit diſpoſitionem ſui ſubiecti; eiuſque defectus facit, ut diſpoſitio nõ poſſit ſortiri effectum, uel extinguatur. Doct. in auth. cui relictum. C. de indic. uiduit. tollen. & in leg. fin. C. eod. Gab. conſil. 22. num. 18. lib. 2.

5 Et ideo adiecta legato in fine Teſtamenti adſcripto non poteſt referri ad omnia legata, quæ per ſe ſubſiſtunt, ut cõſuluit Socc. iun. in conſi 128. num. 100. li. 1. vbi allegat, leg. filium. ff. quand. dies leg. ced. & Barto. in leg. final. ff. de rebus dub. & alij allegati ſupra in præcedenti quæſt. 18. num. 35.

6 Rurſus nec minus cenſetur repetita conditio, quandoquidem ſequeretur abſurditas, uel repugnantia, etiam quod adeſſet aliqua dictio, quæ repetitionem poſſet importare. Fulgo. in conſi. 112. & dicta quæſt. 18. num. 46.

7 Præterea conditio illa, quę cohęret perſonæ, repetita non cenſetur, & ideo abſque illa relictum tranſit ad ſubſtitutum. leg. unica. §. ne autem. C. de caduc. tollen. leg. legatum ſub conditione. ff. de adimen. leg. Alci. in conſi. 116. nume. 7. & 9. & eſt caſus in leg. fin. §. Seio. ff. de leg. 2. ſecundum Intellectũ. Aret. In conſil. 1. colum. 1. ſequitur, & alios citat Peregr. de fideicom. dicto art. 16. num. 44. fol. 149. & infra. cap. 3. quæſt. 7. nume. 1. & ſequent.

8 Item aduerſatiua in oratione, ut ſed, uel Seius, & alia ſimili. Separatio diſpoſitionũ, & temporum & contradictio rationis excludunt repetitionem conditionis. Bald. in conſi. 153. nume. 3. lib. 5. & plura de Aduerſati-

ſatiuis repetitionem non inducentibus ſupra d. ſunt in d. q. 18. ſub num. 61. & ſeq. vſque in finem.

Similis eſt illa conditio, quæ repetita inu
tile redderet legatum, tali enim caſu non
9 cenſetur repetita. leg. ab exhæredati. §. fin.
ff. de leg. 1. leg. ſi quis à filio. §. 1. & 2. & leg.
ſeruo alieno. ff. eod. leg. 1. ff. de dote preleg.
gloſſ. in leg. in repetendis. ff. de leg. 3. Bart.
in leg. cum ſeruus in princ. ff. de cond. & in-
ſtit. Angel. in conſi. 94. in fine Caſtren. in l.
Auia. nume. 5. ff. de cond. & demonſt. Alex.
in leg. ſi idem. § . ſed ſi vna. nume. 4. ff. de iu-
riſdict. omn. Iudic. Aret. in conſil. 67. nume.
1. Bologn. conſil. 74. nume. 35. & ſupra d. q.
10 18. num. 46. Vel vitiaret actum, vel impoſſi
bilem redderet. leg. ſi. ff. de manu. teſtamen-
to. leg. Titia. §. 1. ff. de verbo. oblig. Bald. in
11 conſi. 153. num. 3. lib. 5. Nec intelligitur re-
petita, quæ redderet diſpoſitionem inuti-
lem. Alexand. in conſil. 99. nume. 7. & 8.
lib. 7.

12 Item conditio illa, quæ tacite ineſt, nunquam intelligitur repetita, ſi fuit expreſſa, alias eſſet fruſtra expreſſa. le. ſi in diem. §. 1. ff. de cond. & demonſtr. & ſupra quæſt. 18. num. 28.

Et ſi conditio reijcitur in eo legato in
quo fuit expreſſa, non poteſt intelligi repe-
13 tita in alio etiam quod poſſet in eo aliquid
operari. Aret. in conſi. 1. num. 12. & in conſi.
14 67. num. 2. quia. Cum conditio non opera-
tur in principali, non debet operari in acceſ
ſorio. Docto. in d. leg. ſi in diem. §. 1. Dec. in
conſi. 190. num. 4. verſic. non obſtat textus.
Ruin. in conſi. 176. nume. 7. lib. 2. & late ad-
ducti per Peregr. de fideicomm. art. 16. nu-
me. 50. & ſequen. per plura exempla.

Et ideo conditio nuptiarum expreſſa in
legato Dotis non extenditur ad alia lega-
15 ta, quia in legato Dotis tacite ineſt; quia
Dos non poteſt eſſe ſine matrimonio. leg.
3. ff. de iure dotium. Roman. in conſil. 134.
in fine.

Et conditio appoſita in legato inutili nõ
extenditur ad vtile. Natta in conſil. 459. nu-
16 me. 4. Caſtren. in conſil. 175. ſuper primo:
in vltimo dubio. lib. 1. Card. Mant. de con-
iect. lib. 10. tit. 6. num. 29. & Peregrinus vbi
ſupra dicto. art. 16. num. 50. & num. 51. hoc
dicit iuſtificari ex eo quia ex primo teſtamẽ
to reuocato non infertur ad declarationem
ſecundi, de quo teſtator non meminerit. A-
lexan. in conſi. 70. colum. 3. lib. 2. Curt. iun.
in conſi. 163. num. 14. Clarus in §. Teſtamẽ
tum. quæſt. 6. verſic. ſed nunquid, ſi tamen
primum ſit reuocatum ex cap. mutatæ volũ-
tatis, non ob aliam rationẽm. Crau. in conſ.
123. in fine. Gabr. in conſi. 97. num. 27. pro-
ut declarauit Peregr. vbi ſupra d. art. 16. nu.
51. per totum.

Accedit & id, quod eſt generale, quod ſi
alia conditio eſt appoſita in legato ſequen-
17 ti, non cenſetur in eo repetita & illa, quæ in
præcedenti fuit adſcripta. argumento leg. a-
lumne. ff. de adimen. legat. quia expreſſa di-
ſpoſitio facit ceſſare tacitam, quæ ex conie-
ctura legis, vel hominis oritur. leg. cum ex
filio. §. 1. ff. de vulg. & pupill. leg. maritus. C.
de procurat. leg. & habet. de preca. Cuma. in
conſi. 22. nume. 2. & in conſil. 112. nume. 1.
Alex. in conſi. 66. lib. 3. Soc. iun. in conſi. 18.
num. 10. in fine lib. 3. Cephal. in conſi. 528.
num. 39.

Vnde ſequitur contra id, quod extat ſu-
pra firmatum, quod conditio appoſita in te
18 ſtamento non cenſeatur repetita in Codi-
cillis, quando in illis alia conditio exprimi-
tur. Angel. in conſi. 294. num. 6. & 8. Dec. in
conſil. 190. num. 6. Socc. iun. in d. conſil. 18.
num. 11. Caſtren. conſi. 88. num. 1. quam re-
ſtringit Dec. in conſil. 190. nume. 4. & ſupra
quæſt. 14. num. 17.

Item ſi in primo legato ſint plures con-
ditiones appoſitæ, & in ſecundo vna ex il-
19 lis adſcribatur, aliæ non cenſentur repeti-
tæ. argumento leg. cum prætor. ff. de re iu-
dic. & leg. maritus. C. de procurat. cap. non
ne. de præſumpt. capitulo qualis. 25. di-
ſtinct.

Et ad propoſitam, & alias ſeptem præcedentes quæſt. valde conferunt late adducta infra in cap. 6. quæſt. 7. circa relationes de conditionibus, & oneribus in principio, medio, & fine appoſitis faciẽdas, vel non faciẽdas ad præcedentia, & ſequentia, quia relationes, & repetitiones iiſdem fere verbis, & rationibus inducuntur, & non inducuntur.

S V M M A R I V M.

1 *Legatum potius præſumitur in diem, quam ſub conditione.*

2 *Dies cedit à die mortis teſtatoris.*

3 *Legatum conditionale non tranſmittitur ante euentum conditionis.*

4 *Le-*

4 *Legatum potius præſumitur ſub modo, quam ſub conditione.*

5 *Recedens à diſpoſitione pura ſub aliqua conditione facit diſpoſitionem conditionalem.*

6 *Ablatiuus abſolutus inducit conditionem expreſſam.*

7 *Conditio eſt, quando eſt implenda ante emolumentum, quando poſt, eſt modus, quicquid dicant verba.*

8 *Effectus potius, quam figura verborum conſideratur.*

Caput 1. Quæſtio 19.

VTrum in dubio legatum præſumatur
relictum potius in diem, vel ſub mo-
do, quam ſub conditione? Et quidem quod
potius in diem, quam ſub conditione reli-
1 ctum præſumatur, eſt tex. in leg. ſi Titio. §.
quædam. verſic. & idem quando. ff. quand.
dies leg. ced. Alcia. in l. hæc verba. num. 3. ff.
de leg. 1. & id multum intereſt legatariorũ,
Nam ſi priuſquam dies cedat, deceſſerint,
tranſmittunt legata ad hæredes; quia Dies
2 cedit à die mortis teſtatoris ſicut purum. l.
vnica. §. cum igitur. in fine. C. de caduc. toll.
leg. ſi poſt diem. in princ. ff. quand. dies. leg.
3 ced. Legatum vero ſub conditione relictum
non tranſmittitur, ſi legatarius deceſſerit
ante implementum conditionis dicta leg.
vnica. §. ſin autem aliquid, & dicta leg. ſi
poſt diem. verſiculo ſed ſi ſub conditione,
& leg. intercidit. ff. de cond. & dem.
Item in dubio præſumitur potius modus,
quam conditio, cum enim verba poſſint tra
4 hi ad vtrumque, ſunt magis trahẽda ad mo-
dum, quam ad conditionem. Bartol. Bald.
Alexand. & alij in leg. cum mota. in prin. C.
de tranſact. per leg. quæro. §. interlocutorẽ.
ff. locati. Bald. in leg. & ſi poſt tres. nume. 7.
ff. ſi quis caut. & hęc eſt communis, de qua
Alexand. in conſi. 502. num. 4. lib. 1. idem di
cit in conſi. 113. num. 26. & 150. num. 2. lib.
6. Iaſ. in leg. huiuſmodi. num. 15. ff. de leg. 1.
Ruin. in conſi. 215. nume. 10. lib. 1. & conſil.
127. nume. 2. lib. 1. communem dicit Man-
dos. in addit. ad Lapum allegat. 87. in vlt. ad
dit. Hinc eſt quod non bene cenſuit Alciat.
in conſi. 5. nu. 20. lib. 3. dum dixit contrariũ
in vltimis voluntatibus per gloſſ. in leg. 2.
de in diem adiect. quia habet communem
contra ſe, cui non refragatur gloſſ. illa, quæ
loquitur quando legatum prius fuit relictũ
pure, & poſtea ſub conditione ademptum,
tunc enim quicquid fuerit conſtitutum in
5 contractibus, quãdo receditur à pura diſpo-
ſitione, ſub aliqua conditione, legatum ſem
per intelligitur cõditionale. leg. quibus die-
bus. §. quidam Titio. & leg. aliquando. ff. de
cond. demonſtr. quod nihil habet agere in
propoſito puncto. Prout male etiam cenſuit
Pariſ. in conſi. 19. nume. 259. lib. 2. cum po-
tius conditionem, quam modum in dubio
intelligi velit, & pro hoc allegat leg. à teſta
tore. ff. de cond. & demon. vbi Imol. num. 5.
notat, Quod loquitur de ablatiuo abſoluto,
& ſic de re clara, cum de ſui natura inducat
conditionem, vt notat ibidem Bart. & in l.
1. num. 34. ff. de cond. & dem. & leg. quibus
diebus. §. Termilius. ff. eod. Cuius ablatiui
6 abſoluti conditio dicitur expreſſa, vt dicit
ibi Bartol. quem ſequitur Dec. in conſi 63.
nu. 2. verſic. nam iſta verba, & in conſi. 581.
nume. 9. & ita Alexand. reſpondet ad illum
tex. in dicto conſil. 102. nume. 4. lib. 1. & ſu-
pra par. 1. de cauſis, ſeu verbis cap. 89. nume
ro 72.
Et quæſtio eſt, quando dubitatur, Nam
non ſolum quando ex verbis patet, condi-
7 tionem eſſe adſcriptam; Verum etiam quan
do verba ſignificant modum, ſed ex volun-
tate Teſtatoris tam expreſſa, quam tacita
colligitur, quod onus iniũctum debet prius
impleri, quam quis emolumẽtum percipiat.
Tunc tanquam de re clara ſemper eſt intelli
gendum relictum ſub conditione, non ſub
modo, quia hæc eſt natura conditionis, vt
prius exiſtat, quam quis emolumentum cõ-
ſequatur. leg. Thais ancilla. §. Sticchus. ff. de
fideicom. liber. Barto. in leg. quibus diebus.
§. Termilius. num. 6. ff. de cond. & demo. &
& in leg. cum tale. §. Titius. nume. 1. eod. &
leg. qui abſenti. §. 1. nu. 2. ff. de acquir. poſſ.
Bald. in conſi. 219. num. 1. lib. 2. Alexand. in
conſil. 20 lib. 6. Aret. in conſil. 93. nume. 11.
Ruin. in conſil. 26. nume. 10. lib. 2. Pariſ. in
conſil. 19. nu. 257. lib. 2. Cum vero onus de-
beat impleri poſt acquiſitum emolumentũ,
tunc quacunque figura verborum fuerit Te
ſtator vſus intelligitur eſſe modus, non
conditio, etiam ſi dixerit, Lego ſub tali con-
ditione, vt aliquid facias, idem Bar. in d. §.
Termilius. nu. 5. quia potius effectus, quam
8 figura verborum conſideratur. leg. Meuia.
ff. de manu. teſtamento. & leg. 2. in fine. ff.
de donat. Oldrad. in conſi. 108. nume. 1. Ab-
bas in cap. cum Ioannes. num. 3. Fely. num.
2. & 3.

2.& 3.de fide Inſtru. Ana.in conſil.75. Cuma.in conſi.99.Caſtren.in conſi.5.nume.1. lib.2.Alexand.in conſil.102.nume.1.lib.1. Crauet.qui multos cumulat.in conſi.59.numer.1. Gratus in conſil.102.nume.2.lib.2. Quod idem eſt de alijs verbis, quæ ſecundum propriam naturam exprimunt conditionem, tamen ex voluntate Teſtatoris faciunt diem, & non conditionem.leg. Scius Saturninus.ff.ad S.C.Trebell.Ruin.in conſil.166.nume. 10.lib.3. & late infra quæſt. 50.per totam.Et ad materiam huius quæſt. faciunt notata infra in cap. 6. quæſt.1. per totam.

SVMMARIVM.

1 *Conditio vni relicta non poteſt diuidi.*
2 *Conditio importat formam.*
3 *Forma non ſeruata actus redditur nullus.*
4 *Conditio relicta pluribus diuidi poteſt.*

Caput 1. Quæſtio 21.

VTrum conditio diuidi poſſit? & eſt diſtinguendum. Nam aut eſt relicta uni aut eſt relicta pluribus.

1 Si eſt relicta vni, non poteſt diuidi.leg. cui fundus.54.ff.de condi.& demonſt. Bartol.in l.Stichum.num.3.ff.de leg.1.ſiue conſiſtat in dando,ſiue in faciendo.l. qui duos. ff.de cond.& dem.l.fiſtulas. §. per fundum. ff.de contrah.empt.l.ſi ita fuerit. in princ.ff. de manu.teſtamento.Alex.conſi.75.in fine. lib.7.Rimin.ſen.in conſi.53.nu.9.lib.1.Alcia.conſi.8.num.8.lib.8.Tiraq.de retract.lignag.§.1.gl.21.nu.13.Rimin.iun. in conſi.
2 121.num.107.lib.2.Cundede conſil.34.nume.8.Cephal.conſi.319.num.41. quia conditio importat formam Bal. in auth. Matri & Auiæ.C.quam mul.tut.offic.Rui.in conſil.109.num.1.lib.1. Pariſ. in conſil.97.nu. 159.lib.1.Socc.iun.in conſi.122.nume.19. lib.1.Tiraq.de retract.conuenit.§.2. gloſ.1.
3 num.3. & forma non ſeruata actus redditur nullus. leg. 2 ff.de lib.& poſthu.& in ſpecie Menoch.in conſ.69.num.48.& infra q.24. num.1.& ſeq.

4 Si eſt relicta pluribus,tunc diuidi poteſt, ſed cum diſtinctione,quam facio infra in q. 22.nume.1.& 2.late Alciat.in d.l.Stichum, ſub num.12.ff.de legat.1.vbi proponit plures caſus,quos cum d.diſtinctione reſoluit. & conditio.

SVMMARIVM.

1 *Conditio diuidua poteſt ab vno ex inſtitutis ſub ea ſine alijs adimpleri.*
2 *Conditionem implere tenetur ſuperſtes ex præ defunctis legatarijs.*
3 *Conditio indiuidua eſt ab omnibus implenda, & vnus prodeſt alijs.*
4 *Intellige niſi ſit in perſona cuiuslibet, quia tunc omnes tenentur implere,& vnus non prodeſt alijs.*
5 *Diuidua iuncta cum indiuidua cenſetur indiuidua.*

Caput 1. Quæſtio 22.

VTrum omnes,ſi plures ſub vna conditione ſint heredes inſtituti,teneantur illam adimplere? Et eſt diſtinguendum. Nã aut conditio eſt diuidua,quia conſiſtit in dãdo quantitatem,aut eſt indiuidua, quia conſiſtit in dando corpus,vel aliquid faciendo.
1 Si eſt diuidua,etiã vnus ſine altero pro parte adimplendo pro rata ad legatum admittitur.l.ſi ita.13.§.q.ibi rectiſſime ait, vbi gl. ff.de manu.teſtam.l.cui fundus.54.§.diſſimilis & l.qui heredi.43.§.ſi duorũ.ff.de cond. & dem.& l.ſi quis legata 53.§.fi.vbi gloſ.ff. eod.l.ſi legato.11.§.1.ff.de manu.teſtamento.& leg.cui vſusfructus. 30. in princ. ff. de vſufr.lega.

2 Niſi forte vnus legatarius deceſſerit, quia tunc ſuperſtes tenetur implere in totum d. l.cui fundus.in fine vbi glo.in verbo ex accidenti,& hoc niſi expreſſe teſtator aliter voluerit,vel noluerit.d.l.ſi ita.in princ. ibi.niſi aliud expreſſerit Teſtator. & §. idem quæri poteſt de d.l.ſi ita,vbi gloſſ.& Bart. Si vero conditio eſt Indiuidua,vtique eſt diſtiugnẽdum; Nam aut vna communis omnium, vt ſi fecerint Domum, vel monumentum do, lego. Aut eſt cõcepta in perſona cuiuslibet, ut ſi aſcenderitis Capitoliũ do.lego. Si eſt in
3 diuidua vna communis omnium,omnes tenentur ad implere, ſed vnus adimplens prodeſt alijs,niſi aliter expreſſerit Teſtator l. tales cõditiones. 111.vbi gl.in verbo.ſimul.ff. de cõd.& dem.& d.l.ſi ita.l.ſi paterfamilias. ff.de hered.inſt.& l.pen.vbi gl.& Bat. C.de cond.inſer.Petrus de Bellaper.in l.ſi plures. num.6.C.de cond.inſer.vbi etiam Odof.& Cyn.& Io.Faber.& Azzo nu.12.Lauren.de Silua.in trac.de recogn.in q.105.num.1.to. 7.Socc.ſen.in conſi.107.nu.11.lib.4.

4 Si eſt indiuidua in perſona cuiuslibet,vt in propoſito exemplo,Si Capitolium aſcenderitis,quia tot ſunt aſcenſus, quot legatarij,omnes tenentur adimplere , & vnus adimplens alijs non,ſed ſibi ſoli prodeſt.dicta leg.ſi ita.§.quæſtio.& leg.qui concubinam.§.ſi Stichus.ff.de leg.3.& leg. 2. §. final. ff. de cond.& demonſt.leg.hoc articulo. 29.ff. de hęred.inſt.Cyn.in leg ſi plures.nume. 1. & 3.vbi infert ad plura extra materiam. C. de cond.inſer.vbi eum ſequitur Bartol. per totam,& idem dixerunt ante eos Petrus,& Odofr.ibidem,& ſupra part. 1. cap. 6.num. 9.& ſeq.& num. 22.

2 Et conditio diuidua iuncta cum Indiuidua cenſetur indiuidua etiamſi pluribus ſit adiecta,vt conſuluit Soccin.in conſil. 107. nume. 12. lib.4.per tex.in leg.Si iſta fuerit. ff.de manumiſ. teſta Andr. Gaill.de Pignorationibus obſeruat. 20.num.13. facit Calder.in conſi.4.& 42.Caſtren.conſi.302.lib. 1.Oldrad.conſil.231.& alij citati per Peregrinum de fideicommiſ.artic. 13. num. 67. fol.123.An autem ſi conditio quæ refertur ad plures,in perſona vnius tantum impleatur,ſubſtitutus ſucedat uel ne,late tradunt omnes poſt Bartol.in leg.hæredes mei §.cũ ita.ff. ad Trebell. & Cardinalis Mantica libro 11. tit. 5. per totum de coniecturis ſequendo veſtigia Bartoli diſtinguit plures caſus.

SVMMARIVM.

1 *Conditio debet impleri in forma ſpecifica.*
2 *Etiam ſi nullius eſſet vtilitatis , ſeu effectus.*
3 *Conditio debet impleri in totum.8.*
4 *Conditio eſt implenda formaliter , vt verba ſonant.*
5 *Conditio inducit præceptum.*
6 *Conditionis natura eſt,vt ei obtemperetur in totum , alias dicitur defecta , ſi in minimo non impleatur.*
7 *Conditio implenda in re,qua ſub ea relinquitur,non eſt implenda in totum.9.*
8 *Conditio implenda in aliqua alia re non poteſt diuidi.ſed eſt in totum implenda.*
10 *Conditio in contractibus ad pœnam euitandam an ſit implenda in totum.*

Caput 1. Quæſtio 23.

VTrum ſufficiat implere conditionem
in parte,vel ſit implenda in totum? Et
1 regulare eſt,quod debeat impleri in forma
ſpecifica.leg.qui hæredi.in princ.ff. de con-
dit.& dem.in §.fin.Surdus in deciſ.209.nu
2 me.3.Etiam ſi nullius eſſet vtilitatis,ſeu ef-
3 fectus.l.Męuius.ff.eod. Et ſic debet verifica
ri in totum.l.in conditionibus.§.fin.ff.eod.
Bald.in l.pro hæreditarijs.col. 2. num.4.C.
de hæred.act.refert.Iaſ.in conſ.48.lib.3.per
tex.in l.qui hæredi.§.fin.ff.de cond.& dem.
4 Et formaliter prout verba ſonant, vt ex di-
cta leg.Męuius,& leg.qui hæredi notat Sur
dus in deciſ.207.num. 2. & ſupra in quæſt.
21.num. 1.plures adducuntur. Quoniam cõ
5 ditio inducit præceptum,vt eſt tex.in l.cum
ita legatum.ff.de cond.& dem.l.ſub condi-
tione.l.pupillus.l.quidam.in prin.ff.de con
dit.inſt.& plures extant tex. quibus proba-
tur,grauatũ ſub conditione videri iuſſum,
vt pareat præcepto.leg.multi.§.1.leg.in con
ditionibus.l.hæc ſcriptura.l.quibus diebus
in princ.leg.qui hæredi. §. ſi duorum. Iulia
nus ait.leg.in diem.§.1.leg. ſub diuerſis. in
princ.leg.Mæuius.leg.cui fundus.leg. in fa-
cto.§.1.leg.ſed hoc.§. 1. ff. de condit. & de-
monſtr.& dicit gloſſ.in rubr.eod.

6 Naturam conditionis eſſe, vt ei obtemperetur,ad idem eſt tex.in l.pater Seuerinam. ff.eod.& in puncto quod debeat impleri in totum dicit Oldradrus in conſi.242.de condit.appoſ.num.3.Calcaneus in conſi.18.nume. 44. Decius in l. cum proponas la 2.nu. 1.C. de pactis. Gratus conſi.52.num.1.lib. 1.Puteus deciſ.340.lib.1.& deciſ.357.infine lib.3.Caputaque deciſ.316.par. 3. Rota diuer.deciſ.170.num.9.par.1.& infra quæſ. 92.nu.5.& per totum.Surdus in conſi.156. num.15.per tex.in d.l.cui fundus , & in l.fiſtulas.§.per fundum.ff.de cond.& dem.Cuman.conſil. 38. colum. final. infinitos citat Tiraq.de retract. lignag.§. 1. gloſſ. 21. numero 13.Cephal.conſil.184.numero 30. libro quarto. Honded.conſil. 78.numero 25.conſil. 34.numero octauo conſilio 60. numero 14.Rimin.iun.conſilio 112.nume. 107.libro ſecundo Crotus conſi.52. nume. 7.conſil.60.numero 21. Immo dicitur defecta , ſi in totum non fuerit impleta dicta. leg.qui hæredi.§.fina.gloſſ.in leg. res bona fide.

fide.ff.de contrah.empt.Bal.in rubr.C.eod.
quæſt.10. Dec.in cap. de appellationibus.
nume.3.de appellat.& in conſi.532. nume.
4.Iaſ.conſi.94. nume.2.lib.2.Gozzad.con-
ſil.40.n.12.Cephal.conſi. 480.nu.30. Me-
noch.conſil.59.numero 49.vndcde.conſil.
60.num.14.

7 Et id,quod extat firmatum eſſe in totum
adimplendam, eſt verum, niſi conditio ſit
adimplenda in re,quæ relinquitur ſub con-
ditione.l.Stichum qui meus erit,& ibi Do-
cto.ff.de leg.1.

8 Si autem conditio confertur in aliquam
aliam rem,tunc non poteſt ſcindi, ſed eſt in
totum implenda. leg. cui libertas. ff.de ma-
nu. teſtamento, ſupra quæſt. 21. & 22.
Et eſt aduertendum,quod quandoque con-
ditio confertur in perſonam eius, cui relin-
quitur,& tunc conſiſtit in dando,nec poteſt
diuidi. leg.cui ſundus. ff. de condit. & de-
monſtr.Soccin.in leg.qui duobus. nume.1.
& 2.eod.Et quandoque in faciendo,nec mi
nus poteſt diuidi niſi cum diſtinctione.leg.
penult.C.de cond.in ſer.vbi Cyn.Bald.An-
gel. & Salic. Quando enim non confertur
in poteſtatem alicuius, ſed in aliquem e-
9 uentum, & tunc aut conditio eſt implenda
in ipſa re,aut circa ipſam rem,de qua fit di-
ſpoſitio, & diuiditur, vt puta ſi dicatur, ſi
hoc erit,id eſt quatenus erit.Angel. in tract.
de teſtamen.gloſſ.58.numero tertio per to-
tum, ſed hæc regulantur ſecundum alle-
gata ſuperius in quæſtio. 22. & quæſtio-
ne 21.

Et an conditio appoſita in contractibus
ſit in totum adimplenda ad pœnam euitan-
10 dam tradit Alber.in l.ſi ſeruus.§.ſi plurium
num.5.ſi quis cautionibus, & in ſpecie Gra
tus in reſponſo.93.num.17.& ſequen.lib.1.
Itē ex patientia illius,ad cuius fauorem eſt
implenda ſufficit impletam eſſe pro parte
Caſtren.in conſil.108.libro primo Soccin.
in leg. quamuis in fine. ff. de condit. & de-
monſtr.

SVMMARIVM.

1 Onus impoſitum per viam conditionis diminu to ex poſt facto legato per contratabulas, vel vſucapionem,ſeu ex quacunque ratione diminuitur onus.

2 Qui exoneratur debet pati & alium exonerari.

3 Onus intrinſecum diminuto honore ex facto teſtatoris,minuitur.6.

4 Onus extrinſecum minuitur diminuto honore ex facto teſtatoris.

5 Onus alternatiue impoſitum,ſi eſt honor quantitatis diminuitur,ſi eſt ſpeciei,non.

7 Onus impoſitum in vim modi, diminuto honore, minuitur in omnibus caſibus, in quibus eſt impoſitum in vim conditionis.

8 Officio Iudicis,aut conditione ſine cauſa agitur pro diminutione oneris, diminuto honore.

9 Augmentum ſuperueniens quoad commodū, ſuperuenit legatario.

Caput 1. Quæſtio 24.

VTrum diminuto legato per Falcidiā,
vel alio modo ſub conditione vel ſub
modo relicto diminuatur onus pro rata di-
minuti legati?& eſt diſtinguendum.Nā aut
onus eſt impoſitum per viam conditionis,
aut per viam Modi.Primo caſu eſt iterū di-
ſtinguendum; Nam aut hæres fuit ab initio
obligatus ad integrum legatum,ſed ex poſt
1 facto liberatur à parte, puta per contratabu
las, vel per vſucapionem rei legatæ, vel ex
quacunque alia ratione hæres ex poſt facto
exoneratur, & minuitur onus legatario in-
iunctum.l.Plautius,alias Claudius. in prin.
vbi Odof.Bart.Alber.Bald.& cęteri ſcriben
tes,poſt quos late Soc.& l.ſequēti.§.ſi pars.
vbi Bar.ff.de cond.& dem. & ſupra par.1.c.
6.num.24.& 25.& infra c.6.q.4. Quia ſicut
2 hæres exoneratur, ita debet pati alium exo-
nerari. Aut hęres non fuit ab initio ad inte-
grum legatum obligatus,& iterū eſt diſtin-
guendum. Nam aut hoc contingit propter
beneficium hęredis,quem teſtator non po-
teſt grauare;Aut ex facto teſtatoris, quia a-
lienauit partem legati,vel ademit.Primo ca
ſu eſt iterum diſtinguendū. Nam aut onus
eſt intrinſecum, aut extrinſecum:aut fuit al
ternatiue intrinſecum ſcilicet,& extrinſecū
appoſitum.

3 Si eſt intrinſecum minuitur. gloſſ. in di-
cta. leg. Plautius. in verbo. Tanto mi-
nus.

4 Si eſt extrinſecum, idem dicta. gloſſ.
quam ad hoc allegat ibi Bartol. numero
quarto in fine,& cęteri ſcribentes.

Si fuit alternatiue impoſitum iterum di-
ſtinguendum eſt.

Nam aut fuit relictum quantitatis, aut
5 fuit relictū ſpeciei.Si quantitatis,minuitur

leg.pœnalis.§.fina. ff.ad leg.Falcid.quam ad hoc allegat Barto,in leg.ſimili Stichus.ff.de leg.1.Si ſpeciei,non diminuitur.d.l.ſi mihi. & ibi Bar,licet legatum minuatur per Falcidiam.Bartol.in dicta leg.Plautius. nume. 4. verſic.ſed illis caſibus.ff.de cond.& demon.
6 & ſupra par.1.cap.6.num.25. Secundo caſu ſi legatum diminuitur ex facto teſtatoris indiſtincte diminuitur onus.leg.qui heredi.§. ſi pars.vbi Bart.ff.de cond. & dem. Si onus
7 ſecundo caſu primæ diſtinctionis eſt impoſitum per viam modi,minuitur in omnibus caſibus,in quibus minuitur onus impoſitũ per viam conditionis d. leg. Plautius, quia eadem eſt ratio,immo maior ſecundum Bartol.ibi num.4.per leg.ab omnibus.§. ſi à Titio.ff.de leg.1.& per l.1.C. de his, quæ ſub modo, quas ibi ad hoc allegat. Sed in caſu l.ſerui electione.§. 1.ff. de leg. 1. ſecundum Bart.in d.leg.Plautius.num.2.onus non diminuitur,quia non videtur quod ab initio
8 Teſtator plus reliquiſſet, & Agetur aut officio iudicis,aut conditione ſine cauſa.Bar. in fine dictę.leg.Plautius.
9 Idem eſt de augumento ſuperueniente rei legatæ facto poſt teſtamentum à teſtatore, quod auget legatum quoad commodum legatarij,non quoad onus.leg.ſi ex toto, vbi Bart.& Iaſ. nume.1.2.3.4.& 5.Bald. per totam.ff. de leg. 1. quamuis legatum auctum eſſet conditionale. Barto.in leg.ſeruum filij. num.3.verſi.ſed ſi legaui fundum.ff.eod. de qua re late per caſus diuerſio,Pereg.de fidei com.art.4.per totum.

SVMMARIVM.

1 *Grauari non poteſt qui non honoratur.*
2 *Legatarius quantitatis non poteſt in quantitate plus grauari,quam honorari.*
3 *Legatarius quantitatis,ſi grauatur in ſpecie propria,poteſt in plus grauari,& ſibi imputetur,ſi agnoſcit;ſi grauatur in ſpecie aliena non vtique.*
4 *Legatarius certæ ſpeciei ſimpliciter non poteſt in plus grauari,quam honorari.*
5 *Legatarius certæ ſpeciei alternatiue poteſt in plus grauari quam honorari, & hoc pẽdet ab arbitrio ſuo.*
6 *Legatarius quotæ,ſeu vniuerſalis à Teſtatore non poteſt plus grauari,quam honorari ex natura rei relictæ;ſed agnoſcendo hæreditatis portionem, ſeu hæreditatem damnoſam in plus grauatur,quam honoretur.*
7 *Officio Iudicis, vel conditione ſine cauſa agitur per ſe plus grauatum, quam honoratum.*

Caput 1. Quæſtio 25.

INdubitati iuris eſt,quem non poſſe grauari,ſi & in aliquo non honoretur.leg.ab
1 eo.9.C.de fideicom.leg.filiusfamilias. 111. §.apud.ff.de leg.1.l.1.§.ſciendum.ff.de l.3. l.ſed & ſi.6.in fine.ff.eod.leg.plane.91.§.fi. ff.de leg.1.l.1.§ ſi is qui. ff.ad Trebell.l.ex facto.17.§.non tantum.in fine.ff.eod.ſed in dubium reuocatur. Verum legatarius poſſit in plus grauari,quam honoretnr? & eſt diſtinguendum.Nam aut relinquitur quantitas,aut ſpecies certa,aut Quota. Primo caſu ſi relinquitur quantitas,iterũ eſt diſtinguendum; Nam aut grauatur in quantitate,aut grauatur in ſpecie;Si in quantitate non po-
2 teſt in plus grauari,quam ſit illa quantitas, & commodum vſurarum.leg.Imperator.in princ.& §.ſi cantum,vbi Bart. ff. de leg. 2.l. ſi cum. 15.ff. de iure codicillorum. §. poteſt autem.Inſt.de ſingul.rebus per fideicom.relictis.& infra capit.5.quæſt.18.Si grauatur in ſpecie iterum eſt diſtinguendum; Nam aut grauatur in ſpecie propria,aut in ſpecie aliena redimenda; Si in ſpecie propria po-
3 teſt in plus grauari, & ſibi imputetur, ſi agnouit.d.l.Imperator.§.cum quidam.verſi. hoc ſi ita,& leg.ſi minor.ff.de minoribus.Si grauatur in ſpecie aliena,& non poteſt grauari vltra uires legati, etiam ſi agnouit. leg.Sed ſi non ſeruus.in princ.ff.ad leg.Falcidiam.

Secundo caſu ſi relinquitur ſpecies certa, eſt pariter diſtinguendum; Aut enim legatur ſimpliciter,aut Alternatiue.
4 Si ſimpliciter,non poteſt in plus grauari, quam ſit pretium illius rei cum fructibus.l. ciuitatibus.§.ſi.ff.de leg.1.& d.l.filius.111. §.apud Marcellum.ff.eod. Si alternatiue le-
5 gatur poteſt grauari quantum valet res illa, quæ pluris eſt,etiamſi illam agnouerit,quæ eſt minoris. leg. plane. 91. la ſecunda. §. ſi cui. ff. de leg. 1. cum alijs adductis ſupra in princ.

Tertio caſu ſi relinquitur quota, vel aliquid vniuerſale,quod contineat debita, & credita,& eſt iterum diſtinguendum. Nam aut quæris vtrum poſſit grauari à Teſtatore vl-

re vltra valorem ipſius quotę;aut quæris, v-
trum ille, cui relinquitur poſſit grauari ex
natura rei relictę.Primo caſu non poteſt.d.
6 leg.Imperator.§.cum quidam.d.leg.ſi cum.
15.ff. de iure codicillorum d.§. poteſt autē.
Inſt.de ſing.rebus per fideicom. relict.l.no-
men. 33.§. vni. ff.de leg. 3.Secundo caſu, ſi
agnouerit portionem hæreditatis, quæ ſit
damnoſa,grauatur, quia tenetur agnoſcere
omnia debita.d.§.cum quidam,& d.§.apud
Marcellum.leg.ſi quis.8.§.fin.cum l.ſequē-
ti,& leg.cum pater.79.§.mente,& l.cum fi-
lius.78.§.Lucio,& l.Lucius.90.§.quæ mari
to.ff.de leg. 2.Siue grauetur per viam condi
tionis,ſiue per viam Modi per ſupradicta iu
ra,& facit.l.vlt.C.de iure deliber. Quia hæ-
res adeundo approbat Teſtamentum, & o-
nera ſibi impoſita in tantum, vt non poſſit
contrauenire. Dec.in conſi.254.nu.3. Cur.
iun.in conſi.120.num.7.

Et ſine inuentario legitime confecto di-
citur quis hæres,& tenetur ad omnia onera
ſibi impoſita,& ſi hæreditas non ſufficiat.d.
leg.fin.C.de iure delibe.& late Rota diuer.
in deciſ.72.ſub num.10.& ſeq.par.2. Card.
Mant.de coniect.lib.7.tit.1. numero 35.
7 Et agetur aut officio Iudicis,aut conditio-
ne ſine cauſa in illis caſibus,in quibus non
poteſt in plus grauari. Bart.in leg. Plautius
in fine.ff.de cond.& demon. Vbi ex his in-
fert ad contractum,nam ſi res eſt diminuta,
pretium diminuitur,& agitur actione ex vē
dito. ibi num.6.in prin.& fine.Quod intel-
ligendum eſt.quando periculum rei emptæ
ſpectat ad venditorem, ſecus ſi ad emptorē
leg.1.& tot.tit.ff.de commod.& pericul.rei
vendi. & faciunt allegata in quæſt.præcedē
ti,& quæ notat Emanuel a Coſta in cap.ſi
Pater.3.par.in verbo perſonis n.25.26.27.
& 28.de teſtamētis,& quę adducit Pereg.
de fideicom.ar.33.num.34.& ſeq.hanc ean
dem quæſtionem firmando per quatuor cō
cluſiones ſupradictis diſtinctionibus, con-
formes vſque ad num.41.fol.298.

SVMMARIVM.

1 *Filius à Patre poteſt ſub poteſtatiua conditio
ne hæres inſtitui.*
2 *Filius à Patre ſub caſuali conditione poteſt
hæres inſtitui, ſi in defectum conditionis
exhæredatur, ſi non exhæredatur, non vti-
que.*
3 *Filius deficiente conditione non exhæredatus
inuenitur hæres Patris.*
5 *Filius emancipatus poteſt ſub omni conditio-
ne hæres inſtitui.*
6 *Reſpectu legitimæ hæc iure nouo non proce-
dunt.*

Caput 1. Quæſtio 26.

HAeres poteſt ſub conditione inſtitui
l. 1. cum legibus ſequentibus & toto
titulo.ff.de cond.Inſt.& ſecundum allegata
inferius in quęſt.89.num.1.2.& ſequen.ſed
in dubium reuocatur. Vtrum filius à Patre
poſſit ſub conditione hæres inſtitui? Et eſt
diſtinguendum; Nam aut conditio,ſub qua
inſtituitur,eſt Poteſtatiua,aut Caſualis, aut
Mixta.

Si eſt poteſtatiua,poteſt hęres ſub ea in-
ſtitui.leg.ſuus quoque.4. vbi Bart.in prin.
1 ff.de hæred.inſt.& leg.ſi Pater.4. vbi gloſſ.
magna.Bar.& Bald.in princ. & nume.16.&
22.C.de Inſt.& ſub.& glo. in leg. 2. in ver-
bo.Matris tuæ.C.eod. Alexand.in leg. cum
Poſthumus.in fine.ff.de lib.& poſthu.teſta-
tur de communi.Socc.in conſi.21. nume.1.
lib.3.Ioan.de Dilectis de arte teſtandi tit. 3.
cau.4.nu.2.Clarus in §.teſtamentum quęſt.
39.num.1.& ſupra par.1.cap.5.num.11.ver
ſic.quod verum,quod & admittit Molin.de
Hiſpa.Primog.lib.2.cap 1.nume.30. & 31.
Quia diſpoſitio facta ſub conditione pote-
ſtatiua habetur pro pura.leg.1.§. qui ſub cō
ditione.ff.ſi quis omiſſ.cauſ.teſtam.Bart. in
l.ita ſtipulatus.vbi Cuma.nu.2.ff. de verbo.
oblig. Surdus in deciſ.232.nume.13.& 14.
& infra q.33.

Si eſt Caſualis, vtique eſt diſtinguendū;
Nam aut in defectum conditionis exhęreda
tur, aut non exhæredatur. Si exhæredatur,
2 poteſt ſub conditione caſuali hæres inſtitui
d.leg.ſi pater.ibi.nec in defectum eius. vbi
glo.Ioan.Faber.Odofr.Cyn.& Bar.num.1.
& Bald.nume.1. & 2. C.de inſt.& ſubſt.vbi
Iaſ.nu.8.& ſeq.Cla.vbi ſup.n.2.& ſup. par.
1.ca.5.num.11.verſi.Item ſi conditio, quia
ſi conditio defecerit,ſemper fuit exhæreda-
tus,ſi vero extiterit, ſemper fuit inſtitutus,
quia retrotrahitur.leg.hæres quandoque &
ibi Barto.ff.de acquir.hęred. Si in defectum
conditionis non exhæredatur, non poteſt
inſtitui.d.leg.ſi Pater.vbi glo.in verbo,non
videtur.
3 Quia deficiente conditione ſuus hęres in-
uenitur neque inſtitutus, neque exhæreda-
tus,

tus,& ſic teſtamentum nõ valet.§.1.in prin. Inſt.de exhæred.liber.& Bar.in d.l.ſi pater. nume. 1.verſic.ſed ſi non eſſet exhæredatus in defectum.Si eſt mixta eſt,diſtinguendum vt in caſuali,& pariter reſoluendum.prædicta. leg. ſi pater.ibi nec exhæredatum te allegas,& per glo.& alia ſupra in caſuali allegata. Bart.in d.leg.ſi ſuus.num.6.verſi.quęro quid ſi filius eſt inſtitutus,ſub conditione mixta.

4 Quæ omnia habent locum niſi filius ſit emancipatus. Quoniam emancipatus poteſt ſub omni conditione inſtitui hęres.leg.3.§. ſi ſub ea.ff.de contratab.& Bart.in d.l. ſuus. num.2.gloſſ. in d.l.ſi pater.in verbo.& ideo vbi Bart.& Bald.in prin.Iaſ.num.7.& 8. Ludo.Molin.de Hiſpan.Primog.lib.2.cap.11. num.37.& in promptuario meo differentiarum in verbo.conditio, & ſupra par. 1.cap. 5.nume. 11.verſic.prout valet,& ſecundum Clarum in dicta quæſt.39.num.3.concluſio hęc habet locum etiam in Nepote.Sed dubitatur an iure nouo propoſita ſuperius procedant,cum à legitima omnis conditio reijciatur.l.quoniam in prioribus. C. de inoffi.
5 teſtamento, vt merito ſaltim quoad legitimam videatur pure inſtitutus, hanc quæſt. reſoluit Clarus vbi ſupra.num. 4.vbi dicit, Teſtamentum nõ valere,& multos allegar, & dicit communem, & latiſſime controuertitur apud Ludo. Moli.de Hiſpan. Primog. libro 2.cap.1.nume.32.& ſequent. vide ſupra par.1.cap 5.ſub num.7.& pro hac adeſt elegans conſi.Soccin.97.& 98.libro tertio. Bellamer.deciſ.26.Dilect.de arte teſta.titu. 3.caur.1.num.2.& multos adducit Soccin. in dicto conſil.98.nume.1.Sed ſecundum Clarum vbi ſupra magis communis eſt in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Filius poteſt in Iudicio Teſtamento paterno renunciare,& ab inteſtato ſuccedere.*
2 *Filius habens cohæredem, vel ſubſtitutũ vulgarem.poſtquam in iudicio renunciauit teſtamento paterno,non ſuccedit.*

Caput 1. Quæſtio 27.

VTrum filius inſtitutus ſub conditione poteſtatiua nolens ei parere,ſed ab inteſtato ſuccedere,ac Teſtamento paterno renunciare id facere poſſit? Bal.in leg.ſi pater. num.24.de inſt.& ſubſt. dicit, quod id po-
1 teſt in iudicio, non autem extra iudicium. Sed poſtquam in iudicio renũciauit,an poſſit ſuccedere ab inteſtato? Et diſtinguendum eſt.
2 Nam aut habet cohæredem teſtamentarium,uel ſubſtitutum vulgarem,& non poteſt ſuccedere.leg.filium.60.ubi glo.& Bar. in princ. ff. de acquir.hęred.& leg.heres.3. ubi gl.& Alexan.C.de impob.& alijs ſubſt. Bald.in leg.ſi pater.nume. 24. C. de inſt. & ſubſt.Aut non habet cohæredem neque ſubſtitutum,& poteſt.Bald.ibi num.24.uerſic. niſi habeat cohęredem,uel ſubſtitutum uulgarem,& allegata ſuperius in quæſt. 26. in princ.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes,quos nemo præcedit, poſſunt uti ſiij ſub conditione poteſtatiua inſtitui.*
2 *Nepotes,quos aliquid præcedit,poſſunt ſub omni conditione inſtitui.*

Caput 1. Quæſtio 28.

VTrum Nepotes poſſint hæredes inſtitui ſub conditione.Et eſt diſtinguendum.Nam aut nemo eos præcedit, Aut aliquis eos præcedit.

Primo caſu eſt iterum diſtinguendum, Aut enim fuerunt inſtituti ſub conditione poteſtatiua : Aut Caſuali, ſeu Mixta.
1 Si ſub poteſtatiua,& poſſunt.gloſſ. 1.in dicta leg.ſi pater. ubi Iaſ. nume. 16. uerſic. in quarta. Dec.num.14.& in conſil.246.col.1. in fine.

Secundo uero caſu ſi aliquis eos præcedit, & tunc abſque diſtinctione poſſunt ſub qua
2 uis conditione hæredes inſtitui ſecundum prædicta iura & Clarum in dicto.§. Teſtamentum.quæſtio.39.ſub.numero 3.& allegata ſuperius in quæſtio. 26.ſub numero quarto.

SVMMARIVM.

1 *Conditio Impoſſibilis,ſeu Turpis habetur pro non ſcripta.*
2 *Conditio impoſſibilis adiecta exhæredatione vitiat.*

3 Con-

3 *Conditio falſa de præterito nunquam habetur pro impleta.*

4 *Conditio poteſtatiua, ſi non ſteterit per honoratum habetur pro impleta.17.*

5 *Niſi honoratus fuerit in mora.21.*

6 *Conditio caſualis quomodocunque deficiat, impedit diſpoſitionem, niſi in tribus caſibus ibi poſitis.*

7 *Conditio Mixta, ſi facto alterius, à quo pendet, impediatur, habetur pro impleta, etiã quod iuſte impediatur.10.*

8 *Secus ſi deficiat facto eius, qui debet implere.*

9 *Conditio mixta, ſi deficiat caſu, vel fortuna, nunquam habetur pro impleta, niſi in quatuor caſibus ibi.*

12 *Conditio, ſi non impleatur, quia ſteterit per eum, qui debet obligari, quando habeatur pro impleta.*

13 *Conditionis implemento, ſi quis noluerit à principio conſentire, & poſtea voluerit, & alius recuſet, an non obſtante recuſatione conſequetur relictum.*

14 *Conditio, quæ ſemel fuit habita pro impleta, non poteſt amplium deficere.*

15 *Conditione impleatur videtur quis in dubio directe agere, & habetur pro impleta.*

16 *Conditio non habetur pro impleta, quando datur regreſſus contra tertium impedientem, qui ſit ſoluendo.*

19 *Conditio quæ pendet ex facto ſtipulatoris, & alterius, quando habeatur pro impleta, & quando non.*

Caput 1. Quæſtio 29.

VTrum conditio aliquando fictione iuris habeatur pro impleta, itaut agi poſſit? Et eſt diſtinguendum; Nam aut conditio eſt impoſſibilis, ſeu Turpis, quæ impoſſibilis reputatur, aut eſt honeſta, & poſſibilis.

1 Primo caſu habetur pro non ſcripta. leg. obtinuit.ff.de cond.& demon. leg.1. & leg. conditiones. la prima, & la ſecũda.ff.de condit.inſt.& ſupra in par.1.cap.2.num.2.& ſequen. Sed ſi ſit pro parte poſſibilis, & pro parte impoſſibilis, debet pro parte poſſibili impleri. Bartol.in dicta.l.1.num.10.

Et Impoſſibilis conditio adiecta exhæredationi non reijcitur ſed vitiat exhęredatio
2 nem, quæ non debet interpretatione benigna adiuuari ſecundum Soccin.ſeni. in leg. 3.§.pure.num.3.ff.de lib.& poſthum.

Secuudo vero caſu ſi conditio ſit poſſibilis, & honeſta, & eſt iterum diſtinguendũ;
3 Nam aut eſt falſa de præterito, & tunc nunquam habetur pro impleta. l. cum in ſecundo.ff.de iniuſto teſtaméto. Bal.in dicta. leg. 1. nu. 10. Aut eſt conditio futuri temporis, quę eſt propria, & tunc pariter eſt diſtinguẽdum; Nam aut eſt poteſtatiua, aut Caſualis, aut Mixta.

Primo caſu, ſi non ſteterit per honoratũ,
4 habetur pro impleta.leg.quæ ſub conditione.§.1.in fine.ff.de condit.inſt.Bart. in leg. 1.in 2.oppoſ.ff.de inſt.& ſubſt.Bald. in d.l. 1.nume.8.& cęteri ſcribentes.Bartol.& alij in leg.in teſtamento.la ſecunda.ff. de cond. & demon.

Verum ſi is, qui debebat implere, fuit in mora, licet poſtea aliquo caſu impediatur
5 implere, quia ob eius moram ſemel videtur defecta, non habebitur amplius pro impleta.Bartol.in dicta leg.1.nume.1.verſic.ſi ita fortuito, vbi Bald. numero 8.ibi, niſi culpa præcederet caſum, & Crau.in conſi. 202.nume.8.& infra attingam in particulari quęſt. 66. an mora poſſit purgari. & in quæſt.99. in fine.

Secundo caſu ſi eſt caſualis, ſolus ipſius euentus inſpicitur, & ideo quomodocun-
6 que deficiat, impedit diſpoſitionem, nec habetur pro impleta.le.vnica.§. ſin autem ſub conditione.C.de caduc.toll.Bartol.in dicta leg.1.in prima oppoſ.C.de inſt.& ſubſt.vbi Bald.num.10.& cæteri ſcribentes. Caſtren. in conſil. 136.colum. 1.verſic.& conſtat, & nume.2.verſic.& ideo ſicut in conditionib. lib.1.

Quod quidem non procedit in ſeruo pure inſtituto hærede, cui ſub conditione caſuali ſit relicta libertas.leg.final.ff. de neceſ. ſeru.hæred.inſt.Nec minus procedit, ſi conditio caſualis deficiat facto eius, cuius interſit conditionem non impleri, quoniam generaliter receptum eſt, quod quoties per eũ cuius intereſt, non impleri fiat, vt non impleatur habeatur perinde ac ſi impleta fuiſſet.leg.iure ciuili.ff.de cond.& demonſt. & in terminis conditionis caſualis Socci. ſen. in leg.in teſtamento la ſecunda. nume. 4.ff. eod. Prout minus procedit, ſi teſtator fuiſſet etiam conditione deficiente, nihilominus relicturus.gloſſ.in leg.1.de Inſt. & ſubſt. & ibi Caſtren.& ſequitur Soccin. in dicta leg. in Teſtamento.num.4. in fine. hãc eandem diſtinctionem pro reſolutione, propoſitæ

quæ-

quæſtionis affert Henric. Boich. in cap. ſicut ex literis numero 7. & ſequen. de ſponſal. & matrimonio.

Tertio caſu, quando conditio eſt Mixta, eſt pariter facienda diſtinctio. Aut enim eſt mixta, quia pendet partim ex poteſtate honorati, & partim à caſu, vel fortuna.

Primo caſu ſi facto alterius impeditur, habetur pro impleta, vt eſt tex. in leg. 1. & ibi Bar. in prima oppoſ. C. de Inſt. & ſubſt. cum enim conditio pendeat ex facto duorum, ſi deficiat facto illius, in cuius perſona debuit impleri, habetur pro impleta dicta l. 1. & leg. in teſtamento. la ſecunda, & leg. vter ex fratribus, & dicta leg. iure ciuili. ff. de cond. & demon. & infra. cap. 5. quæſt. 12. Boich. vbi ſupra.

Sed ſi deficiat ex facto eius, qui debet im
plere, nunquam habetur pro impleta. leg. ſi
8 diuerſis. ff. eod. gloſſ. in d. leg. in teſtamento
vbi Socc. nume. 5. & 6. qui dicit gl. illam eſſe
communiter receptam.

Si vero deficiat caſu, vel fortuna eſt ſimi
liter dicendum, quod nunquam habeatur
9 pro impleta. leg. legatum. C. de condit. inſt.
Bartol. in dicta leg. 1. num. 1. in ſecunda op
poſ. & Bald. numer. 6. C. de inſtitu. & ſubſt.
Sed hęc non procedunt in legato liberta
tis. leg. cum ita datur. ff. de condict. & de
monſtr.

Secundo non habēt locum in legato ad pias cauſas, quia à libertate ad cauſam piam valet argumentum, Bar. in leg. proxime. ff. de his, quæ in Teſtam. delen. Rom. in auth. ſimiliter. num. 98. C. ad l. Falcid. Soc. ſen. in dicta leg. in teſtamento. numero 7. Igneus in authen. ex cauſa. numero 50. de liber. prætor.

Tertio non procedunt, quando conditio fuit adiecta duobus, & pro parte deficiat, & pro parte impleatur. l. penul. §. 1. ff. de cond. & demon. Socc. in d. l. in teſtamento. nume. 7. ff. eod. quod intellige ſecundum diſtinctiones, quas facio ſupra in quæſt. 21. 22. & 23.

Quarto non habent locum prædicta in legato alimentorum. leg. 1. C. de legat. & ibi gloſſ. leg. annua. ff. de annu. lega. l. illis libertis, & ibi Bartol. ff. de cond. & demon. idem Bart. in leg. qui concubinam. §. vxori. num. 3. ff. de leg. 3. Corne. in conſi. 323. nume. 10. in fine. lib. 1. de communi teſtatur, Ruin. in conſi. 42. num. 2. lib. 2. & ſupra par. 1. ca. 14. num. 10.

Sed ſi conditio mixta deficiat facto Ter
tij, ſine quo nou poſſit impleri, quia pręſtet
10 impedimentum, habetur pro impleta etiam
quod impedimentum ſit iuſtum. leg. Titius
ſi ſtatuas. ff. de cond. & demon. Bart. in l. Mę
uia in princ. ff. de annu. leg. l. ſi poſt diem. §.
item ſi qua conditio. ff. quand. dies leg. ced.
Bald. in l. 1. num. 9. C. de inſt. & ſubſt. infert
ad multa. leg. 3. ff. de condit. inſt. Cornel. in
conſil. 323. num. 4. lib. 1. & Gozzad. in con
ſil. 40. num. 8. Sed in propoſito eſt repeten
da diſtinctio, quam facit Alber. in l. etſi poſt
tres. numero 25. ff. ſi quis cautionibus.
Aut enim ſtat per eum, qui debet obliga
ri, Aut per Tertium, aut per Caſum, ſeu
fortunam.

Si per eum, cui debet quæri, non habetur pro impleta, vt puta promitto tibi decem, ſi Titius venerit Romam, tu facis, ꝙ Titius nō veniat, hoc caſu non habetur pro impleta, nec habebis decem, quia culpa tua conditio non fuit purificata, quod eſt tibi imputandum. leg. damnum quod quis. ff. de regul. iur.

Si ſtat per eum, qui debet obligari, tunc
aut illud, quod erat deductum in conditio
12 ne erat implendum in perſona promiſſoris,
vt promitto tibi decem, ſi mihi librum ſcri
pſeris, vis ſcribere, & ego nolo, habetur pro
impleta. leg. iure ciuili. ff. de cond. & demo.
cum alijs allegatis ſuperius. Aut erat implē
dum in perſona alterius Tertij, vt ſi dico, li
brum meum, quem habeo pignoratum, tibi
vendam, ſi eum liberauero à creditore, ſtat
per me quominus liberem, hoc enim caſu
conditio non habetur pro impleta. leg. cum
ab eo. ff. de contrah. empt. vel ſi Teſtator le
gauerit Titio, ſi Seia ei nupſerit, Si per Ti
tium non ſtat, ſed per Seiam legatum non
debetur, quia conditio eſt principaliter ap
poſita in perſona Sæiæ, & conſequenter de
bet eſſe in eius poteſtate, an velit nubere Ti
tio. dicta leg. cum ab eo, & ita tenet Cyn.
in leg. 1. in fine. C. de inſt. & ſubſt. vbi Ia
cob. de Rauenna per tex. in leg. ſcribit. §. ſi
mihi Bibliothecam. ff. de contrah. empt. in
illis verbis per me ſtet, quominus à Campa
nis. arguendo à contrario ſenſu ſequuntur
ibi Petr. Fulgo. & Cuman. & Imol. in dicta
leg. in teſtamento la ſecunda vbi Socc. ſen.
num. 9. dicit ex mente Alexan. eſſe hanc opi
nionem tenendam, quicquid dicat ibi gloſ.
licet poſtea argumentetur pro gloſſ. & non
reſoluat.

In

In eodem propoſito, ſi Seia à principio
noluerit conſentire, & poſtea velit nubere
13 Titio, & Titius recuſet, dubitatur, an Ti-
tius conſequatur relictum. Cyn. in dicta leg.
1. C. de inſt. & ſubſt. dicit, eum non poſſe le-
gatum conſequi, quia vltima mora ei no-
cet, ſed Bal. tenet contrarium & Salic. quan
14 do conditio fuit ſemel habita pro impleta,
quo caſu non poteſt amplius deficere. dicta
leg. in teſtamento, hanc ſequuntur Caſtre.
& Alexand. in dicta leg. 1. Imol. in dicta leg.
in teſtamento ita diſtinguendo concordat,
Aut enim legatarius eſt conſequutus loga-
tum, & tunc procedat opinio Baldi, aut non
eſt conſequutus legatum, & tunc per hæredē
excipi poteſt, niſi matrimonio cōſentiat. l.
Mutianæ. & l. hæc conditio. ff. de cond. & de
mo. Soc. vero in d. l. in teſtamento. nu. 11. la-
te hoc declarat.

Si vero ſtat per Tertium, quominus con-
ditio impleatur, in cuius tamen perſona nō
debuit impleri, an habeatur pro impleta.
Bart. in d. l. in teſtamento diſtinguit. Aut e-
nim ille tertius directo agit, vt impediat, &
15 tunc habetur pro impleta. & in dubio vide
tur hoc directo agere, vbi allegat leg. 3. §. ſi
quis ſeruum. & leg. non omne. ff. de ſtatu li-
ber. ſequitur Bald. in d. l. 1. num. 14. & Alex.
num. 4. C. de inſt. & ſubſt. Socc. in dicta leg.
in teſtamento. num. 12. Rui. in conſi. 42. nu-
me. 14. lib. 2. Cornel. in d. leg. 1. & in conſil.
323. nam. 5. lib. 1.

Quod tamen verum eſſe aiunt abſolute,
quando non datur regreſſus contra tertium
16 impedientem, quando vero datur regreſſus
conditio non habetur pro impleta, ſed agi-
tur contra impedientem pro releuatione in
demnitatis. leg. inde Neratius in princ. ff. ad
leg. Aquil. gloſſ. in d. l. 1. Cornel. in d. conſi.
323. ſub nume. 7. Sed ſi per actionem illam
contra impedientem non ſuccurritur hono
rato, puta quia ſit non ſoluendo, neceſſe eſt,
quod tunc conditio habeatur pro impleta
ſecundum dictam leg. inde Neratius, & leg.
vltim. ff. de eo, per quem factum erit & leg.
Titio. §. vltim. ff. de condict. & demon-
ſtrat.

Quod idem eſt de cond. Poteſtatiua, vt ſi
17 fuerit impedicta facto tertij iuſte, ita vt con-
tra eum actio dari non poſſit, quod habeatur
pro impleta Bart. in dicta l. 1. per l. ſi Titius
ff. de cond. & dem. l. inde Neratius. §. idem
Iulianus. ff. ad l. Aquil. Rom. in ter conſ. Ca-
ſtr. 228. num. 2. verſ. reſpondetur lib. 2. ſi ve-
ro iniuſte facto Tertij fuit impedita, ſi ille
eſt ſoluendo non habetur pro impleta, ſi
non eſt ſoluendo, habetur pro impleta, vt
predixi.

Si vero ſtat per caſū, ſeu fortunā, & tūc ſi
illa deficiat non habetur pro impleta. l. quæ
18 ſub cōditione §. quoties. ff. de cond. & dem.
& relictum extinguitur glo. in rubr. eod. &
in l. in teſtō. l. 2. Bart. in dicta l. in 1. oppoſ.
C. de inſt. & ſubſt. vbi Bald. num. 10. Socci.
ſen. in dicta l. in teſtameno. nu. 5.

Si vero dependet ex facto ſtipulatoris, &
19 alterius, vt promitto tibi decem, ſi cū Titio
moratus fueris, & tunc aut eſt appoſita fauo
re eius, cui debet, & tunc ſi caſu fortuito im
peditur, habetur pro impleta. leg. 1. C. de le
gat. Aut non eſt appoſita fauore ſuo, ſed alte
rius, vt Cuidam diſcreto viro fuerunt pro-
miſſa, ſeu legata decem, ſi ſteterit cum filijs
ipſius promittentis, ſeu legantis. Hoc enim
caſū ſi à fortuna impediatur, quia filijs ſint
mortui conditio non habetur pro impleta,
& relictum non conſequetur l. illis libertis.
ff. de cond. & dem. & ſuperius in 1. par. c. 14.
ſub nu. 9. & ſeq. ſimilem diſtinctionē tacito
Alberico authore faciunt Mod. Patauini de
fideicommiſſ. artic. 16. num. 137. & ſequen-
tibus.

S V M M A R I V M.

1 *Conditione remota facto Teſtatoris reuocatur non legatum.*

2 *Conditionis implementum impediens Teſtator ex facto voluntario, licet conditionem non remoueat, tamen adimit legatum.*

3 *Conditio deficiens facto Teſtatoris neceſſario non adimit legatum.*

4 *Conditio, vt non habetur pro impleta poteſt facere Teſtator, quamuis per aliquem ſteterit, vel non ſteterit, quominus impleatur vel non impleatur.*

Caput 1. Queſtio. 30.

SI cōditio deficiat facto ipſius teſtatoris
vtrū habeatur pro impleta? Socc. ſen. in
l. teſtamēto la 2. ff. de cōd. & dem. diſtinguit.
Aut. n. cōditio deficit facto Teſtatoris, quia
ipſe remouet ſolā conditionē, & tūc legatū

non reuocatur. l. ſi quis ſeruum. ff. eod. vbi
etiam Bart. Caſtren. Imol. & alij Cadinalis
Mantica. de coniect. lib. 12. tit. 2. nume. 28.
2 Aut condirio ex facto voluntario Teſtato-
ris non poteſt impleri, & tunc, cum ipſa im-
pediat implemenrum. & condirionem non
remouet, intelligitur voluiſſe adimere lega-
tum, leg. cum tale. §. falſam conditionem. ff.
de cond. & demon. Bart. in l. aliumnæ. §. Se-
iæ. ff. de adimen. leg. & in dicta l. ſi quis ſer-
uum. Soccin. in dicta l. in teſtamento. num.
13. Signor. in conſi. 2. num. 4. & de hac re in
fra c. 6. quæſt. 4. multa deduximus, & quæſt.
5. Peregr. de fideicomm. art. 16. nume. 156.
fol. 61. Aut condirio deficit facto Teſtato-
3 ris neceſſario, ſeu impeditur eius implemen
rum, & tunc non videtur, Teſtatorem ha-
buiſſe animum adimendi legatum. argumẽ-
to leg. fideicommiſſa. §. ſi rem. ff. de leg. 3. l.
3. §. conditio. ff. de adimen. leg. quod exem-
plificari poteſt in caſu, de quo querit Bald.
in l. 1. nume. 22. C. de inſt. & ſubſt. vbi que-
rit, Si Teſtator reliquit Frarribus Predica-
toribus ſcuta centum pro ſepultura, & po-
ſtea deceſſerit excommunicatus, itaut non
potuerit in Eccleſia ſepelliri, cap. ſacris. de
ſepul. c. ad hec de priuileg. & exceſſ. prælat.
an nihilominus ipſis fratribus legatum de-
beatur, licet ipſe Teſtator faciat, quod con-
ditio non poſſit impleri, & Soccin. reſoluit
ibi, quod debeatur; quod idem tenuerunt
ante eum Dyn. quem refert, & ſequitur Bal.
in l. Miles. §. vlt. ff. de adulter. vbi Bartol. ſe-
quitur Salic. in dicta leg. 1. num. 6. Caſtren.
num. 8. Alexand. nume. 11. & Peregr. vbi ſu-
pra dicto nume. 156. & Bald. in conſil. 478.
nume. 2. verſic. & ideo conditio, lib. 1. dicit,
quod conditio deficiens facto eius, qui eam
appoſuit in ſuum fauorem, non vitiat per
tex. in leg. ex his. cum ibi notatis per Doct.
4 C. quand. dies leg. ced. Tamen poteſt facere
Teſtator, vt conditio non habeatur pro im-
pleta, quamuis per aliquem ſteterit, quomi-
nus impleatur. Alcia. in l. nemo poteſt. num.
8. ff. de leg. 1. & ſupra part. 1. capitulo 51.
in fine.
Sed ſi ſolum legauerit prætextu ſepultu-
ræ, tunc enim ſepultura alibi facta, ſeu ele-
cta legatum eſt ademptum. Bald. in leg. his
conſequenter. §. vlt. ff. famil. hercis. & debe-
bitur illi Eccleſiæ, in qua ſibi fecit, ſeu ele-
git ſepulturam. idem Baldus in leg. ſi filia.
in fine. ff. eodem ſequitur Cardinalis Man-
tica. de coniect. libro decimoſecundo titulo
ſecundo numero vigeſimonono remiſſiue
ad libr. octauum titulum ſextum, & Pere-
grin. de fideicommiſ. articulo 16. numero
156.

S V M M A R I V M.

1 *Conditio, ſi per grauatum non ſtat, quominus impleatur, habetur pro impleta.*
2 *Conditio, ſi per grauatum non ſtat, quominus impleatur, non ſemper habetur pro impleta.*

Caput 1. Quæſtio 31.

SI per grauatum non ſtat, quominus im-
pleatur. Vtrum ſemper habeatur pro im
pleta?
Et ſunt diſtinguendi caſus; Aut enim
voluntas Teſtatoris non repugnat aut re-
pugnat.
1 Si non repugnat, ſemper habetur pro
impleta, ſi per grauatum non ſtat, quomi-
nus impleatur. leg. vter ex fratribus, vbi
Bartol. ff. de condit. inſtitu. & per allegata
ſuperius in quæſtio. vigeſimanona verſi-
culo aut conditio futuri temporis.
Secundo vero caſu ſi repugnat voluntas
defuncti, nunquam habetur pro impleta. di
2 cta leg. vter ex fratribus, vbi Bartol. nume-
ro primo, & leg. in conditionibus in princ.
ff. de cond. & demonſt. gloſſ. in leg. in exe-
quutione §. final. ff. de verbo. oblig. quia po
teſt facere Teſtator, vt non habeatur pro
impleta, quamuis non ſteterit per graua-
tum quominus impleretur. Alciat. in leg. ne
mo poteſt. num. 8. ff. de leg. 1. vt in exemplo
conditionis. Si vicerit, de quo ſupra part. 1.
cap. 51. & in exemplis traditis in quæſt. 29.
ſub num. 10. verſic. ſed in propoſito eſt repe
tenda diſtinctio. Salic. in dicta leg. 1. C. de
inſt. & ſub. & ideo licet ſola oblatio ſufficiat
in vltimis voluntatibus, Baldus in leg. 3. ff.
de condit. inſt. id tamen intellige ſecundum
diſtinctionem, de qua infra in ſequenti quę
ſtione.

S V M M A R I V M.

1 *Oblatio implendi conditionem, quæ fit præſenti, & recuſanti implementum recipere ſufficit.*

2 *Re-*

Digitized by Google

2 *Recuſans recipere oblatum impedimentum, conditionis poteſt pœnitere.*

3 *Oblatio dandi pro implemento conditionis quæ fit abſenti, non ſufficit.*

4 *Oblatio verbalis non ſufficit, ubi opus eſt facto.*

5 *Offerens dare debet habere rem promptam.*

6 *Oblatio debet eſſe pura, & de toto vt releuet.*

7 *Oblatio debet eſſe facta in loco congruo, vt releuet.*

8 *Oblatio poteſt fieri verbaliter, realiter, extraiudicialiter, & iudicialiter ſecundum caſus contingentes.*

9 *Oblatio poteſt fieri ſine mandato, vt ſolutio.*

10 *Oblatio faciendi facto abſenti ſufficit.*

11 *Oblatio ad actionem conſequendam non ſufficit, & ſufficit ſecundum diſtinctionem de qua ibi.*

12 *Oblatio ad actionem conſequendam debet eſſe realis, vel verbalis ſecundum caſus contingentiam.*

Caput 1. Quæſtio. 32.

QVando uoluntas teſtatoris non repugnat, conditio ſemper habetur pro impleta, ſi per grauatum nõ ſtat, quominus impleatur. per ea, quæ dicta ſunt ſupra in multis locis, & in proxima præcedente, q. 31. Modo quæritur, ad hoc ut facto grauati habeatur pro impleta, Vtrum ſufficiat ſola oblatio, quod eſt paratus implere, vel requiratur depoſitio, & conſignatio?

1 Et eſt diſtinguendum, Aut enim fit Præſenti, aut Abſenti, ſi fit præſenti, ſufficit ſola oblatio. leg. ſtatu liberos. §. Stichus. ff. de ſtatu liber. glo. in l. ſi ita hæres. in verbo. habetur. ff. de cond. inſt. maxime ſi præſens recuſet recipere implementum conditionis. Bald. in dicta leg. ſi ita in princ. & infra. q.
2 63. prope finem verſic. Præterea. Sed poteſt ſecundum Bald. in leg. ſi plures. num. 34. C. de cond. inſer. pœnitere, & petere, iterum ſibi offerri, quod eſt intelligendum in caſu, quo conditio à principio habita fuit pro impleta, vt dixi ſupra in quæſtio. 27. ſub nume. 13. verſic. in eodem propoſito ſi Seia, & particulariter quæram, an poſſit purgari moræ.

3 Si oblatio fit abſenti, & implementum conditionis conſiſtat in aliquid dando, non ſufficit, ſed debet fieri depoſitio & conſignatio dicta gloſ. in leg. ſi ita, & leg. cum hæres. 4. ff. de ſtatu liber. Alexand. in conſilio 102. numero ſexto libro primo per tex. in leg. cum ſeruus. ff. de cond. & demonſtr. quia non ſufficit oblatio verbalis, vbi opus
4 eſt facto. leg. qui decem. §. idem. ff. de ſolut. Alexand. dicto conſil. colum. 2. in fine & in conſi. 21. colum. 2. in fine. & conſil. 90. in fine lib. 1. & conſil. 24. nume. 9. libro quarto.
5 Beron. conſil. 126. nume. 19. libro primo, & offerens dare rem, eam debet ideo habere promptam & paratam, vt per ſolita iura probat Corne. in conſil. 191. colum. 4. in princ. libro tertio, & in conſil. 149. column. 3. libro quarto.

6 Et debet oblatio eſſe pura, & de tota re facta, vt releuet Alex. cõſ. 25. col. fi. & conſi. 88. n. 18. & 9 li. 6. Ber. cõſi. 155. n. 14. & 26 li. 1. & in conſi. 15. n. 14. & 15. li. 3. quoniã conditio extrinſeca non ſolũ oblationẽ, ſed & depoſitum reddit nullum, & inefficacẽ. Alexan. in conſi. 26. colum. vlt. verſi. quinto quia lib. 6. Curtius ſenior in conſi. 39. nu. 5. ſub nu. 7. verſi. Nec obſtat quod dictus Sempronius. Secus conditio intrinſeca iuxta notata per Neguſant. de pignor. in 2. par. 3. memb. 5. partis principalis. nume. 11. & 12. & per notata ſupra in par. 1. c. 2. num. 27. & infra q. 107.

7 Et debet eſſe facta in loco congruo. Iaſ. in conſi. 216. colum. 2. li. 2. Bero. conſi. 126. num. 20. lib. 1.

8 Et poteſt fieri obligatio verbaliter, realiter, & extra iudicialiter, & iudicialiter Docto. in dicta leg. acceptam. de vſuris. in leg. ſi mota. ff. ſolut. matr. in l. qui Romæ. in l. qui-
9 dam. ff. ſi cert. petat. Et per tertium ſine mandato. Corn. conſi. 85. colum. 3. lib. 4. & 230. libro primo, vt videmus, quod ſolutio facta per alium quam per debitorem ipſius debitoris nomine valet. capitulo qui per alium de regul. iur. in ſexto leg. 1. §. deieciſſe ff. de vi, & vi armata. Dec. in leg. is damnum. ff. de regul. iur. cum concordantibus adductis per Surdum in deciſ. 118. numero ſecundo, & ſequen. & tenetur creditor à quocunque tertio ſoluente pro ſuo debitore recipere. leg. ſolutione. ff. de ſolut. leg. qui decem. §. 1. ff. eodem. Doctor. in leg. ſoluendo. ff. de nego. geſto. gl. Bar. Bal. Ang. & alij in l. obſignatione. C. de ſol.

ff. de verb. oblig. Iaſ. in conſil. 74. in fine lib. 1. Pariſ. conſil. 107. nume. 128. lib. 3. Bero. conſil. 46. nume. 5. lib. 2. Neuizzan. conſil. 49. nume. 6. Roland. conſil. 14. numero 10. lib. 1.

10 Si conſiſtat in faciendo, & tunc ſufficit etiam abſenti oblatio per allegata ſuperius, vt in exemplo, de quo, in p. par. cap. 8. nume. 3. & 4.

11 Non obſtat primo caſui contraria Dyni, & Iacobi de Rau. opinio dicentiũ, quod quã do fit oblatio, ad actionem conſequendam requiritur depoſitio, ſeu cõſignatio per tex. in leg. 1. C. de comm. ſeruo manu. & in leg. ſi ſeruus communis. ff. de vulg. & pupil. quod verum eſt, quando oblatio fieret non ſolum cauſa implendę conditionis tantummodo, ſed etiam cauſa ſoluendi pretium ad actionem conſequendam, vel ille, in cuius perſona impletur, ad aliquid obligatur. d. l. 1. & dicta l. ſi ſeruus communis & probatur in l. penu. C. de pactis inter empt. & vend. quod idem innuit Bald. in d. leg. ſi ita hæres verſicul. in contractibus. ff. de cond. inſt.

Sed quando oblatio fit ad implementum conditionis ei, qui ex implemento ad nihilum obligatur, tunc ſufficit ſola oblatio. d. §. Stichus. vbi gloſſ. & ita diſtinguit. Caſtren. in dicta leg. ſi ita hæres. nume. 14. vbi antea Bald. verſic. iſtud verum eſt. ff. de cond. inſt.

12 Debet enim talis oblatio eſſe realis, ſeu verbalis prout forma conditionis expoſtulat, & ſe debet offerre ſecundum formam traditam per leges in materia oblationum, vt tradit Socc. in leg. Mutianę. num. 7. in 4. notab. ff. de cond. & demonſt. Et de hac oblatione in vltima voluntate tradit multa Bal. & alij generaliter, in leg. acceptam. C. de vſuris. Neguſ. de pigno. in 2. par. 3. membr. 5. par. princ. & quando ſufficiat oblatio verbalis late tradit Gabr. libro tertio, de ſolut. concluſ. 8. Beron. in conſilio 196. colum. 1. lib. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Caſus, qui totam conditionem abſorbet, facit eam haberi pro impleta.*

2 *Caſus, qui eam ſuſpendit, non facit eam habere pro impleta.*

3 *Diſpoſitio ſub conditione poteſtatiua habetur pro pura.*

Caput 1. Quæſtio 33.

VTrum febris ſuperueniens faciat habere pro impleta conditionem poteſtatiuam, ſub qua eſt filius inſtitutus? Et eſt diſtinguendum; Aut enim talis caſus febris ſuperuenientis in totum conditionem abſorbet, aut eam ſuſpendit.

Primo caſu facit ipſam habere pro impleta. leg. quæ ſub conditione. 8. §. quoties.
1 vbi gloſſ. & Bartol. in princ. ff. de condit. inſtit.

Secũdo caſu non facit ipſam habere pro impleta, & ideo debemus expectare, donec
2 ceſſet impedimentum, argumento leg. quibus diebus 40. in princ. ff. de cond. & dem. & leg. cum antiquitas. 18. C. de teſtam. Bal. in leg. ſi pater. nume. 25. C. de inſt. & ſubſt.
3 Nam diſpoſitio facta ſub conditione poteſtatiua habetur pro pura per allegata ſuperius in quæſt. 26. ſub num. 1. verſic. quia diſpoſitio. Nec ideo mirum, quod etiam modica febris impedimento habeatur pro impleta per ſupra deducta.

S V M M A R I V M.

1 *In obligatione non ſunt, quæ veniunt per viã conditionis.*

2 *Conditionem qui debet implere, non poteſt cõpelli præciſe.*

3 *Conditionem, qui debet implere, non poteſt compelli per indirectum, ſed habetur pro impleta.*

4 *Limita vt in numero quarto.*

Caput 1. Quæſtio 34.

VTrum ille, qui conditionem implere debet, poſſit præciſe cogi ad implendum, ita vt non ſufficiat, quod habeatur pro impleta? Et videtur quod non, quia illa quę veniunt per viam conditionis, non ſunt in obligatione leg. ſi quis ſub conditione. ff. ſi
2 quis omiſſ. cauſ. Teſta. leg. quoties. §. item ſi temporali C. de adminiſtr. tute. & magis in ſpecie Emanuel a Coſta Select. interpr. circa conditiones libro 2. cap. 24. nume. 2. per totam.

In contrarium videtur facere tex. in l. 2.

C. de

C.de hijs quæ ſub modo.ibi,ut etiam ex huiuſmodi verbis & ſed ſecundum Alberic. in leg.ſi plures,num. 13.verſi. Dic aut quæritur.C.de cond. inſer.eſt diſtinguendum. Aut enim quæritur vtrum poſſit præciſe cō-
2 pelli,& eſt dicendum, quod non ſecundum iura præallegata,& leg.ſi pupillus.ff. de verborum oblig.Alberic.vbi ſupra.Aut quæritur Vtrū poſſit compelli per indirectū,vt ſi non implet habentur pro impleta, & tūc eſt iterū diſtinguendum, Aut enim ſtat per eū,
3 qui debet implere,& nūquam compellitur. l.cum ab eo. ff.de contr. empt. Aut ſtat per eum in cuius perſona debet impleri,& tunc habetur pro impleta leg.iure ciuili.121.vbi gloſſ.Decius Cagnolus,& cæteri ſcribentes ff.de reg.iur.C. cum ſtat per eum. vbi Dyn. de regul.iuris.in 6.leg.in iure ciuili. 24. vbi Imol.& Soccin.ff. de cond.& demon.quod tamen limitabis,vt per Deciū & Cag. in d. l.iure ciuili,& per alios ſupra citatos,de hac re ſupra in quæſt.29.& infra in quæſt. 103. per totam.

4 Ex hac concluſione quod conditio habeatur pro impleta quando ſtat per eum,in cuius perſona debet impleri non infertur ad caſum.Papa contulit alicui præbendam ſub conditione quod illa apprehenſa vacet alia, quam antea habebat, Iſte non vult præbendam ſibi ſub iſta conditione collatam; non ideo quia ſtat per eum,conditio debet haberi pro impleta in iſto caſu,quia ex quo eſt ab ipſo, & in ſe ipſo implenda,non poteſt compelli argumento dictę leg. cum ab eo,& cap.licet Epiſcopus de præbend.in 6. Pet. de Bellaper.in d.l.ſi plures num.17.C. de cond.inſer.

SVMMARIVM.

1 *Conditio quando habetur pro impleta de iure communi agitur ex Teſtamento, & iure ordinario.*

2 *Conditio quando habetur pro impleta de iure ſpeciali agitur iure extraordinario in factum vel conditione ex lege.*

3 *Conditio quando habetur pro impleta, non impedit tranſmiſsionem.*

4 *Conditio quando habetur pro impleta, dicitur diem ceſiſſe,& legatum debetur.*

Caput 1. Quæſtio 35.

Supra in quæſt.29. & alibi eſt firmatum conditionem aliquando haberi pro impleta;& id etiam euenire ex præſumpta voluntate Teſtatoris, vt infra in quæſt. 103. per totam;Nunc vero non incongrue quæritur,quo iure ſit agendum quando habetur pro impleta;& eſt diſtinguendū. Aut enim habetur pro impleta de iure communi; Aut aliquo fauore ſpeciali.

1 Primo caſu agitur iure ordinario, vt puta ex Teſtamento.Bar.in leg. in teſtamento la ſecunda in fine.ff.de condit. & demonſtr. vbi etiam.Imola Bald.in leg.1.num.5. & ſequen.C.de Inſtitu.& ſubſtit.Crotus in leg. 1.nume.32. ff. de legat. 1.vbi Alciat.nume. 22.verſi.Alter eſt caſus.& Iacob. de Nigris num.55.& 56.

2 Secundo vero caſu agitur iure extraordinario, ſcilicet officio iudicis, actione in factum,vel conditione ex lege.ſi peculium.§. is cui.& §.cum ſeruus.ff.de ſtatu libe. leg.2. vbi gloſſ.C.de inſtit.& ſubſt. Bart.in d.l. in teſtamento in fine. Bald. in dicta leg. 1. nume. 8. & cæteri allegati ſupra in primo caſu.

3 Et quando habetur pro impleta non impedit tranſmiſſionem Docto.in leg.ſi ita legatum.ff.de cond.& demon.Ioan.de Anan. in conſi.8.colum. 2.verſi.reſtat. Decius conſil.242.colum.vlt.Crauet. in leg. cum filiofam.in 2.part.nume.55. ff. de legat. 1. Soccin. iun. in conſil. 117. numero 15.lib. 1. Phanuc. de inuent. in 6. part. nume. 83. Zanchus in §.cum ita in 4.part.nume.335. & 386.

4 Nam cum conditio habetur pro impleta, dicitur ceſſiſſe diem legati iuxta reſponſum Vlpian.in leg.ſi poſt diem.§.item ſi qua cōditio.ff.quand. dies legat. ced. & debetur.l. qui concubinam.§.vxori.ff.de legat.3. Cuma.in conſi.38.& Soccin.iun.in conſi. 110. num.10.lib.1.leg.Mæuia in princ. ff. de annu.leg.leg.Titius.ff.de condit.& demonſtr. leg.1.C.de inſtit. ſub cond. Ioan. de Anan. dicto conſi.8.ſed hęc non ditur proprie trāſmiſſio,qua hæres legatarij,ſeu fideicommiſſarij in propoſito caſu non venit ad ius acquirendum; ſed ad ius iam acquiſitum ipſi legatario,vel fideicommiſſario in eius vita, ex eo qua conditio fuit habita pro impleta ip-

ta ipſo viuente, & ideo ceſſit dies legati, & debetur aliter quam per trãſmiſſionem per allegata ſuperius.

SVMMARIVM.

1 *Conditio in perſona hæredis adimplenda; eſt implenda poſt aditam hæreditatem*

2 *Tempus conditionis incipit currere a die aditæ hæreditatis.*

3 *Conditiones plerumque referuntur ad tempus mortis.*

4 *Conditio in perſona alterius, quam hæredis, etſi ſuperet relictum implenda eſt ante conſequutionem emolumenti.*

5 *Conditio tempore terminata tunc eſt, implenda.*

6 *Temporis limitati ea eſt uis, ut legato tempore contineat diſpoſitionem contrariam.*

7 *Conditio reſpectu temporis indeterminata, an indeterminate, ſiue terminate ſit accipienda.*

8 *Dictio tunc reſtringit diſpoſitionem ad tempus, & caſum expreſſum.*

9 *Dictio tunc non eſt ſemper reſpectu temporis terminate accipienda.*

10 *Dictio tunc ſine alia taxatiua ſtat demonſtratiue.*

11 *Dictio tunc extenditur ad alia tempora, quoties poſt eam eſt proceſſum ad alias ſubſtitutiones.*

12 *Dictio tunc non impedit extenoſinem ad caſum ſimilem.*

Capue 1. Quæſtione 36.

VTrum conditio ante, ſeu poſt aditam
hæreditatem ſit adimplenda; Et eſt di
ſtinguendum, aut enim eſt implenda in per
1 ſona hæredis, aut non. Primo caſu eſt im
plenda poſt aditam hæreditatem leg. quæſi
tum. §. 1. ff. de legat. 2. & l. Iulius. ff de cond.
& demonſt. gl. in l. 2. in verbo poſt mortem
in verbo dederit. ff. eod. Nam tempus condi
tionis in perſona hęredis implendæ incipit
currere a die aditæ hęreditatis. Bar. in l. ſe in
diem. ff. de condit. & demon. quem ſequun-
tur ibi Alberic. Bald. mola. Caſtr. in princ.
Socci. num. 2. 3. & 6.

3 Conditiones enim plerumque referuntur
ad tempus mortis teſtatoris. leg. ſi Męuia. ff.
de hæred. inſtit. ſecundum quam ita notauit
Coſta Select. Interpre. circa conditiones
libro ſecundo cap. 11. numero ſexto, & ſe-
quent.

4 Secundo caſu ſi non eſt implenda in perſo
na hæredis, eſt implenda ante aditam hære
ditatem gloſ. in dicta l. 2. in dictis verbis &
Bart. num. 2. ff. de condit. & demon. Et hoc
eſt regulare, vt impleatur ante conſequtio-
nem relicti, & antequam agi poſſit, vt extat
firmatum. ſup. in par. 1. ca. 6, num. 3. per tex.
in l. qui hæredes. §. vlt. ff. de condit. & dem.
l. liberto. §. Lucius. ff. de annu. lega. l. cum in
teſtamento. C. de fideicom. liber. leg. à teſta
tore vbi Bar. num. 2. ff. de condit. & demon.
& leg. nominatim. §. vlt. cod. & l. itaque. ff. ſi
cert. petat. & ſi implementum conditionis
ſuperet relictum, vel minus ſit & relicto ſu-
peretur. Socci. in l. Plautius. in 6. notabi ubi
ante eum Caſtren. in fine. ff. de condit. & de
monſt. & clarius Ripa in leg. cum filiusfami
lias colum. 4. ff. de legat. 1. Crauetta in con-
ſil. 174. num. 9. & uidetur tex. in l. tutor dece
dens. ff. de libe. leg. & infra. cap. 5. quæſt. 13.
in fine.

5 Hoc tamen intelligendum eſt niſi certum
tempus intra quod ſit conditio implenda, ex
preſſe a teſtatore ſit appoſitum, quia tunc il
lo determinato tempore eſt implenda Az-
zo in ſumma. C. de condit. inſtit. nume. 7.
Bart. in dicta leg. ſi in diem Soccin. num. 6.
Salicet. in l. 2. C. de contrah. empt. addentes
ad Bart. ubi ſupra concordantes citat Pere-
grin. de fideicommiſ. artic. 15. num. 8. in me
dio. fol. 137. & artic. 52. nume. 3. per totam.
fol. 499.

6 Nam limitati temporis ea eſt uis: ut lapſo
tempore contineat diſpoſitionem contra-
riam Bal. in Proem. ff. §. hæc autem tria. De
cius in conſil. 61. num. 4. Peregr. d. artic. 52.
num. 3. Surdus in conſil. 216. num. 2. conſil.
294. num. 9. & in conſi. 403. num. 18. & ſeq.
Rota diuer. deciſ. 768. num. 2. par. 1. & infra
in q. 70. num. 12.

7 Sed ſi conditio non ſit expreſſe reſpectu
temporis terminata, dubitatur An termina-
te, ſiue indeterminate ſit accipienda, ut ſuffi
ciat quandocunque impletum fuiſſe, uel
non quia tempore terminato ſit implenda,
ut deduximus ſupra. in prima parte. cap. 6.
nume. 56. & ſequen. & infra in quæſt. 103.
num. 12.

Et in hac difficultate eſt diſtinguendum. Aut conditio eſt talis, quæ ſui natura continet tempus terminatum; ut conditio mortis; Aut eſt talis, quæ nullum terminatum

tem-

tempus conteret. Primo caſu eſt terminate reſpectu temporis mortis accipienda, vt illo non alio tempore ſit verificanda leg. dies incertus. ff. de condict. & demonſt. leg. cum ſine præfinitione. 19. §. quod ſi ita ſcriptum vbi gl. in verb. duo. ff. quand. dies lega. ced. leg. ſi cum hæres. 4. vbi gloſſ. in verbo legatum & Bart. in princ. leg. huiuſmodi in fine vbi gloſſ. in verbo decedat leg. Titio. 22. ff. eod. l. ſi pecuniam 12. §. fi. ff. de legata. leg. ſi poſt diem. §. ſed ſi ſub conditione vbi gloſſ. in verbo impleta. ff. quand. dies legat. ced. l. vnica. §. fin autem ibi expectari oportet. C. de caduc. Tollen. leg. legata 40. ff. de condit. & demonſt. Quia tunc ex diſpoſitione legis differtur vocatio ad tempus euenientis conditionis ob incertum diem obitus grauati ſi deceſſerit ſine filijs glo. in leg. Seius Saturninus in verbo diem. ff. ad Trebell. vbi poſt alios Alexan. nume. 4. & debet attendi tempus euenientis conditionis regulariter. leg. interuentu de legat. præſtan. Alex. conſi. 26. in fine lib. 3. Decius in conſil. 299. nume. 8. poſt Caſtren. in conſi. 164. num. 5. lib. 2. Rota in Brixienſi Compromiſſi 26. Nouemb. 1571. coram Cardinale Seraphino Menoc. in conſi. 106. num. 137. & ſequen. & nume. 132. & ſequen. & nume. 78. & ſequentibus vbi & ſi poſtea firmet contrarium in caſu ſuo, & in id adducunt Rotam. vbi ſupra. Tamen Deciſio illa fuit ſimulata, & non eſt attendenda ita dicit Gaudentius de Analogis in cap. 27. num. 49. & 50. hanc eandem ſententiam contra Menoch. in eadem cauſa tenet Roland. in conſil. 38. nume. 38. libro quarto.

Vt antea non dicatur facta, vt etiam probauimus ex multis in parte 1. cap. 7. nume. 7. & ſequen. & per totum. Anchar. in conſil. 266. Iſte Magiſter. num. 2. Abbas conſi. 40. lib. 1. quos ſequitur Socci. Iun. in conſi. 180. num. 64. & ſequen. lib. 2. Pariſ. conſi. 74. nume. 17. & 21. lib. 2. & hanc concluſionem, quod conditio non exiſtentiæ reſtringatur ad tempus mortis in caſum vulgaris probauit poſt Anchar. Abbas. Alexan. Corn. Soccin. Iaſ. Decium & Torniellum Menochus in conſi. 496. ſub num. 10. & ſequen.

Et pro iſta facit ratio, quia in dubio eſt pronunciandum contra actorem, cui incumbit onus probandi concludentes eueniſſe caſum ſui fideicommiſſi rotundum, ſicuti poſt Ioan. And. in addit. ad Specul. ſcripſit Socc. ſen. in conſil. 62. nume. 4. in conſil. 69. & in conſi. 104. lib. 3. Gozzad. in conſil. 2. nume. 8. Socc. iun. in conſi. 64. nu. 14. lib. 3. Rubeus Alex. in conſi. 28. num. 1. Decian. in conſil. 55. nume. 9. lib. 1. & late infra in quæſt. 92. per totam & in ſpecie ita notat Menoch. in dicto conſi. 106. nume. 82. dum per quamlibet minimam differentiam inter eos, ipſos non admittit.

Et ideo videmus, quod ſtante ſtatuto, quod extantibus maſculis fœminę non ſuccedant, quod maſculis exiſtentibus fœminę remanent perpetuo excluſæ, quia ille ablatiuus abſolutus facit conditionem perinde ac ſi dixiſſet, ſi extabunt maſculi; & ſic pro conditionem excluſiuam reſpectu temporis terminatam: quo tempore per exiſtentiam maſculorum verificatā fœminę remanent perpetuo excluſę Barto. in leg. fin. ff. ad Tertull. quem communiter recipiunt omnes vt per Corn. in conſi. 160. nume. 8. lib. 4. & per Pariſ. latiſſime in conſil. 85. nume. 32. libro 2. Ruin. in conſilio 153. numero quinto libro 2.

Sic etiam videmus quod ſi Teſtator poſt mortem ſuorum hæredum ſubſtituit filios maſculos, & illis non exiſtentibus filias fœminas, ille ablatiuus abſolutus facit conditionem reſpectu temporis terminatam, ſcilicet ſi non extabunt tempore mortis grauatorum; ita quod ſi tunc extiterint fœminę pænitus excludantur. Cor. dicto conſi. 160. num. 4. lib. 4. Pariſ. d. conſi. 74. nu. 21. verſi. etſi quiſpiam lib. 2.

Rurſus præmiſſa procedere affirmaui in caſu de facto mihi contingente vbi teſtator dixit, etſi ſola linea maſculina deficeret, volo quod ſuccedant fœminę Agnatę; ſiue fœmina, dum dicebam, quod quia ab euentu conditionis deficientis lineæ maſculinæ erat certificanda perſona Agnatarum generaliter vocatarum, quia antea illa vocatio generalis; & incerta nullam Agnatam in indiuiduo, & determinate continebat iuxta tex. in leg. cum incertis. 13. ff. de legat. 1. Aret. in leg. commodiſſime num. 2. ff. de liber. & poſthum. Tiraquel. de Iure primogen. quæſt. 40. num. 198. & 199. Menochus conſil. 106. nume. 150. lib. 2. Exinde inferebam Conditionem illam deficientis lineę maſculinæ eſſe reſpectu temporis terminatam; vt illo tempore, & illo caſu, non autem alio ſit prorſus verificanda, Et in id adducebam Ancharan. Abb. Soccin. iun. Cornel. & alios ſupra citatos.

Quod & alia ratione veriſſimum mihi videtur, quia in vltimis voluntatibus implementum conditionis non trahitur retro ad tempus teſtamenti, ſed ipſius implementi tempus attendi debet, vt probauimus infra in queſt. vlt. in princ. Neceſſarium argumenmentum, quod tempus euenientis conditionis, non autem aliud tempus debeat attendi. Contrarium tamen ſeruatur in contractibus, vt probatur infra in quæſt. 99. cum diſtinctione quam facimus infra in d. q. vlt. Et capacitas, vel incapacitas in inſtitutione conditionali non attenditur de tempore teſtamenti. Bart. in leg. 1. colum. vlt. & l. pen. de reg. Catonia. Raudentius de Analogis c. 27. num. 48.

Secundo caſu ſi conditio & talis, quæ ſui natura nullum continet tempus terminatum, & tunc eſt diſtinguendum, Aut enim Teſtator per dictionem tunc aut aliam æquipollentem retraxit ſuam diſpoſitionem ad certum tempus; Aut non. Si non retraxit, eſt indeterminate accipienda, Si vero retraxit terminate per tex. in leg. in ſubſtitutione. §. 1. & 2. ff. de vulg. vbi glo. penult. & Bar. in prin. & in prima oppoſ. Azzo in ſumma. C. de cond. inſer. num. 7. eſt tex. in leg. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. ff. de verbo. ff. de verboruo obligat. Alexand. 101. numero 11. libro 7. Pariſ. in conſil. 18. nume. 43. lib. 2.

8 Nam dictio tunc reſtringit diſpoſitionē ad tempus, & caſum expreſſum, & impedit extenſionem ad aliud tempus, & ad alium caſum. leg. 4. §. 1. ff. de cond. & demon. Decius in conſ. 63. colum. 1. nu. 3. & in conſil. 433. nume. 8. & 9. idem facit dictio eo caſu. vel tunc, & eo caſu Anch. in conſil. 356. Ex ſene. num. 5. Decius in conſi. 298. num. 3. & in conſi. 314. num. 4. & in conſi. 315. nume. 5. & 336. colum. 2. & omnis alia dictio taxatiua vt poſt Fulg. & Alexan. in leg. quamuis C. de impub. tradit Decius dicto conſi. 315. colum. 2. & Decianus in conſil. 36. nume. 6. lib. 3. & in conſil. 1. nume. 25. & 26. libro primo.

9 Verum conſiderandum eſt. An teſtator voluerit diſponere, vel dare ordinem ſuccedendi, quia dictiones illas trāſiuas, vel conditionales executioni, non autē diſpoſitioni appoſuerit, quia tunc non eſt terminate reſpectu temporis conditio accipienda in tantum, vt admiſſis ſemel maſculis fæminæ remaneant perpetuo excluſæ, ſed quod poſt admiſſos maſculos ſuccedant quomodo voluit fieri Teſtator. l. omne verbum. C. commu. de lega. Ondedus de compendioſa par. 4. artic. 1. num. 4. & ſequen. Simon. de Prætis de interpræt. vlt. volunt. lib. 2. dub. 2. ſolut. 3. num. 22. & ſequen Et in materia inueſtituræ conceſſæ alicui pro ſe filijs maſculis, & fæminis, cum clauſula Ita quod ſtantibus maſculis fæminæ non ſuccedant, poſt admiſſos maſculos debeant ſuccedere fęminę ſenſit Pariſ. in conſil. 22. nume. 22. lib. 1. Et in conſ. 72. num. 100. lib. 4. Gozzad. conſil. 9. nume. 58. Cephal. conſil. 30. nume. 53. Pedemon. decīſ. 23. nu. 11. & in emphiteuſi Socc. iun. in conſi. 104. lib. 2.

Sed tamen hoc etiā in caſu quando ordo ſuccedendi datus apparet, debet quiſque in ſuo ordine uiuens apparere ut poſſit ſuū locum optare. Quoniam præallegati Doctores loquuntur quando poſt admiſſos, & defunctos maſculos fæminæ exiſtunt, non quando non exiſtunt. Nam quando tunc non exiſtunt, ſed ſunt præmortuæ, eſt ac ſi non fuerant ab initio in uocatione comprehenſæ. leg. unica. §. ſin autem ſub conditione. C. de caduc. Tollen. Bellamer. in deciſ. 723. ſub nume. 15. & 16. uerſic. ergo iſta incertitudo cū quod, & admittit Menoch. in d. conſil. 106. Rauden. de Analogis cap. 27. num. 54. & 55. per allegata per Tiraquel. de iure primogenito. quæſt. 40. num. 148. & de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. nume. 101. & hoc eſt quod dixit Socc. ſen. in conſil. 76. num. 5. lib. 3. Decius in conſil. 394. nume. 6. & 7. Vt adhuc ſubſiſtant fundamenta conditionis reſpectu temporis terminatę ut debeat illo tempore conſtare de perſona cui ſit dandum fideicommiſſum. Odofred. in leg. Paulus. la 2. & Bartol. in leg. Paulus la 1. ff. de rebus dubijs, Cepha. in conſi. 330. num. 24. & ſequen. alias habetur pro non ſcripto d. leg. Paulus la 2. §. Incertis. Inſt. de legatis. la 2. ff. de hijs quæ pro non ſcript. habea. cum ſimilibus, Rauden. ubi ſupra d. num. 54. et ſequen.

10 Sed ſi dictio tunc ſit ſola ſine aliqua dictione taxatiua, ſtat demonſtratiue, et declaratiue, non autem reſtrictiue Caſſad. de ciſ. 1. nume. 4 et per totam de Teſtamen. ſequitur Decian. in conſi. 1. nume. 148. et ſequen. lib. 1. et ideo illa non obſtante extenditur ad aliud tēpus, et alium caſum, ut per

Caſſad.

Caſſad. & Decian. vbi ſupra ſequitur, & alios citat Simon. de Prætis de interpr. vlt. volũ. lib. 3. Interpr. 2. dub. 1. ſolut. 6. num. 49. per totum fol. 250.

11 Præterea quoties poſt dictionem tunc Teſtator vlterius procedit ad alias ſubſtitutiones, tunc non ſtat reſtrictiue ad tempus, & caſum, ſed extenditur ad alia tempora, & ad alios caſus expreſſos, Decius in conſil. 227. num. 12. verſic. non obſtat quod extenſio lib. Curtius ſenio. in conſi. 75. col. fin. Et ſic non verificatur. ſequitur Pariſ. in conſi. 20. num. 36. & 37. lib. 3. Quia quando conſtat de mente Teſtatoris vocatio extenditur ad aliud tempus, & ad alium caſum dictione tunc non obſtante Pariſ. in conſi. 66. nu. 65. li. 3. poſt Decium & Curtiũ: vbi ſup. Decianus in conſi. 1. num. 148. & ſeq. lib. 1. Surdus in conſi. 236. num. 47. lib. 2.

12 Rurſus dictio tunc non impedit extenſionem, quando illa fit ad caſum ſimilem expreſſo, ut voluerunt Bart & alij in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthu. & cęteri relati per Surdum in d. conſi. 236. nu. 46. Simon. de Prętis vbi ſupra, & hanc tũc ſequutus in Romana ſiue Sabinen. fideicommiſſi de Vrſinis pro Illuſtriſſimis Comitibus Pitiliani.

SVMMARIVM.

1 *Conditionem ſufficit fuiſſe impletam ante ſeu poſt mortem Teſtatoris. ſi implementum ſciuerit, vel ignorauerit ſecundum diſtinctionem de qua ibi.*

2 *Conditi dandi eſt implenda poſt mortem.*

3 *Conditio faciendi poteſtatiua, & facilis poteſt poſt mortem impleri.*

4 *Si eſt difficilis ſufficit quandocunque, impleri.*

5 *Conditio caſualis ſufficit quandocunque impleri.*

6 *Idem eſt de poteſtatiua: & de mixta difficili.*

7 *Mandatum de prouidendo de Beneficio vacatur an includat vacantem tempore dati mandati.*

8 *Facultas teſtandi de acquiſitis ex bonis eccleſia an includat teſtamentum ante facultatem factam.*

9 *Facultas alienandi feudum, vel emphiteuſim an extendatur ad iam alienata.*

Caput 1. Quæſtione 37.

VTrum ſufficiat, quod conditio ſit adimpleta ante Teſtamentum, aut poſt teſtamentum, ante mortem, aut poſt teſtamentum, & poſt mortem Teſtatoris; Et eſt diſtinguendum. Aut enim Teſtator ignora-
1 bat conditionem extitiſſe, aut ſciebat. Si ignorabat relictum habetur pro puro l. hæc conditio. 10. §. ſi ſic vbi gloſſ. in verbo teſtamenti Bartol. Imol. & Soccin. ff. de cond. & demonſtr.

Si ſciebat conditionem extitiſſe, & eſt diſtinguendum; aut enim conditio erat talis, quæ poſſet de facili reiterari; Aut reiterari non poterat. Si poterat reiterari, non ſufficit extitiſſe ante Teſtamentum, ſeu mortem ſed eſt poſtea iterum implenda. leg. ſolemus. 9. vbi gloſſæ omnes, Odofredus Bartol. Baldus. Imola. Caſtren. & Soccin. ff. de condict. & demonſtrat. Bartolus in leg. ſi iam facta vbi etiam Soccinus in princ. ff. eod.

Si non poteſt reiterari ſufficit extitiſſe ante Teſtamentum ſeu mortem. Bartol. in dicta leg. ſi iam facta in fine dicta leg. hæc conditio ubi Odof. Bar. Bald. Imol. num. 1. & 2. Caſtren. in prin. Socc. nu. 2. ff. de cond. & dem. & infra q. 43. in fine l. 7. C. de inſt. & ſubſt. infra q. 106. num. 11.

2 Declara pręmiſſam diſtinctionem non procedere in conditione dandi; quia cum ſit poteſtatiua, ut infra quæſt. 63. nume. 6. uerſic. Verum &c. debet impleri poſt mortem leg. 2. et leg. ſi iam facta ubi Soccin. numero tertio. ff. de cond. dict. & demonſtr. Doctor. in dicta leg. ſi quis hæredem. 7. C. de inſtitut. et ſubſtitut. Cardinalis Mantica de coniect. libro 11. titul. 17. numero quinto.

Declara ſecundo non procedere in conditione faciendi. Nam in ea eſt diſtinguendum inter poteſtatiuam, et caſualem.

3 Si eſt poteſtatiua, eſt diſtinguendum an ſit facilis, uel difficilis. Si eſt facilis poteſt poſt mortem impleri dicta leg. 2. et allegati Doctor. in dicta leg. hæc conditio, et in d. l. ſi iam facta Card. Mant. ubi ſupra.

4 Si eſt difficilis ſufficit quandocunque etiam ante mortẽ fuiſſe impletã. l. ſi quis hæredem ubi Bart. nume. 1. C. de inſtit. et ſub-

ſtit. & allegati. Doctores in d.l.ſolemus,& in d.l.hæc conditio,ff.de cond.& dem. Soc. in d.leg.5 1. iam facta nume. 2. & 3. in fine. ff.eod.

5 Si eſt caſualis,& indiſtincte ſufficit quandocunque impletam fuiſſe, Barto. in dicta leg.ſi quis hæredem num. 1.in fine,& in dicta leg.hæc conditio.§.ſi ſic,vbi Imol. coniungit caſualem cum poteſtatiua difficili,vt quandocunque ſufficiat impletas fuiſſe.n.2.
6 Soccin.ſub numer. 1. idem dicit eſſe in mixta difficili,ſed cum diſtinctione,de qua ſupra;an ſcilicet Teſtaror ſciuerit,vel ignorauerit imple.nentum & ſupra par. 1.capit. 6. num.51.& 52.& infra quæſt.43.nume.4.& quæſt.63.nume. 2. Sed an conditiones illę quæ quandocunque impleri poſſunt, ſtatim deficiunt,ſi grauatus dixerit nolle eos implere,tradit eleganter Eman.a Coſta Select.intepr.circa condiriones.Inmo verius in repetit.leg.cum tale.§.ſi arbitraru.§. ſexto legi non eſt locus nume. 6.7. & ſequen. ff.de condit.& demonſtr.vbi in affirmatiuis non ſtatim deficere affirmat, in negatiuis ſic,& hanc nouam obſeruationem appellat ibi ſub num.9.

7 Ex præmiſſis inferunt ad quæſtionem.Si Papa mandat mihi prouideri de beneficio proxime vacaturo an includat beneficium, quod vacabat etiam tempore dati mandati.

Et eſt diſtinguendum per dictũ.§.ſi ſic,& dictũm leg.ſi iam facta. ſecundum Cynum An ſcilicet Papa ſciuerit, vel ignorauerit tempore datæ beneficium vacare,Si ſciuerit non includi in mandato Papæ beneficium, quod tunc tempore datæ vacabat, Si ignorauerit vacare, includi.vt per Imolam in dicta leg.hæc conditio.§.ſi ſic.ff. de condit. & deniõſtr.& Latius per Soccin.in dicta leg. ſi iam facta.num.4.per totum.ff.eod.Sed ad remouendas difficultates, in mandato de prouidendo additur clauſula, quod prouideatur de beneficio ſi quod vacat,vel in futurum vacare contigerit,vt per Imo.& Soc. vbi ſupra in fine.Caſtren.in princ. dictę l. ſi iam facta.

8 Inferunt etiam ad aliam quæſtionem, Si Papa concedat Cardinali Epiſcopo, ſiue alio facultatem teſtandi de acquiſitis ex bonis Eccleſiæ, an extendatur ad Teſtamentum iam factum ante hanc facultatem conceſſam,& valere affirmant, quia etſi Teſtamentum ſit ante datam facultatem, conditum; Tamen cum iures aſſumat poſt mortem Teſtatoris,quæ ſequitur, & contingit poſt datam teſtandi facultatem dicitur ex hoc valere per Caſtren, in dicta leg. ſi iam facta numer. ſecundo.ff.de condictionib.& demoſtrationib.ſequitur Alexan. in leg.& militibus numero tertio. C. de militar. Teſtam.Soοc.in dicta leg. ſi iam facta nume.3. licet ibi verſi.Sed iſta ratio &c. reputet valde dubium.

9 Inferunt etiam ad aliam quæſtionem,Si Dominus concedat Vaſallo,ſeu emphiteutæ facultatem alienandi feudum, vel emphiteuſim, an talis conceſſio extendatur ad iam alienata ante licentiam, & diſtingunt an Dominus ignorauerit iam fuiſſe alienata,vel ſciuerit; Si ignorauerit non extendi,Si ſciuerit extendi debere etiam ad ante alienata vt per Caſtren. in dicta leg.ſi iam facta.numero tertio,& melius per Soccinus in dicta leg.numer. 6.ff.de condict. & demonſtr.

SVMMARIVM.

1 *Pro legatis annuis quorum dies nõ dum ceſsit agi poteſt.*

2 *Actio datur pro vſuris non dum decurſis, & valet ſententia pro decurrendis.*

3 *Actio pro iure conditionali datur ante euentum conditionis, ſed controuertitur uſque ad num.4.*

4 *Actio ad æſtimationem dubij euentus ſub conditione relicti ſtatim datur declara, vt ibi.*

5 *Actio ad totale intereſſe rei non datum niſi cõditione exiſtente.*

6 *Actio pro relicto conditionali non dicitur nata niſi conditione impleta.*

7 *Etiam quod conditi ſit tacita.*

8 *Conditione pendente ſi fuit captum iudicium implementum ſuperueniens ante cõcluſum in cauſa prodeſt ad victoriam, & adimpediendum proprium præſcriptionis.*

9 *Actio ſtatim pro legato datur, quando conditio venit implenda ex re legata.*

10 *Actio pro cautione legatorum præſtandorum datur in continenti.*

11 *Item pro ablatione licentia alienandi rem legatam.*

12 *Item*

12 *Item pro impedimento ne naturalis efficiatur legitimus in præiudicium fideicommiſſarij conditionalis.*
13 *Item pro deſcriptione legati conditionalis.*
14 *Item pro habenda facultate cedendi actionẽ naſciturum.*
15 *Conditionale non eſt quoad quidditatem ipſius entis intellectualis.*
16 *Spes actionis naſcitura ex legato non tranſmittitur.*
17 *Ex contractu tranſmittitur declara vt ibi.*
18 *Agens conditione pendente eſt repellendus.*
19 *Secus erit de conditione neceſſaria de præſenti, vel de futuro.*
20 *Actio pro relicto, ſeu debito in diem vbi ſit certa obligatio tranſit ad hæredes.*
21 *Debitum ſub conditione poteſt ſolui ante euẽtum conditionis, & debitor liberatur conditione eueniente.*
22 *Hæres ſub conditione an petat immitti ex remedio leg. vltima. C. de edict. Diui Adr. Tollen.*

Caput 1. Quæſtio 38.

PRo re ſub conditione relicta, ſiue ex contractu conditionali debita, vtrum in continenti conditione non dum purificaca agi poſſit.

1 Et quidem pro affirmatiua videtur tex. in leg. 1. C. de fideicommiſſis vbi dicitur legatarium pro legatis annuis, agere poſſe non ſolum pro decurſis, & ſibi debitis, ſed & etiam pro decurrendis, & debendis, ubi Doctores notant quod iudiciũ poteſt inſtitui ſuper iure de futuro hoc idem firmat Surdus, qui citat cõcordantes in deciſ. 120. ſub num. 5. & ſequen.

2 Item videtur probare tex. in leg. 1. C. de ſenten. quæ ſine certa. quantit. vbi dicitur pro vſuris non dum decurſis actionem dari & Iudicium poſſe inſtitui, & ſententiam valere pro decurrendis vſuris, & facit tex. in leg. lege Aquilia. ff. ad l. Aquiliam, vbi ob
3 de lctũ chirographum cõditionale eſt permiſſum creditori agere ante euentum conditionis, ſeu diei & in leg. rem alienam la. 1. §. fin. ff. de pignor. act. & in l. ſi mandauero ſibi. la. 1. ff. manda. vbi iudicium inchoatum ſuper iure de futuro, ſubſtinetur, & poteſt ſuper illo pronunciari, ſi ex poſt iudicio pendẽte ſuperueniat ius de præſenti & videmus etiã, quod cautio poteſt peti & obtineri nõ ſolum pro damno præterito, ſed & pro futuro vt eſt tex. in l. ſi muita §. eleganter. ff. de damno infecto. & poteſt reus exceptionem in iudicium deducere per viam actionis, vt declaretur ibi competere; quod reſpicit ius de futuro, cum ante propoſitam actionẽ nemo poſſit exceptionib. vti quia exceptio eſt actionis excluſio l. 2. cũ ſimilib. ff. de excep. & actionẽ itroductã ſupponit; & ille cui cõpetit aliquod ius, poteſt petere vt declaretur ſibi competere. l. ſi Duo patroni. in prin. ff. de iureiuran. l. vbi fin. §. vtrum. ff. ſi vſufr. petat. vbi Bart. & uidemus denique diffamatum poſſe agere ſuper diffamatione, ut aduerſarius ab ipſa diffamatione, & iactatione deſiſtat, vel ſibi in poſterum de diffamata prætenſione perpetuum ſilentium imponatur. l. diffamari. C. de ingen. & manumiſ. Ex quibus omnibus probatur ualere iudicium ſuper iure de futuro inſtitutum.

Pro negatiua dicitur iudicium non poſſe fundari ſuper illa petitione, qua admiſſa ex poſt facto iudicium poſſit reddi inane, & fruſtratoriũ, ut colligitur ex diſpoſitione tex. in l. litigatores. §. final. ff. de recep. Arbitris, & in l. Prætori. ff. de Iudicijs & in l. 1. ff. de inoſi. Teſtamen. & l. fin. §. penult. C. de boniſque liberis & ideo iura non admittunt remedia ſuperuacanea l. hęc ſtipulatio. §. Diuus. ff. vt legat. ſeu fideicom. caue. l. non ſunt cogendi. §. fin. cum ſimilibus. ff. de procurat. Sed non eſt dubium quod conditio poteſt non ſolum non euenire, ſed & etiam deficere, in quẽ caſum relictum non deberet ergo. Et ſuper iure conditionali, ac futuro nõ poteſt iudicium admitti. l. non quemadmodũ & ibi. Doctores. ff. de Iudicijs; & tractus futuri temporis, ad Iudicem non pertinet. l. 1. §. i. ff. de uſuris. l. Anteuis, ar. §. in hoc Iud. ff. de aqua plu. arcẽ. l. non põt. ff. de Iudicis. l. ſi ita ſcriptum. §. 1. ff. de legat. 2. l. ſi filius qui Patri. §. cum filius. ff. de bon. libert. Et nemo ſine actione ualet experiri. l. ſi pupilli. §. uideamus ff. de neg. geſtis, & Iudiciũ requirit fũdamentũ agentis. l. 1. in prin. ff. ſi pars hæreditatis petatur. & hanc ut ueriorem in fideicommiſſis conditionalibus ſunt ſequti Emilianus. conſi. 155. circa finem. Marzar. de fideicommiſ. par. 3. q. 61. & eſt cõmunis quoties nullum ius competit de præſenti, ſed ſolum ius futurum deducitur in iudicium. gl. in d. l. 1. in uerbo Impetrabit Petr. Cyn. Iaco. de Are. Bar. Alb. nu. 5. Bal. num. 21. Ang. nu. 3. Sal. nu. 7. Caſt. nu. 3. Cor. n. 4. & Iaſ. n. 7. C. de fideicom. Surdus deciſ. 120. in princ.

4 Si enim volo agere ſtatim ad æſtimationem illius dubij euentus, & videtur quod paſſim argumento le. item labeo in fine & l. ſequen. ff. famil. erciſ. & leg. 1. §. ſi hæres. ff. ad l rebell. & Iudex poterit condemnare ad præſtandum adueniente die, vel conditione argumento. leg. quid ſi in diem in princ. ff. de petit. hæred. Bart. in leg. ecceptionem in fine. C. de probat. Cepol. in leg. lecta nume. 164. verſi. mortus. ff. ſi certum petat. Sed eſt intelligendum de conditione neceſſaria de præſenti, vel de futuro; quia habetur pro purificata ſaltem quoad obligationem. Ripa. in leg. ita ſtipulatus nume. 96. ff. de verbor. obligat. Cagno. in leg. in omnibus num. 24. ff. de reg. iur. Afflictus deciſ. 279. Pedemon. deciſ. 130. Surdus deciſ. 151. nume. 10. Sed id quod dictum eſt valde dubiũ oſtendunt late deducta pro vtraque parte per Neguſ. de pignor. in 1. memb. 5. partis num. 24. verſicul. difficultas magna nume. 25. & ſequen. Nam pendente conditione ſuſpenſiua res non dicitur obligata, vt volunt Bart. & alij in leg. facere ff. ſolut. matr. iuncta leg. cedere diem. ff. de verb. ſignifi. Neguſan. vbi ſupra. num. 25. & creditor conditionalis non dicitur proprie creditor leg. ex prædijs. C. de euictionibus Alexan. in addit. ad Bald. in d. l. ex prædijs. Neguſ. vbi ſupra. num. 27. Niſi forte ſit creditor ex contractu Cagnolus, qui alios citat in leg. 1. num. 270. ff. ſi cert. petat. Theſauris deciſ. 235. nume. 3. & ſequen. Surdus remiſſiue in dicta deciſ. 151. num. 16.

5 Si volo agere ad totale debitum, ſiue relictum, & non poſſum leg. non quocunque. ff. de legat. 1. vbi innuitur, quod in primo caſu ſtatim poſſum agere, in 2. conditione exiſtente.

6 Nam pro relicto conditionali actio nõ dicitur nata niſi conditione impleta l. qui hæredi. §. fin. ff. de cond. & dem. Rolan. & alij citati infra q. 46. num. 1.

7 Etiam quod conditio ſit tacita vt infra quæſt. 46. num. 1.

8 Sed ſi fuerit cæptũ iudiciũ adhuc cõditione pendente, tamen ſuperueniente conditionis implemento, etiam poſt litem conteſtatam, & ante concluſum in cauſa, tale ius videtur deductum, & prodeſt ad vitoriã. l. ſi rem. §. fin. & ibi Bart. ff. de pignor. act. & in leg. ſi mater. §. eandem cauſam in fine. ff. de except. rei. iudi. l. grege. §. ſi ſub conditione. ff. de pignor. & ibi Bartol. Bald. Salicet. & Fulgoſ. Simon. de prætis de Interpræt. vlt. volunt. lib. 5. dub. 2. nume. 142. & ſequen. & num. 146. & 147. determinat contrarium ex Mathеſ. ſing. 9. Nota regulam. Vantius de Nullit. ex defect. proceſ. tit. 13. nume. 22. & 23. & Pereg. multa adducit in tract. de fidei comm. artic. 41. nume. 5. & per totum articu. Rota diuer. deciſ. 47. nu. 17. & ſequen. par. 2. Ex premiſſis videtur poſſe inferri ad interpellationem factam de credito conditionali adueniente conditione conſequendo, quod ſcilicet proficiat ad impediendũ principium præſcriptionis, etſi non dum incepta nõ poſſit interumpi, quia non entis nullæ, ſunt qualitates. leg. eius qui in prouincia ff. ſi cert. petat. & quod nullum eſt non poteſt annullari. leg. ſi Tuto. C. in quibus cauſ. in integ. reſtitut. non eſt neceſ. leg. obligare. §. Tutor. ff. de auth. Tuto. Surdus in conſil. 160. num. 60. & in deciſ. 69. nu. 10. incipien. Duo proponebantur, & certum ſit, quod pro credito conditionali non incipiat currere præſcriptio, niſi a die conditionis impletæ. leg. vbi autem. ff. de in diem adiect. & notatur in leg. 2. §. ſi ſub conditione. ff. pro emp. & in leg. neceſſario. §. ſi pendente. ff. de pericu. & commo. rei vend. Pariſ. conſil. 92. numer. 24. libro tertio, Soccin. in leg. ſi in diem. numero quarto. ff. de condict. & demonſtr.

Tamen cum præſcriptio ſit odioſa puto per interpellationem crediti conditionalis præſcriptionis principium impediri per ſupra deducta. Immo interrumpi, quia cum poſſit agere, vt conditione adueniente ſibi ſoluatur, vt ſupra dictum eſt; ſequitur quod currat præſcriptio contra volentem agere argumento a contrario l. 1. de diuer. temp. præſcr. leg. 2. §. penul. ff. de Iudic. leg. cum ſolito. 8. §. fina. C. qui bon. Ced. poſſint leg. 1. §. fin. C. de annul. except. & aliorum complurium, quæ adducit Pereg. d. arti. 45. nume. 16. & 17. fo. 370. Et conſequenter, quod agendo vt ſibi ſatisfiat conditione adueniente, & impleta præſcriptionem interrũpat. leg. vlt. C. de præſcript. 30. annorum, l. omnes actiones 181. ff. de reg. iur. leg. 1. in fine C. de præſcript. long. temp. leg. 2. l. nec bonafide. 10. C. eod. l. 1. §. exceptis. C. de anna. except. leg. ſi poſſeſſio. 4. C. quibus non obſtat long. temp. præſcript. le. comperit. 6. C. de præſcrip. 30. anno. l. cum notiſſimi. 7. C. eod.

9 Si conditio venit implenda ex re legata.

tunc

tũc prius poteſt peti legatum quam implea-
tur conditio l.huiuſmodi vbi Bart. nume.1.
ff.de legat.1.

10 Item pro cautione legatorum præſtando
rum conditione aduenieute in continenti
agere poteſt legatarius leg. 1. & toto ſit. ff.
vt legat præſt. nomi.caue.Bar.in leg. is po-
teſt.num.11.ff.de acquiren.hered.Alex.cõ-
ſil.5.col.fin.num.9.lib.7.Ceph.conſil.381.
num.29.

11 Item pro ab latione licentię alienandi
relictum ſub conditione, adeo vt conditio-
ne veniente vendicari poſſit l.fin.§.fin autẽ.
C.commu.de legat.

12 Item pro impedimento, ne filius natura-
lis grauati poſſit in præiudicium legatarij,
ſiue fideicomm. legitimari.gl.in locis citat.
41.ff.de actio.& obl. Decius in conſ.557.nu
mer. 6. Zanehus in leg. hæredes mei §.cum
ita.in 4.parte. numero 128.ff.ad S.C.Tre-
bellian.

13 Item in continenti agi poteſt pro deſcri-
ptinne talis relicti conditionalis facienda
in inuentario hæreditatis præcedẽtis fidei-
commiſſario ante conditionis euentum.
Bald. in leg. vnica. C. vt act. ab hæredibus
ac pro ſeparatione infra quæſtio.99. nu-
mero 6.

14 Item pro habenda facultate per quẽcun
que titulum faciendi ceſſionem actionis na
ſciturae, & ſic conſtituendi procuratorem
in rem ſuam ex nunc prout ex tunc, ad no-
tata per Iacob.de Are.& Ioan.de Graſ. & in
tract.de Ceſſio.actio.Iaſ.in l.is qui poteſt ff.
de acquiren.hæredit.

Et in contractibus conditionalibus vtiq;
poteſt in continen.agere quis, vt ſibi cauea
tur de conſeruando indemnem ab obliga-
tione conditionali, vt per Bald. & Salicet.
in leg.2.verſic.modo quæro de eo.C.de ſen
ten. quæ ſine cert. quantit. & leg.1. C. qui
ſatiſd.cogan.

Et poteſt talis cautio fieri cum hypothe-
ca bonorum abſque fideiuſſore quia non re
fert an fideiuſſoribus, an hypotheca bono-
rum caueatur leg. 1. §. an pignoribus. ff.de
collat.bonorum Alexan.in conſi.65. in fine
libr.5. Neguſan.de pignor.in.2.membr.5.
par.num.27.verſi.Interim. & num.28.Ca-
gnolus, Theſaurus, & Surdus vbi ſupra.

15 Verum Zanehus in d.§.cum ita in 5.par.
nume.128.dicit quod non eſt conditionale
quoad quidditatem ipſius entis intellectua
lis, cui nomẽ eſt legatum, ſeu fideicommiſ
ſum, & aliud intellectuale corpus cui nomẽ
eſt Dominium, rei ſcilicet de qua agitur, nõ
eſt tranſlatum ante euentum conditionis,
nec quoad petitionem, nec quoad demon-
ſtrationem perſonæ, & per conſequens non
tranſmittitur ad heredes, quia non eſt quid
ditas, nec actio, ſed ſola ſpes, quæ ſpes non
16 tranſmittitur d.§.cum ita, vbi gloſſ.final.ad
Trebell.

17 Secus enim eſt in contractibus.§. ex con
ditionali. Inſtat de verborum oblig.l.ſpem.
C.de donat.Bart.Aret & Iaſ.in d.l.is poteſt
ff.de acquiren.hæredit.l.is cui.§.1. vbi gloſ.
in verbo creditorem.ff.de actio. & obligat.
leg.creditores.10. ff. de verborum ſignifi. l.
creditor.55.ff.eod.leg.conditionales 54. ff.
eod. vbi Rebuff. & Alciat. Niſi conditio in
eis appoſita ſit incerta omnino, quia ante il
lius euentum non oritur nec obligatio, nec
actio leg.cedere diem.ff. de verborum ſign.
vbi Rebuff.& Alciat.num.12. idem Alciat.
in dicto leg.conditionales.54.nume.5.& 6.
ff.eode. vbi Rebuff.in prine. Miſſinger. in
§.ſub conditione.verſi.& in hac ſtipulatio.
Inſtit.de verborum oblig. Quia quod eſt in
cõdictione non eſt in obligatione. l. ſi quis
ſub conditione.ff.ſi quis omiſ. cauſ. teſta.&
Miſſing. ubi ſupra facit tex. in leg. pecuniã.
36.ff.ſi cer.petat.& in leg.neceſſario.§. 8.ff.
de peri.& commu.rei uend.

Item niſi aliud actum ſit.leg. qui Romæ.
§.Augerius.ff.de uerborum oblig. Cuiacius
leg.58.eod.ti. Cum enim deſideratur ſuper
uiuentia ſtipulantis contractus conditiona
lis non tranſmittitur ad hæredes conditio-
ne non impleta per late deducta per Cardi-
nalem Manticam libro 11.titul. 20. nume-
ro 28.per totũ de coniectur.& faciunt alle-
gat infra.c.3.q.7.in prine.

Contraria enim allegata ſupra loquun-
tur in cõditione omnino extituram; nõ in om
nino incerta ut heres per Alciat. & Rebuff.
ubi ſupra. Et ex ea dicitur orta actio, non au
tem ipſius actionis exercitium ipſa non im-
pleta. & ad hæredes tranſmittitur dicto. §.
ex conditionali.ubi gloſſ.Areti. Portius &
Meſſing.Inſt.de uerborum obli. Cuiacius,
leg.57.eod.tit.& ſupra.q.10.

18 Etſi agat quis condit one pendente, &
id reus opponat erit abſoluendus. Caſtren.
in leg.1.numer.4.C. ſi aduer. liber. leg. qui
hæredi in fine. ff. de condict. & demonſtr
leg. bouem §.quæ ſub conditione. ff. de e-
duct.edic.

Quod

Quod idem erit etſi reus id non opponat ſi inactis appareat de conditione ſcilicet ſuſpenſiua, Cagnol.in d.leg.lecta ſub n. 198.ff.ſi cert. petat. Neguſantius vbi ſupra num.25.

19 Secus erit de conditione neceſſaria de præſenti,vel de futuro,vt non diximus,quia talis conditio non ſuſpendit actum, nec obligationem per allegata ibi & ſupra par. prima c.2.num.24.& per adducta per Io. Brunellum in Tract.de ſponſ.& mattimo. concluſ.33.in princ.

20 Hinc eſt, quod de debito ſeu relicto in diem vbi ſit orta obligatio tranſitoria ad hęredes, poteſt fieri petitio, & condemnatio, vt ſolutio fiat die adueniente Bartol.in leg. exceptionem in fine. C. de probat.Aflictus dicta deciſ.279.Pedemon. dicta deciſ. 130. Cagnol.in leg.in omnibus num.18.ff. de regul.iuris.late per Bartol.& omnes in leg.ita ſtipulatus.ff.de verborum obliga. & in leg. pecuniam.ff. ſi cert. petat. Tiraquell. de retract.tit.1.§.1.gloſſ.2.num.22.Rimin.conſil.587.colum.1.Neguſan. vbi ſupra nume. 27.verſic.Interim & nume. 28. Theſautus dicta deciſ.235.Sutdus dicta deciſ.151.nume.6.

21 Et debitum ſub conditione poteſt ſolui ante euentum conditionis, qua eueniente debitor liberatur.leg.ſub conditione 16.cũ duabus ſequentibus. ff. de condict. indeb. vbi Barto.& Doctor nota diuer.deciſ.715. nume.9.par.prima,quod eſt intelligendum de debito ſub conditione omnino extitura. leg.quod ſi ea conditione. 18.ff. de condict. indeb.vel quæ extitit; Nam ipſa conditione incerta pendente, etſi ſoluens liberetur tamen per conditionem indebiti poteſt ſolutum per errorem repetere. d.l. ſub conditione. 16.vbi gloſſ.& Bart.in princ.& cęteri omnes.ff.de cond.indeb.

Et hæres ſub conditione licet non poſſit petere immiſſionem ex remedio leg.vlt. C.
22 de edict. Diui Adr. Tollen vt dicit ibi Cyn. quæſt.5.Alberic.numer. 10. quod probauit Specu.de Teſtamen.§.ſequitur.num.37. & ibi Bald. in addit.Zucchar.in dicta leg. vlt. num.261.quia ſub conditione inſtitutus hęres,non eſt hęres.leg.ſi quis ſub conditione dandorum decem.ff.ſiquis omniſ.cauſ.teſ. & contractus conditionalis non eſt contractus Aret.conſi.11.num.2. & verba conditionalia non diſponunt, vt multis probat Galliau. in leg.Centurio. nume. 447.ff.de vulg. Tamen ſi petat immitti Adminiſtratorio nomine, vt adueniente conditione poſtea retineat, & tunc licet ſit ſub conditione inſtitutus eſt ex remedio d.l.vlt. immittẽdus,vt voluit Fulgoſ.quem ſequitur Alex. in leg. 1. C. de edic. Diui Adrian. Tollen. gloſſ.in leg.ſi quis inſtituatur. ff. de hæred. inſtitut. & ita diſtinguendo firmat Menochus de Adipiſcen.remed.4. nume. 305. & ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Conditionem caſualem ſufficit eſſe impletã facto ſiue ſcienter.*
2 *Conditio poteſtatiua ſcienter eſt adimplenda.*
3 *Conditio facti eſt implenda ſcienter, iuris non vtique.*
4 *Scientia præſumitur, per ſcientiam conditionis.*
5 *Ignorantia præſumitur per ignorantiam conditionis.*
6 *Scientiam debet habere, debens implere.*
7 *Iudex, Procurator, Tutor, & curator ignorantes eſſe tales, cùm ſint, an bene procedant, & agant reſpectiue.*

Caput 1. Quæſtione 39.

VTrum ſcienter, vel fatu ſit conditio adimplenda. Et eſt diſtinguendum, Aut enim conditio eſt caſualis; Aut poteſtatiua, Aut eſt facti a teſtatore expreſſa, vel iuris, a iure ſubintellecta de qua ſupra par.1. c.3.num.1.

Si eſt caſualis ſufficit eſſe quocunque modo impleta leg.2.ff.de condit.& demonſtrationibus leg.hæc conditio.§.fina. & leg.ſequen.ff.eod. Bartol. in dicta leg. 2. nume.4.

2 Si eſt poteſtatiua,ſecus eſt,quia eſt ſcienter adimplenda.d.l.2.& ibi Bartol.& Soccin.in leg.multum intereſt.num.2.uerſic. quod in caſualibus.ff.eodem. Lambert. de iure patronat.libro primo 20.artic.5. quæſt. princ. 1.par.num.3.

3 Si eſt conditio facti, requiritur ſcientia hæredis, Si eſt iuris, ſufficit ſola veritas exiſtentiæ,in qua fundatur diſpoſitio iuris,ita ex Bart.& Paulo de Caſtro docuit Soccin. in dicta leg. multum intereſt, nume.3. & 4. ff.de cond.& demonſtr.& infra quæſt. 111.

per

per totam. Cuiac. ad Affrica;tract. 1.verſic. ſcientia Sed quomodo probabitur ſcientia, uel ignorantia?

4 Reſpondeo. Per ſcientiam conditionis lex præſumit ſcientiam,& animum implen di d.leg.2.vbi Alber.in fine & Bald. verſic. ſecundo nota Crauet.in conſilio 171.nume.15.

5 Verum per ignorantiam conditionis lex præſumit contrarium ibi, nam ſi facto, & Bartol.nume.2.Alber.in leg. conditionum. in fine.ff.eod.& ſupra par.1.cap.6.num.46. Non enim requiritur,quod ſciat is,cui conditio debet impleri, ſed ſatis eſt eum ſcire,

6 ad quem ſpectat onus implendi, vt colligitur ex præallegatis ſub nume. 1. & 2. Cornel.in conſi.283.numero 13.lib 4.

Ex quæſtione iſta Bart.Imo.Paul. de Caſtro.& Soccin.in d.l.multum intereſt 21.ff.

7 de condit.& demonſtr. inferunt ad multa. An ſcilicet Iudex ignorans ſe eſſe Iudicem bene procedat.An procurator ignorãs ſe eſſe procuratorem bene agat?An Tutor, Curator ignorans ſe eſſe tutorem, & Curatorẽ bene agat. An ſententia lata contra reum contumacem, quem contumacem eſſe Iudex ignorabat, valeat,de quibus Bartol. ibi ſub num.2.& ſequen. Imol.ſub num.4. Caſtren.ſub num.3. & ſeq. & Socc. ſub nume. 7.& ſeq.

SVMMARIVM.

1 Conditio per compenſationem fauore libertatis poteſt impleri.

2 Conditio acceptilatione impletur.

Caput 1. Quæſtio 40.

VTrum conditio, ſiue Modus poſſint per compenſationem adimpleri? l.ſi peculium ſeruo.§.quod ſi hæredi dare, vbi glo.in verbo.compenſare. ff. de ſtatu liber. dicit,quod ſic,quam adhoc allegant Pedemon.in deciſ.92.num.3.Alcia.lib.3.de verborum ſignifi.num.22. Iaſ.in leg.Gallus.§. & quid ſi tantum nu.32.ff. de liber. & poſthum.licet lex. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omi.cau.teſta.dicat,quod id,quod cauſa implendæ conditionis dari debet, non ſit debitum,quod hinc inde requiritur pro compenſatione facienda Bart.in l. Iulianus num.2.ff.de condit.& demonſt. Sed hic ſecundum eum non erit proprie compenſatio ſed improprie.

Verum tenendo contrariam opinionem dici poteſt,quod in dicto.§. quod ſi hæredi per compenſationem conditio adimpletur

1 fauore libertatis, & forſan melius, cum ſit adimplenda in forma ſpecifica,& prout verba ſonant,non per æquipollens, vt infra ſubijciam.Et quod iſta ſit communis, eſt con ſi l.Aret.100.num.4. Felyn.cap.ad noſtram de iureiuran.Socc.in dicta leg.Iulianus.Gabr.libr.2. de iureiuran.concluſ.7.& pro iſta extat etiam Sarmen. ſelect. interpr.lib.2.ca. 1.nume.11.quod tamen eſt intelligendum ſi conditio ſit iterabilis, & facilis;non autẽ difficilis, vt in propoſito conſiderauit Sarmen.vbi ſupra verſic.ſed licet hęc diſtinctio Nam in non reiterabili, & difficili admittitur implementum per compenſationem ſecundum præallegata iura. & leg. ſi fundum ſub conditione.§.Titio. ff.de legat. 1. Bart. in leg.amplius non peti.ff.rem ratam haberi,quem ſequitur Abbas in cap.ad noſtram de iureiuran.in 1. & c.cum dilectus.8.col. de ordine cognitio, Et an ſit uel nõ ſit iterabilis,& valde difficilis reſidet in arbitrio Iudicis Sarmientus vbi ſupra d.nu.11.in fine verſi.ſed licet.

2 Poteſt bene adimpleri per acceptilationem.leg.ſi fundum.83.§.Titio,vbi gloſſ. & Bartol.ff.de leg.prima.leg.Iulianus.45. vbi gloſſ.& Bartol. ff. de condit. & demonſtr. & ſupra par.1.cap.5.num.27.Preſertim cõditio non petendi,vel non exigẽdi Ita Bal. in leg.mulier.20.in princ.ff.de cond.inſt. ſequitur Cardin.Mant.de coniect.lib.11.titu. 17.num.34.& ſupra par.1.cap.3.nume.10. cap.31.per totum faciunt notata infra hoc eod.cap.quæſtio.61.& quæſtio.62. & quæſtio.82.

Item conditio dandi decem videtur impleta dando argentarium promiſſorem conſentiente eo, cui oporter dare. leg. vltim. in fine. ff. ſi cert. petat. Cardinalis Mantica vbi ſupra numero trigeſimoquinto, etſi non vult acceptare habetur pro impleta. Iaſon. in leg. Gallus. §. & quid ſi tantum ſub numero 31.& 32. ff. de liber. & poſthum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Conditio debet impleri in forma ſpecifica.*
2 *Conditio non poteſt impleri per æquipollens.*
3 *Conditio ex veriſimili mente Teſtatoris poteſt per æquipollens adimpleri.*
4 *Conditio quibus in caſibus poſſit per æquipollens adimpleri.*

Caput 1. Quæſtio 41.

Vtrum conditio poſſit adimpleri per æquipollens?

1 Regula eſt, quod debeat impleri in forma ſpecifica. leg. qui hæredi. §. fin. ff. de condit. & demonſtr. leg. Mæuius. ff. eod. cum alijs allegatis per Bart. & Docto. in leg. Gallus. §. & quid ſi tantum Maxime cum conditio ſit voluntaria d. l. Mæuius, & d. leg. quo hæredi. §. fin. Rolandus in conſi. 100. num. 34. & ſequen. lib. 2. poſt Oldr. in conſil. 177. & 142. Anchar. in conſi. 156. ſub num. 3. verſic. tertio, & quarto. infra & quæſt. 103. nu. 22. & ſupra in quæſtio. 21. 22. & 23. in princ.

2 Nec ideo poteſt impleri per æquipollens Alexan. in conſi. 5. num. 3. lib. 7. Ruin. conſi. 17. num. 3. lib. 3. Ripa in conſi. 90. num. 20. Parif. in conſi. 32. nu. 7. lib. 1. Beccius in conſil. 41. num. 7. Surdus in decif. 209. nume. 3. & in tract. de alimentis. tit. 5. quæſt. 3. num. 15. & 16. Idem voluerunt Decia. in conſil. 64. nume. 6. lib. 2. Rimin. iun. in conſil. 315. num. 60. lib. 4. Natta in conſi. 430. num. 16. Crotus conſi. 4. nume. 17. & 34. Magonius in lucan. decif. 37. num. 44.

Quod idem eſt in ſtatuto aliquid pro forma exigente, vt non poſſit per æquipollens obſeruari. gloſſ. communiter approbata in Clemen. 1. de vita. & honeſt. cleric. Bald. in cap. ex literis in fine de conſtitu. & in cap. ex inſinuatione de reſcriptis in leg. nõ ſunt liberi. ff de ſtatu. homi. & in leg. 2. C. quomodo, & quan. Iudex. Alexand. in conſil. 137. lib. 2. Felyn in cap. cum dilecta num. 9. de reſcript. Decius in cap. conſuluit numer. 88. de offi. deleg. Soccin. conſil. 14. colum. 7. et conſi. 33. colum. 3. et conſi. 59. lib. 1. Iaſ. in leg. 1. nume. 24. ff. de liber. et poſthum. et in conſi. 97. per totum. lib. 4. Poteſt tamen forma a ſtatuto tradita ſuperatum dantes, et plenius obſeruari, vt ſi in contractu mulieru exigatur conſenſus duorum conſanguineorum adhibeatur trium, et plurium, vt contra Iaſ. in d. conſi. 97. ex multis defendit Lambertinus de contractibus gloſſ. 11. in uerbo Agnati. quæſt. 10. num. 60. et ſequentib. fol. 327. tunc enim non dicitur adimpleri per æquipollens ſed pinguius, quod fieri poſſe non debitatur per allegata infra in q. 54. num. 3. Sed an ſit ſemper omnis conditio in forma ſpecifica adimplenda. uide infra in quæſt. 82.

3 Limita hanc regulam primo niſi id per æquipollens ex ueriſimili mente Teſtatoris fieri poſſit. leg. ſi mater. C. de inſt. et ſubſtan. Ioan. And. in addit. ad Specul. in rubr. de ſecundis nuptijs, ſequuntur Caſtren. et Alexand. in dicta leg. ſi mater Soccin. in conſil. 5. in primo conſultationis articulo. in princ. lib. 3. Aldobrand. in conſil. 30. num. 10.

4 Limita ſecundo niſi alicui eſſet legatum ſi morte Patris efficiatur ſui iuris, ſit per emancipationem ſui iuris effectus. leg. fideicommiſſa. 11. §. ſi cum ita, ubi gloſſ. & Bart. ff. de leg. 3. leg. ſi ita. 15. ubi gloſſ. & Bart. ff. quand. dies leg. ced. leg. mulier. 22. in principio, ubi gloſſ. & Alexand. ff. ad S.C. Trebellian.

Limita tertio niſi libertate ſeruo relicta in teſtamento, eidem ſit legatum ſub hac conditione, ſi liber erit, & Teſtator uiuens eum manumiſerit, hoc enim caſu quamuis non ex teſtamento liber fiat, ei nihilominus debetur legatum leg. ſi quis 4. ubi gloſ. ff. de manum. Teſtamento, & ſupra in parte prima cap. 6. numero 8. & 81. & 52. ſequent.

Limita quarto niſi cum aliquis heres inſtitutus eſſet ſub hac conditione, Si Titius quoque hæres erit, & Titius coactus hæreditatem adierit. l. ſi ita. 19. ubi glo. magna. ff. de cond. inſt.

Limita quinto niſi cum alicui legatum eſſet ſub conditione emancipationis, is morte patris, uel alio modo ſit ſui iuris effectus. d. leg. ſi mater. 3. ubi gloſſ. Bald. Salic. & Alexan. C. de inſt. & ſubſt. leg. ult. ubi gloſſ. & Salic. C. de donat. Pure. in decif. 252. nu. 9. lib. 2. & ſupra par. 1. in differentia conditionis uoluntariæ, & Neceſſariæ cap. 102. nu. 2. Sarmien. Select. interp. cap. 1. num. 19. & 20. libro 2. & uide infra quæſt. 103. per totam.

Limita ſexto niſi conditio eſſet Neceſſaria,

ria,quia Neceſſaria conditio poteſt impleri per ęquipollens per allegata ſuperius in prima par.c.102.num.2.verſic.neceſſarię vero ad actum,quibus accedat Pariſ.conſi.74.nume.6.lib.3.Ceph.conſil.312.nume. 143.& conſi.349.num.8.Rimin.iun.conſil.37.numer.3.lib.1. Magon.in Lucan.deciſ.27.nume.43.

Limita ſeptimo in conditione dandorū decem,ſecundum allegata per Card. Mant. de coniect.libr.11.titul.17.nume.34.& 35. Sed intelligas vel in limitationes præfatas procedere dum tamen idem ſequatur effectus. leg. fideicommiſſa. §. ſi cui.ff.de legat. 3.leg.ſi ita.ff.quand.dies legat.ced.leg. mulier.in princ.ff.ad Trebell.Signor.in conſil. 172.num.14. Docto.in §.& quid ſi tantum. de leg.Gallus.ff.de liberis & poſth. & infra q.104.num.17.

S V M M A R I V M.

1 *Conditionem aliquo momento adimplere non ſufficit, ſi adimplementum culpa, & facto adimpletis non durat.*

2 *Item non ſufficit, ſi eſt adimpleta non animo perſeuerandi, ſed ſolum cauſa aſſequendi relictum.*

3 *Item non ſufficit, ſi reſpiciat non ſolum commodum implentis, ſed etiam alterius.*

4 *Item non ſufficit, ſi conditio habeat tractum, ſucceſſiuum.*

5 *Conditionem aliquo momento temporis ſufficit implere omnibus caſibus exceptis ſupra dictis.*

6 *In conditionibus attenditur principium primæ exiſtentiæ, nec curatur ipſius conditionis ſucceſſus.*

7 *Ex prædictis infertur ad multas quæſtiones.*

Caput 1. Quæſtio 42.

VTrum ſufficiat,vt conditio aliquo momento temporis impleatur, licet implementum non duret?

Et eſt diſtinguendum , Aut enim eſt momentanea, aut habet tractum ſucceſſiuum.

Primo caſu eſt iterum diſtinguendum,aut enim implementum non durat culpa , & facto illius,qui adimpleuit, & non ſufficit momento implere. Bald.in leg. ſi quis hæredem verſic. Item facit ad quæſtionem. C.de inſt.& ſubſt.vbi Salic.circa finem.verſi.quærit Bald.Angel.Caſtren verſicu.in texru ibi filia,& Alexan.colum. 2.verſi. tangit etiam Bald.idem Alexan. in leg. in ſubſtitutione circa finem verſiculo adde quod Baldus. ff. de vulg.& pupill. Aut eſt adimpleta animo
non perſeuerandi in implemento, ſed ſolū
2 cauſa aſſequendi relictum , neque hoc caſu
ſufficit momento impletam fuiſſe, vt notat
Fulgo.in dicta leg. ſi quis hæredem , verſiculo, & per hoc apparet, & Caſtrenſi. vbi ſupra,& Alexan. in verſiculo ad quod vltimum,& in dicta leg.in ſubſtitutione in fine verſiculo, vel etiam alter reſponde. Iaſ. in dicta leg.ſi quis hæredem colum.5.verſi.ſecundo limita. Dec.colum.2.verſi. Tertio limitatur.

3 Aut reſpicit nedum commodum implen
tis, ſed etiam alterius, nec momentaneum implementum ſufficit, Ange. in conſil. 34. colum.fin. verſic. finaliter dico vſque in finem. Imol. in dicta leg. in ſubſtitutione in fine.verſiculo tertio notabiliter limita licet non plene firmet,& ibi Dec.colum.2. verſi. tertio limitatur.

Secundo caſu.Si habet tractum ſucceſſi-
uum pariter non ſufficit momentaneum im
4 plementū,ſed eſt in eo perſeuerandum tan-
tum,quantū tractus ſucceſſiuus durat.Cyn. in d.l.ſi quis hæredem num.2.C. de inſt. & ſubſt.vbi Dec.num.3.Bald.in l.fin.col.2. in 2.notab.C de indi.vidu.toll.& in d.l.ſi quis hęredem in ſecunda oppoſ.Alber. in verſic. ſecunda.q.Fulgo.circa finē.verſi.vel vltimo inducunt.Iaſ.col.4.verſi.4. notabiliter Angel.in conſi.34.colum.1.Alex.in conſil.43. col.fi.verſi.non obſtat quod dicebatur. lib. 3.Gomeſ.in reg.de triennali quæſt. 14. nu. 14.Pariſ.conſi.32.num.81.li.1. Rota diuer. deciſ.677.num.3.& ſupra par.1.c.10. num. 2.Quod procedit in conditionibus negatiuis, in quibus non ſufficit momentaneum implementum,niſi duret vſque ad mortem illius,in cuius perſona conditio eſt purificāda.gl.in l.hoc genus.ff.de cond.& dem. Authen.cui relictū,vbi communiter ſcribētes. C.de indi.vidu.toll.& inf.q.116.§.ſi quis ita Inſt.de verb.obl.l.ita ſtipulatus.115.ff.eod. Aret.& Miſſin.in d.§.ſi quis ita.Rui.in conſil.218.num.2.lib.1.

5 Alijs uero caſibus ſufficit,vt aliquo mo-
mento temporis impleatur d.leg.ſi quis hęredem,& leg.in ſubſtitutione,& leg. fi.§.1

C. de indl. vidu. toll. vbi Caſtren. in primis verbis. Bald. in leg. præcibus. colum. 2. in 3. oppoſ. C. de impub. & alijs ſubſt. & in l. humanitatis. colum. 4. in vlt. oppoſ. C. eod. Oldradus in conſi. 21. Caſſa. in conſil. 54. Bart. in d. l. ſi quis hæredem. verſi. & notat etiam. Salic. in 3. oppoſ. & Alexand. in ſummario. Pariſ. in conſi. 32. colum. 9. lib. 1. Tiraq. in regula. ceſſante cauſa. in 4. limit. & in leg. ſi vnquam. C. de reuoc. donat. in verbis ſuſceperit liberos. num. 187. 188. & 189. fol. mihi 284. Rolandus loquens in immunitate ob numerum filiorum, quod ſufficiat ſemel habuiſſe duodecim liberos pro ipſa obtinenda licet poſtea aliqui decedant. in conſi. 52. Requiſitus eſt. num. 45. & ſequen. lib. 2. Rota diuer. par. 1. deciſ. 379. num. 7. & 689. nume. 3. vbi infert ad matrimonium conſumatum per momentum, quod non reſoluitur, licet ſuperueniat viri impotentia, Quia,
6 vt dicit Bald. in dicta leg. præcibus. In conditionibus attenditur principium primæ exiſtentiæ, & non curatur ipſius conditionis ſucceſſus, niſi in caſibus prędictis. Quod idẽ dicunt Iaſ. in d. l. in ſubſtitutione. col. 3. ff. de vulg. & pupill. & Ioan. Lecyrer. in tract. de primogenitura quæſt. 21. libro primo nume. 7. Simon. de Prætis de Interpr. vlt. volunt. libro 4. dubitat. 12. numero 66. 67. & 68.

7 Hinc variarum quæſtionum reſolutio procedit, tam occaſione vltimarum voluntatum, quam cõtractuum, quarum prima eſt. Quod obligatus ex contractu, vel ſententia ad rem tradendam, ſi ſemel eam tradiderit, eſt liberatus, nec reuiuiſcit obligatio, ſi ad eum reuertatur. leg. ab emptione. vbi gloſſ. magna. ff. de pactis cum alijs relatis per Tiraquel. in regul. ceſſante cauſa limit. 8. & in dicta leg. ſi vnquam in verbis. ſuſceperit liberos. num. 192. & 191. allegat gl. & docto. quam plurimos.

Secunda eſt, Si Teſtator legat filiæ, cum vidua erit, an ſi filia ſit effecta vidua, & poſtea nubat, perdat legatum? quæ deciditur in leg. finali. C. de uidu. tollen. de qua per Tiraquel. vbi ſupra in dictis verbis nume. 189.

Tertia eſt, Si Rex conceſſerit Caſtrum alicui Militi, & hæredi ex eius corpore nato, & hoc non exiſtente, vel cuiuis ſublato quod Caſtrum reuertatur ad Regem, mortuo Milite relicto filio, eodemque poſt decedente, an Caſtrum reuerti debeat ad Regem, quod negat, ex quo conditio fuit ſemel purificata, & Rex excluſus per notata per Cyn. & Baldus in authen. ſed ſi quis. C. de ſecundis nuptijs. Caſtren. conſilio 363. numero ſecundo libro primo, Decius conſilio. 63. ſiue Puteus deciſ. 174. libro 3. Achil. deciſ. 1. de donatio Molin. de Hiſpan. Primogen. libro primo, cap. 6. nume. 16. & 17.

Quarto eſt, Si Teſtator ſubſtituit aliquem ſub conditione, ſi inſtitutus fuerit mortuus ſine filijs, an ſufficiat eum habuiſſe, licet ſint mortui, vt ſubſtitutus perpetuo excludatur? Et excludi dicit tex. in leg. hæredibus. ff. ad S. C. Trebell. & leg. cum vxori. eod. Ruyn. in conſilio. 153. numero quinto libro ſecundo poſt Oldradum in conſilio 21. & ſupra in parte prima capitulo 11. ſub num. 1.

Quod intellige ſecundum propoſitas facti ſpecies ibi dicto capitulo 11. numero primo, vel ſecundum propoſitam ſi liberi mortui ſint poſt inſtitutum, quia tunc, quia mortui poſt excludunt ſubſtitutum, quia id ſuperuiuentes fecerunt, vt notaui ſupra in prima parte, capitulo 12. ſub numero ſecundo.

Quinta eſt ſtante ſtatuto, quod filia non poſſit venire ad ſucceſſionem Patris ſtantibus maſculis, & ex his exiſtentibus hæredibus defuncto Patre relicto filio maſculo, qui itidem filium reliquit, ſuperſtite filio, licet hic poſtea moriatur, feminæ non ſuccedunt, quia ſufficit conditionem ipſius excludentem ſemel fuiſſe impletam. Alexand. conſi. 139. num. 4. libro ſexto alios concordantes adducit Tiraquel. in leg. ſi vnquam. in verbis ſuſceperit liberos numero 193. & 194. Contrarium firmat Bar. in l. fi. §. 1. ff. ad Tert. Bal. in c. 1. §. 1. tit. epiſ. uel Abba. in feudis. Anchar. conſi. 220. Socc. conſi. 64. lib. 1. Rota coram Zano. deciſ. 50. & coram Ripa. Penia in Peruſina Reintegrationis die 13. Martij 1595. Sed contraria iſta procedit ſolum reſpectu portionis, quam fæminę haberent ſi non eſſent excluſæ, non autem aliarũ portionum ad maſculos ſpectantium, Rota coram Bubalo die 22. Maij. 1587. in Viterbien. quam adhoc adducit D. Penia. in ſupra dicta cauſa die. 5. Maij 1597. in fine.

Sexta eſt de reuocanda Donatione, ſi ſuperueniant liberi, quæ reuocata dicitur, ſi ſemel ſuperuenerint, licet non durent,

quia

quia moriantur; quas quæſtiones cum alijs multis recenſet Tiraq. in d. l. ſi vnquam. in dictis. verbis. ſuſceperit liberos. num. 193. vſque ad nu. 203. & præſertim illam, quod fœmina ſemel ſtatuto excluſa ſemper remaneat excluſa licet maſculi moriantur, niſi ſtatutum excludens vtatur illis verbis, Donec, Quamdiu, Quouſque maſculi vixerint, ibi in numero 194. late pertractat, & multos refert more ſuo, de quorum verborum iuribus late tradidi ſupra in quæſt. 5. per totam.

Ex quo reſultat aliæ quæſtionis reſolutio de relicto vſufructu vxori donec, quamdiu, uel quouſque vidualem vitam ſeruauerit; Nam iſta mulier licet tranſeat ad ſecunda vota, non tenetur reſtituere fructus, quos, dum ſtetit in viduitate percepit. Ita Par iſ. in conſil. 95. nume. 44. lib. 2. & ſic anteeum decidunt Cyn. Baldus Angel. & Caſtren. in leg. final. colum. 2. C. de indi. uidu. toll.

SVMMARIVM.

1 *Conditio impleta tempore Teſtamenti ſi ante teſtatore eſt iterum implenda.*

2 *Conditio poteſtatiua quandocunque impleta non ſufficit, caſualis verò ſic regulariter, non ſemper.*

3 *Conditio debet impleri tempore à Teſtatore determinato.*

4 *Conditio dandi vel faciendi facilis, eſt iteranda, difficilem ſufficit quandocunque fuiſſe impletam.*

Caput 1. Quæſtio 43.

VTrum conditio impleta ſemel debeat aliquando iterate impleri? Et eſt diſtinguendum: Aut enim eſt impleta tempore Teſtamenti aut eſt implenda.

1 Primo caſu aut Teſtator ſcit eſſe impletam, & eſt iterum implenda, aut ignorat, & ſecus eſt l. ſi ita. §. ſi. ff. de l. 2. l. hæc cōditio. §. ſi. & l. ſi iam. ff. de cond. & dem. & l. penul. ff. quan. dies l. ced. & ſupra par. 1. c. 8. ſub num. 5. verſic. Et non intelligitur de iam contractis, & c. 6. nu. 51. 52. & ſeq. Secūdo caſu aut conditio eſt caſualis, aut poteſtatiua.

2 Primo caſu impleta viuo Teſtatore ſufficit, et prodeſt. l. cōditionū. in prin. ff. de cōd. et dem. et ſup. q. 39. nu. 1. et q. 34. num. 4.

Secundo caſu aut ex verbis in conditione adiectis per teſtatorem poteſt apparere, quo tempore impleri debeat, & tunc illo tempore impleta prodeſt, alio vero tempore non prodeſt. l. quæſitum. §. præſenti. ff. de leg. 1. et ſupra c. 6. num. 56. par. 1. et par. 2. c. 1. qu. 5. in fine. Aut non apparet, quo tempore debeat impleri, et tunc aut conſiſtit in dando, aut in faciendo.

4 Primo caſu impleta viuo Teſtatore non prodeſt, ſed tantum poſt eius mortem. d. l. conditionum. §. 2. Card. Mant. de coniect. libro 11. titu. 17. num. 5.

Secundo caſu aut conſiſtit in facto facili ad iterandum, et non ſumptuoſo, et tunc iterum debet impleri d. leg. conditionum. et leg. ſi iam facta. ff. de cond. et demon. Aut conſiſtit in facto difficili, & ſumptuoſo, et tunc impleta viuo Teſtatore prodeſt. d. l. ſi iam, et l. hæc conditio. ff. eod. et l. ſi quis hæredem. C. de inſt. ſubſt. l. ſi ita. 67 vbi glo. et Bart. et l. ſi uir. 59. ff. de cond. et dem. Alber. in d. l. conditionum. num. 2 uerſic. quare dic ſecundum Dynum. ff. eod. et ſupra in par. 1. d. c. 6. num. 52. et par. 2. quæſt. 37. num. 2. 3. et 4. cap. 1.

SVMMARIVM.

1 *Conditio in hærede indigno licet hæreditate priuato debet impleri.*

2 *Conditio in hærede hæreditatem vendente debet impleri.*

Caput 1. Quæſtione 44.

SI hæreditas ab hærede indigno auferatur Vtrum in eius perſona debeat conditio impleri?

1 Et dicendum eſt, quod ſic. leg. ex facto. §. Iulianus. ubi Baldus in princ. ff. de uulg. et pupill. leg. ſi is qui. et leg. in ſubſtitutione. ff. eod. et leg. qui hæredi. §. cum hæreditas. ubi Bartol. num. 1. ff. de cond. et demonſtra. et num. 2. idem dicit de hærede alienare prohibito uendente hæreditatem eadem ratione, ubi etiam notat Bartol. in leg. Mutianæ. in fine. ff. de cond. et demonſt. ubi dicit multum importare, quod ab eo tanquam ab hærede auferatur hæreditas, quia cautioni Mutianæ contrauenit, qua quidem debet quicquid ad eum uti hæredem per-

Digitized by Google

peruenit poſt venditam hæreditatem emptori reſtituere, leg. venditor. 2. §. illud tenendum, verſ. & non ſolum quod iam peruenit, & §. ſed & ſi quid. ff. de hæred. vend. vbi gl. in verbo, poſſet, & Bald. in primo notab. & Soccin. in d. leg. qui hæredi. nume. 7. caſum quæſtionis noſtræ exemplificat in ſeruo herede inſtituto, quod in eius perſona, non in perſona Domini ſit conditio implenda, & in §. cum hæreditas num. 8. de d. leg. qui hæredi dat diſtinctionem, ſuper qua relinquit cogitandum, ſed iſto cum Barto. infra quæſtio. 88.

SVMMARIVM.

1 *Conditio tacita quæ impediat, & quæ non impediat relicti transmiſſio.*
3 *Conditio tacita, quæ venit ex Teſtamento impedit tranſmiſſionem.*
4 *Teſtator tacite & expreſſe poteſt impedire.*
5 *Lex, & natura rei non poſſunt impedire Iudicium Teſtatoris.*
6 *Tacita conditio in contractibus nunquam impedit tranſmiſſionem.*

Caput 1. Quæſtio 45.

VTrum tacita conditio impediat relicti tranſmiſſionem? & eſt diſtinguendum; Aut enim venit extra Teſtamentum, aut ex natura rei legatæ, aut ex diſpoſitione legis.
1 Iſtis enim caſibus non impedit tranſmiſſionem, leg. conditiones extrinſecus, vbi Bart. in princ. ff. de condit. & demonſtr. Bald. in l. hæc verba. verſi. ſed quare conditio iuris. ff. de leg. 1. & pro concordantibus Menoc. preſump. 201. num. 51. & ſequen. lib. 4. vbi hoc extendit, & declarat vſque ad nume. 62. Et Cardinalis Mantica de coniect. lib. 11. titu. 20. nume. 5. & ſupra par. 1. cap. 3. nume. 9. & 10. Niſi veniat ex poteſtate legatarij, quia tunc impedit, leg. miles. §. pro parte. vbi gl. ff. de leg. 2. & leg. filio. ff. de leg. 1. Bartol. in dicta leg. conditiones, extrinſecus in fine.
2 Aut venit ex teſtamento, quia Teſtator ſic voluit, & impedit tranſmiſſionem. l. aliquando, vbi Barto. ff. eod. & leg. quod pure. ff. quan. dies leg. ced. Azzo in ſumma. C. eo. quia, vt dicit Bald. in dicto verſic. Teſtator
3 poteſt tacite, & expreſſe impedire tranſmiſſionem, lex & natura rei, non vtique. Idem
4 firmat Cardinalis Mantica de coniect. libr. 10. tit. 5. nume. 5. in fine, & per totum & lib. 11. titul. 20. num. 8. & 9. & per totum. titul. Menochus vbi ſupra numero 62. multos adducit, vbi hoc utique extendit, atque declarat uſque ad num. 67.
5 In contractibus vero non impedit tranſmiſſionem. §. ex conditionali. Inſt. de verb. oblig. leg. ſpem C. de donat. Bartol. Aret. & Iaſ. in leg. is poteſt. ff. de acquir. hæred. Soc. iun. in conſi. 142. nume. 9. lib. 3. Aldobrand. conſi. 93. nu. 6. & 7. Menoch. conſil. 388. nu. 53. & 54. lib. 4.

Sed non datur actio niſi conditione impleta glo. in leg. item quia. §. 1. ff. de pactis, & ibi Bart. & Docto. leg. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. Rolan. in conſi. 53. num. 27. lib. 1. Doctor. in leg. cum proponas la 2. C. de Pactis. Pute. in deciſ. 317. libr. 3. Moder. in commu. opi. lib. 3. loco 7. de ſubſtitutionibus. tit. 4. cap. 3. colum. 1. verſi. & cur ſecus ſit. Immo impedit natiuitatem obligationis ſicuti expreſſa, vt notat gloſſ. prædicta, & ibi Bartolus, & Doctor. & cumulati ſupra in parte prima, capitulo 7. ſub num. 1.
6 Quod intellige in vltimis voluntatibus, non in contractibus, in quibus ſuſpendit ſolum natiuitatem actionis, ita ut conditione pendente non poſſit agi. late Afflict. deciſ. 280. per totam, & nume. 6. Quod tamen verum eſt, quando conditio eſſet tacita, & vera, ſecus ſi eſſet quaſi conditio non vera, & tacita, quia talis nec natiuitatem obligationis impedit, nec ſuſpendit, vt notat Bart. in leg. 2. §. fin. in fine. ff. de verb. oblig. quem refert, & ſequitur Angel. in tract. de teſtam. gloſſ. 58. num. 2. per totum. Alber. in leg. obligationum. §. conditio. ff. de actio. obliga. dat diſtinctionem, vt videas infra quæſt. 93. quæ eſt eadem in effectu. & c. 6. quæſt. 8. nu. 10. & ſequen. late. Roland. conſi. 95. num. 8. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Conditio tacita Iuris neceſſitate impedit natiuitatem obligationis, & actionis.*
2 *Conditio tacita partium voluntate non impedit natiuitatem obligationis, & actionis.*

Gaput

Caput 1. Queſtio. 46.

VTrum tacita conditio impediat natiuitatem actionis? Et ſecundum Albe. in leg. nunc videndum. nume. 3. ff. de cond. indeb. eſt diſtinguendum; Nam quædam eſt tacita conditio iuris neceſſitate; quædã partium volũtate, vt in obligatione ſub ſpe futuræ numerationis.

1 Prima impedit natiuitatem actionis, leg. ſtipulationem. 22. ff. de iure dotium, & leg. final. in princ. C. de donat. ante nupt. & ſupra quæſt. 38. nu. 5. Iacobi de Santo Georgio in leg. etſi poſt tex. numer. 35. ff. ſi quis caut. & gloſſ. ordina. in leg. item quia, ff. de pactis vbi idem Iacobi in 1. lectur. num. 11. & in 2. lectu. num. 4. & infra. quæſt. 103. nume. 2. & eſt tex. in leg. interdum. ff. de verborum, obligat. quem ad hoc Bal. in d. leg. etſi poſt tres. nume. 53. vbi format quæſtionem iſtam, & ita reſoluit Rub. conſil. 8. nume. 8. Decius conſi. 2. nume. 4. Cephal. conſi. 132. num. 3. lib. 1. & conſi. 217. nu. 10. lib. 2. Roland. conſi. 59. nu. 13. & conſil. 58. nu. 19. & ſequen. lib. 3.

Niſi ſit neceſſaria de præſenti, vel de futuro, & quis agere intendat ad effectum conſequendi die, ſeu conditione adueniente, non autem, in continenti, quia tunc non impedit natiuitatem actionis per allegata ſupra in d. q. 38. in princ. & infra q. 93. in fine.

2 Secunda vero non impedit, ſed reſoluitur contractus, niſi fiat id, quod tacite intelligebatur. leg. 2. ubi gloſſ. ff. de in diem adiect. cum alijs allegatis per Albert. in dicta leg. nunc videndum. ff. de condict. indeb. numero tertio, & quarto. faciunt allegata ſuperius in proxima præcedente quæſtio. ſub numero quinto verſiculo ſed non daturi multos cumulat. Tiraquel. de retractu. titul. 2. §. 1. gloſſ. 7. numero tertio, & impedit quod amplius requiuſcat. Puteus deciſ. 66. libro tertio, Caputaque. deciſ. 335. parte ſecunda, faciunt allegata ſuperius in prima parte capitulo ſexto, in fine & capitulo 7.

S V M M A R I V M.

1 *Conditio expreſſa iuris, quæ tacite ineſt, non impedit tranſmiſſionem, etſi ab homine exprimatur, vel non.*

2 *Secus ſi exprimatur alio modo, quam quo tacite ineſt in totum, vel pro parte.*

3 *Conditio expreſſa per modum diſpoſitionis, cuius tacitus intellectus prodeſt, & expreſſus nocet, & e contra, non facit legatũ conditionale.*

4 *Conditio expreſſa hominis ab homine expreſſa facit legatum.*

5 *Conditionale, & non tranſmittitur, niſi conditio ſit tacita, vel ſucceſsiua.*

Caput 1. Quæſtio 47.

VTrum conditio expreſſa impediat relicti tranſmiſſionem?

Et diſtinguendum eſt; Aut enim conditio expreſſa eſt iuris, aut hominis.

1 Si eſt iuris, quæ tacite inerat abſque expreſſione hominis. & non facit legatum cõditionale ad effectũ impediendi illius tranſmiſſionem. gloſſ. in leg. hæc verba. ff. de leg. 1. vbi Bartol. in princ. Bald. in verſic. ex quo nota, quod conditio iuris. Iaſ. num. 1. 2. 3. & 10. Rota diuer. in deciſ. 576. nume. 1. par. 1. & deciſ. 677. nume. 5. & 6. par. 1. licet etiam exprimatur ab homine. Doctr. in d. leg. hęc verba, & ibi Iaſ. num. 5. leg. ſi Titio. §. quædam. ff. quan. dies leg. ced. leg. in conditionibus. §. 1. ff. de cond. & demonſt. & dicta deciſ. 576. num. 1. & ſupra in quæſt. 45. per totam. Sed quia ſecundum deciſ. 677. num. 6. ſupra allegatam hoc non procedit ſine difficultate, ideo diximus eſſe diſtinguendum,

3 vt infra; Aut enim expreſſio eſt per modum conditionis; aut per modum diſpoſitionis;

Primo caſu iterum eſt diſtinguendum; Aut enim exprimitur eo modo, quo inerat tacite per intellectum, & expreſſio nihil operatur dicta leg. hæc verba. & ibi Iaſ. Aut non exprimitur eo modo, quo inerat, ſed

2 alio modo, & tunc aliquid operatur. leg. 3. §. filios. ff. de li. & poſthum. & leg. ſi ita legatum. §. illi. ff. de leg. 1. gloſſ. in leg. aliquando. ff. de cond. & demonſt. Et ſi pro parte tacite inerat, pro parte non, operatur eatenus, quatenus tacite non inerat. leg. ſi Titio. in fine. ff. quan. dies. leg. ced. & infra. quæſt. 51. In dubio autem præſumitur expreſſa eo modo quo ineſt ut docuit Bald. in leg. vnica. §. videamus num. 2. C. de rei vxo. actio. & tranſmiſſionem ideo non impedit Alexan. in d.

l. 3.

leg.3.nume.6.ff.de legat.1.per tex. in leg.ſi
Titio.§. quædam. ff. quand. dies. legati ce-
dat.

Secundo caſu ſi exprimitur per modum
diſpoſitionis eſt pariter diſtinguendum;
Aut enim tacitus intellectus prodeſt, & ex-
preſſio nocet, aut tacitus nocet, & expræſ-
ſus prodeſt.

Primo caſu expræſſio aliquid operatur
argumento.leg ſi quando. ff.de leg.1.& leg.
3 nonnunquam. ff.de cond.& demonſt.

Secundo caſu expreſſio nihil operatur.l.
vnum ex familia in princ.& in §.de falcidia.
ff.de leg.2.& dicta: quæſt.51.

Si eſt conditio hominis ab homine ex-
4 præſſa, quæ neque de iure abſque hominis
expræſſione ineſſet, impedit transmiſſioné,
& facit legatum conditionale. leg. vnica.§.
ſin autem aliquid.C.de cad. toll. Iaſ. in di-
cta.leg.hæc verba.ff.de leg.1.leg.intercidit.
ff.de cond.& demonſt. & ſi fuerit relictum
ſub conditione factum ab aſcendente. leg.
hæredes mei, §. cum ita.ff. ad Trebell. leg.
cum ex filio.in princ.vbi Bald.& Imo.ff. de
vulga.glo. communiter recepta in leg. vni-
ca.de his. qui ante apert.tab. & ibi Cyn.Bar
tol. Angel.& Corn.Bart.in leg. 1. nume. 8.
verſic.alia glo. ff.de leg. 1. Angel. in conſil.
287.numer.3.verſi. ſed cum dies. vbi dicit,
gloſ.in leg.is cui, ff.de acti. & oblig.eſſe vni
cam, contrarium in conditionali relicto ab
aſcendente tenentem, & eſſe ab omnibus
reprobatam, prout reprobari dicit etiam
Alex.in conſi.206.nume.2.lib.6.& in conſi.
62.nume.2. verſi.ſed præmiſſis. libr.3.& in
conſil.165.numer. 3.lib. 5.& in conſil.162.
nume.2.lib.7.Soccin. ſen. in conſi.76.num.
3.lib.1.conſil.74.nume.1.lib.4. Dec.in con-
ſil.416. in fine, & in conſil. 674. nume. 2.
Ruin.in conſi.181.nume 1.lib.2.& pro hac
opinione multos congeſſit Gabr.in concluſ.
2.numer. 10. de hæred. inſt. Ratio eſt quia
Teſtator nõ præſumitur voluiſſe proſpicere
hęredibus legatarij conditionalis, qui ma-
gis ſuccedunt ex legis diſpoſitione, quam
iudicio Teſtoris. leg. ſed & ſi ſic.in fine. ff.
de leg.3.leg.qui liberis.§.hæc verba.de vul-
ga.& pupill.Signor.in repet.leg.ſi poſt mor
tem. numer.2. verſ.pro euidentia. C.de fi-
deicom. Quod idem eſt intelligendum de
relicto in diem incertam, quia dies incertus
in vltima voluntate facit conditionem. leg.
dies incertus.ff.de cond.& demonſt.leg.vni
ca.§. ſin autem. C. de caduci. toll. leg. 4. ff.
quãs.dies leg.ced.leg.hæres meus.§. 2.ff.de
cond.& demonſt.fulgo.in conſi.70.num.2.
etſi dies incertus apponatur. executioni le-
gati, quia totum legatum conditionale red-
dit, & ſi interim conditione pendente lega-
tarius deceſſerit, non transmittitur. leg.qui
bus diebus §. quidam Titio. ff. de cond. &
demonſt.gloſſ.& Doctor.in leg.ſeius ſatur-
nius. ff.ad Trebell.Bart. in leg.ſi cui.§. 1.ff.
de leg. 1.& in leg.1.ff.de cond. & demonſtr.
Ruin.in conſil.85.numer.1. & 9. libr.2.vel
conditio ſit omnino extitura, cum tamen vt
incertum, an debeat viuo legatario exiſte-
re, quia non cedit niſi ab euentu conditio-
nis. leg. huiuſmodi. ff. quan. dies leg. ced.
Contrarium eſt, ſi certum ſit, viuo legata-
rio extituram eſſe, quia tunc legatum cen-
ſetur purum. Bar.in leg.vnica.§.1. in 3. op-
poſit. & numero 1. de caduc. tollen. & hæc
ſint, & intelligantur dicta de conditione
expreſſa per allegata ſuperius, non autem
4 de tacita, quæ tacite in ſit, quia talis
non impedit tranſmiſſionem, vt mox dixi-
mus ex allegatis ibi, & per tex.in leg.ſi dies
§.vlt.ff.quan.dies.leg.ced. in leg. conditio-
nes extrinſecus.ff.de cond.& demonſt.& in
leg.quæ ſub conditione.§.vlt.de cond.inſt.
ubi Bartol. idem Bart.in leg.vnica. §.1.nu.
1.de caduc.toll.Alcia.in leg.1.nume.16.de
leg. 1. Rube. Alexand. in conſil.8. nume.8.
Hoc tamen intelligendum eſt de tacita iu-
ris neceſſitate, non teſtatoris voluntate.
Crotus in l.nemo poteſt.nume.54.ff.de l.1.
de qua inferius quæſt. 93. nume. 1. & alibi
ſæpius.
5 Rurſus conditio ſucceſſiua, ſi cæpta eſt ad
impleri, non impedit tranſmiſſionem quan
do ſub ea ſimpliciter eſt legatum, non tem-
poraliter, vt explicat Ioan.de Anan. in con-
ſil.75.nume.1.verſi. præterea, de qua ſupra
in prima parte cap. 2. numero 91. Pro om-
nibus præmiſſis multos adducit Menochus
præſumpt.201.num.67.& ſequen.lib.4.de
præſumpt.

Et pręmiſſa procedunt, ut ſupra extat
firmatum, niſi ex coniecturis contrarium
appareat, ut late notant Cardinalis Man-
tica de coniect. libro 11. titulo vigeſimo
numero undecimo & ſequen.& Menochus
in dicta pręſumpt. 201. numero 78. 79. &
ſequen.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pro adimplemento nuptiarum nō requiritur ductio vxoris ad domum.*
2 *Ductio mulieris ad domum facit matrimoniū præſumere.*
3 *Aetas nubilis non implet conditionem, & ſi talis decedat, non tranſmittit ad hæredes, ſi non nupſerit.*

Caput 1. Quæſtio. 48.

VTrum requiratur ductio vxoris ad bonum pro adimplemento conditionis nuptiarum? & eſt diſtinguendum. Aut enim conſtat, matrimonium fuiſſe contractum, aut non.

1 Primo caſu non requiritur. gl. in leg. cum fuerit. in verbo. ducta. ff. de cond. & demon. & leg. nuptias. ff. de reg. iur. cap. ſufficiat. 27. quæſt. 2. leg. cum hic ſtatus. §. mulier. ff. de donat. inter. vir. & vxor. Bartol. in leg. Titio centum. §. Titio genero. nume. 7. ff. de cond. & demon. nec obſtat leg. ſancimus. C. de nuptijs, nec minus id, quod per eam dicit Fulgo. in conſi. 40. num. 1. ad finem, quod ſcilicet hæc conditio non prius videatur impleta, nec eius dies ceſſiſſe quam feſtiuitas nuptiarum, & ductio ad domum interceſſerit, quoniam, vt bene declarat Bart. in dicto §. Titio genero. nume. 7. ff. de cond. & demon. intelligit feſtiuitatem nuptiarum interceſſiſſe, quando matrimonium fuit contractū per verbū præſentis temporis; tametſi vxor ad domum Viri non fuerit traducta, & Iuſtinianus in dicta leg. ſancimus expreſſit ſollemnitatem, ſeu feſtiuitatem nuptiarum, quia per raro abſque pompa matrimonia cōtrahuntur, idem prorſus dicturus de matrimonio ſolo conſenſu contracto, per dictam leg. cum fuerit, & alijs iuribus ſupra allegatis, idem tenet Cuaren. in tract. ſolut. matri. in tit. de nuptijs. cap. 2. poſt prin. Abbas in rubr. de ſponſalibus. numer. 4. quicquid dicat Gemin. in cap. Valentino. 34. diſtinct. verſi. nota ſecūdo quia loquitur contra tex. in dicta leg. cum fuerit vt notat ibi Socc. ſen. num. 1.

2 Secundo caſu, ſi non conſtat fuiſſe cōtractum, ductio ad domum facit ipſum præſumere. leg. ea quæ. ff. ad municip. leg. denique ff. de ritu nupt. leg. Seia. ff. de ritu nupt. leg. Seia. ff de donat. inter vir. & vxor. ſed pro adimplemento conditionis nuptiarum non requiritur dicta. leg. cum fuerit cum alijs allegatis.

3 Verum hæc conditio non intelligitur impleta ex eo ſolo, quod Virgo fuerit facta nubilis, & viripotēs. dicta l. ſancimus. C. de nuptijs. leg. hæc conditio & leg. cum fuerit. ff. de cond & demon. Bart. in dicta leg. Titio centum. §. Titio genero. colu. vlt. Gabr. in conſi. 131. nume. 13. Niſi hoc voluerit Teſtator, vt notat Gabr. ibidem. Vnde ſi Puella deceſſerit, antequam nuptias contraxerit, legatum dotis extinguitur, niſi ei debeatur legitima, à qua omnis conditio remouetur, vt notat in propoſito Bald. in conſil. 286. numer. 4. lib. 3 & non tranſmititur ad hæredes Ang. in leg. ſecus ſaturnius nume. 2. ff. ad S. C. Trebell. per leg. cum Teſtator. C. de teſta. manumiſſ. & ita dicit conſuluiſſe exmente Cyni in l. ex his. C. quan. dies leg. ced. ſequitur Alex. in dicta leg. Seius Saturnius. nume. 2. & de hac re multa infra in c. 6. quæſt. 1. per totam.

SVMMARIVM.

1 *Nupta videri non poteſt, quæ non poteſt pati virum.*
2 *Conditio Si nupſerit poteſt ſemper impleri.*
3 *Conditio ſi nupſerit eſt implenda per trienniū poſt Viripotentiam.*
4 *Lex prima debet reſtringi per poſteriorem.*
5 *Lex prima debet reſtringi per poſteriorem quando loquitur in eiſdem terminis.*
6 *Conditio ſi nupſerit poſt quandocunque poſt viripotentiam impleri nec grauatus eſt cogendus antea dotare.*

Caput 1. Quæſtio 49.

VTrum ad implendam hanc conditionem ſi nupſerit, ſit à iure aliquod tēpus præfinitum, intra quod debeat impleri, ita vt ante impletā, ſeu poſt, debeatur, vel non debeatur legatum ſub ea relictum? & quidem tex. in leg. penu. ff. quan. dies leg.

1 ced. dicit, quod non poteſt videri nupta quę virum pati non poteſt, itaut nupta antequam ſit viripotens, non cenſeatur paruiſſe conditioni, ſed ſi viripotens nupſerit impleuiſſe conditionem cenſeatur. leg. hæc cōditio

ditio filiæ poſt prin. verſi.ſed enim non omnes.ff. de cond. & demon. & ſic cum diſtinctione prædicta videtur poſſe petere, vel nō petere legatum, ſub illa conditione relictum. Paul.de Caſtro in leg.2.numer. 1. C. de inſt. & ſubſt. exceptis tribus caſibus per
2 ipſum ibi adnotatis,firmat hanc conditionem poſſe quandocunque adimpleri. Bart. in leg.2.§. ad filiorum. nume 1.C.quando,
3 & quid quarta pars deb. libr. 10. concludit per triennium poſt viripotentiam, ſeu pubertatem eſſe implendam, vt notaui ſupra in prima par.cap.8.ſub num.5.verſic. Io. de Imola,quod pro ſingulari, & alibi non dictum notat Bald. in leg. placet. in fine. ff. de lib.& poſthu. & Io.de Platea dicit ſingularem ibi indicto §.ad filiorum. Iaſ.in leg.2. nume.6.C.de Inſt et ſubſt. Paul.de Caſtro in leg.hæc conditio.num.2.ff. de cond.& de monſt.Franci.Marc.quæſt.861.libr. 1.& in quæſt.856.eod.lib. 1.multa ad propoſitum adducit, & in propoſito faciunt late adducta infra in cap.6.quæſt.1. per totam. Socci. Sen.in dicta leg. hæc conditio num.2.dicit, hoc eſſe valde dubium per tex.in leg.conditionum, quæ in futurum in fine. ff. eod vbi extat firmatum, quod iſta conditio poſſit quandocunque impleri, nec ideo debet reſtringi ad determinatum tempus triennij, vt etiam colligitur ex leg.hæc conditio filię. ff.eod.vbi grauans ſolum exigit,vt impleatur, non quando, vt quandocunque etiam poſt triennium poſſit impleri, quia non ſit præfinitum tempus,vt not. in leg.fine præfinito.ff.de pen.

Nec obſtat tex. in dicta leg. 2. §. ad filiorum.C.quan.et quibus quarta pars deb.lib. 10. quia loquitur in terminis diuerſis vt ei reſpondet Socci.in dicta leg. hæc conditio. nume. 2.ex quibus non poteſt fieri legitima conſequentia.leg.vlt.ff.de calumn.leg.Pap. exuli.ff. de minoribus leg. naturaliter. §.ni-
4 hil commune.ff. de acquir. poſſeſſ. & quamuis vna lex debeat per aliam poſteriorem reſtringi.l.ſed poſteriores.et leg. non eſt no-
5 uum.ff.de legibus. Hoc nihilominus debet fieri, quando loquitur in eiſdem terminis, non in diuerſis, ne ſuos limitatos terminos transgrediatur. Bald. in conſil. 261.in fine lib.3. Cuman.in conſi.79.in fine. Præterea ille tex.in §.ad filiorum loquitur in caſu ſpeciali, nec ideo debet trahi extra ſuum caſum ad caſum noſtrum.leg. quod vero contra.ff. de legibus, leg. minimus. §.cum autem tertio gradu. vbi Bald.numero 3. C. de legit. hæred. Soccin. ſen. in dicta leg. hæc conditio. numero ſecundo. ff. de conditio.& demonſtrat.

Sed id, quod firmatum eſt quandocunque impleri poſſe, eſt intelligendum poſt-
6 quam eſt facta viripotens, non ante per allegata ſupra in prin. & per tex. in leg. Titio centum.§.Titio genero.vbi Bart. ff. de condit.& demon.argumento. leg. nec ſemel. §. ſi in habitatione.ff.quan. dies leg. ced. Soccin.in leg.quibus diebus.§. Termilius.num. 5.ff.de cond. & demon. In qua te lapſus eſt Bald.nouell.de Dote.priuil.76. verſic. Primus,dum ſecure dixit,quod legatum impuberi relictum ſtatim debeatur,quamuis nōdum eſſet nubilis ętatis cautione interpoſita; quia id concernit fauorem grauati, qui non tenetur antea præſtare, quam ſit facta nubilis ętatis. Campeg.de dote.quæſt.37.in fine verſ.nam hec ratio Bald. Nouell. de dote ſpeciali.16.col.4. faciunt congeſti per Surdum in Tract.de alim.tit.1.q. 6. ſub nu. 23. & ſeq.& infra in c.6.q.1.per totam.

Et ex his infertur, uirum non lucrari dotem,ſeu partem ſtante ſtatuto, quod lucretur, ſi puellam impuberem duxerit in uxorem.& adhuc impubes deceſſerit,ut ex l. falſus in prin.& §. fin.ff.quod falſo tuto. auth. determinat ibi Bald num.1.& ſeq. quem ſequitur in ſpecie Boer.in deciſ.22.nu.37.

Quod & ad fructus dotis, vt illos non lucretur, procedere affirmat Bald.in d. §. fi.n. 3. & Boer.vbi ſupra, etiamſi ſuſtinuerit onera gl.in l.ante nuptias.6.ff.ſolu.matri. vbi Bar. Caſtr.l.5.nu.14.Alex.nu.3.eod. hoc modificatuſque ad ualorem alimentorum, ut poſſit fructus retinere.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas Teſtatoris eſt Regina, tenet primū locum,& in omnibus dominatur.*
2 *Et eſt tanquam lex omnib. modis ſeruanda.*
3 *Et facit totum.*
4 *Etiam ſi improprijs uerbis fuerit expreſſa.*
5 *Voluntati ſtatur non uerbis.*
6 *Voluntas tacita quomodocunque colligatur, habetur pro expreſſa.*
7 *Conditionis natura eſt vt impleatur antequā conſequatur emolumentum.*
8 *Modi natura eſt contraria.*
9 *Licet fuerit Dictum cū hac conditione,& apparent teſtatorem intellexiſſe de modo.*

Caput

Caput 1. Quæſtio 50.

SI Teſtator dixerit expreſſe, quod vult
ante impleri illud, quod per dictiones
ſolitas inducere modum eſt expreſſum, quã
relictum conſequatur, Vtrum erit conditio,
vel modus? & ſine dubio quia voluntas tan
1 quam Regina tenet primum locum, & in
omnibus dominatur. leg. in. conditinibus
primum locum. ff. de cond. & demon. l. cum
2 quæſtio. in fine. C. de leg. & eſt tanquam lex
omnibus modis ſeruanda. C. vltima volun-
tas. 13. quæſtio. 2. §. diſponat. Aut. de nu-
ptijs. Federic. de Senis in conſi. 250. nume.
3 1. quia voluntas Teſtatoris totum facit l. ex
facto. §. rerum autem ff. de hæred. inſt. leg. ſi
mihi, & tibi. §. in legatis. ff. de leg. 1. §. no-
ſtra. Inſt. de leg. leg. 2. C. commun. de legat.
4 Etiamſi improprijs verbis fuerit expreſſa.
leg. non aliter. in princ. ff. de leg. 3. leg. quo-
niam indignum. C. de teſtamen. leg. non pu
to. §. 1. & ibi gl. ff. famil. hærciſ. quia Si con
ſtat de voluntate defuncti, qualiſcunque ſit
5 ſignificatio verborum, ſtatur voluntati, non
verbis. Bald. in leg. voluntatis nume. 1. ver-
ſic. vel latius. C. de fideicomm. Socci. Sen.
in leg. in ambiguo. nume. 7. ff. de rebus duo
bus. Zaſius in le. centurio. numer. 39. ff. de
vulg. & pupil. ſubſtit. leg. ſi ancillas. ff. de le-
gat. 1. l. quiſquis. ff. de verb. ſignifi. l. hęredes
mei. §. cum ita ff. ad S. C. Trebell. leg. cum ac
cutiſſimi. C. de fideicomm. Cornel. in conſi.
230. nu. 1. lib. 3. & in conſ. 275. num. 4. libr.
4. Pariſ. conſ. 32. nume. 7. lib. 1. & in conſil.
71. num. 1. lib. 4. Boer. deciſ. 146. numer. 1.
Tiraq. in leg. ſi vnquam. in verbo. libertis.
nume. 41. & 42. de reuocan. donat. Siue vo-
luntas ſit tacita, ſiue expreſſa, dummodo ex
6 his quæ diſpoſuit Teſtator, colligi poſſit,
quoniam tunc habetur pro expreſſa le. iam
hoc iure. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. glo. in l.
tale pactum in fine. ff. de pactis Bald. in leg.
vnica in fine. de his, qui ante aper. tab. Soc-
cin. Sen. in dicta l. in ambiguo. nume. 7. verſ.
tertia concluſio. ff. de rebus duobus dico ex
prædictis, quod ſine dubio ſiue expreſſe,
ſiue tacite appareat, quod vult prius imple-
ri, quam relictum conſequatur, quod e-
rit conditio, non modus, licet verba ſo-
nent in modum ex præallegatis iuribus,
7 & quia hæc eſt natura conditionis, vt prius
impleatur, quam conſequatur emolumen-
rum, leg. Thais ancilla. §. Sticchum. ff. de
fideicomm. liber. leg. quæſitum. ff. de con-
dit. & demonſtr. leg. in conditionibus, §. 1.
ff. eod. Imo. in leg. huiuſmodi, in prin. ff. de
leg. 1. leg. qui hæred. §. vlt. ff. de condit. &
demonſtrat. leg. liberto. §. Luccius. ff. de an-
nu. leg. leg. cum in teſtamento. C. de fidei-
comm. liber. leg. ſi tibi legatum. ff. de leg. 3.
leg. à Teſtatore, vbi Bart. nume. 2. ff. de con
dit. & demonſt. & le. nominatim. §. vltim. ff.
eod. & leg. itaque ff. ſi cert. peta. Modi vero
8 natura eſt contraria, quoniam, vt poſſint
peti ſub modo relicta, ſufficit præſtare cau-
tionem de modo implendo. Alexand. in le.
1. nume. 5. C. de inſt. & ſubſt. ſub cond. fact.
& venit implendus ex poſt facto. Barr. in le:
quibus diebus. §. Termilius. num. 5. & ſe-
quen. ff. de cond. & demonſtr. Butr. in con-
ſil. 48. in prin. Alexan. conſi 102. num. 2. lib.
1. Dec in leg. cum mota. nume. 6. ad finem.
C. de tranſact. Rota diuer. in deciſ. 39. nume.
1. par. 1. Surdus in deciſ. 38. nume. 6. & 7. &
in deciſ. 156. num. 6. vbi allegat dictam de-
ciſ. 39. diuerſorum & poſt cõſequutum emo
lumentum iuribus pręallegatis, & ſupra in
quæſt. 20. num. 7. verſi. cum vero onus, etiã
9 quod fuerit dictum cum hac conditione, ſi
appareat aliter, quod Teſtator ſenſerit de
modo. Felin. cap. cum Ioannes colum. 1. nu-
me. 2. de fide inſtrum. Caſtren. conſi. 5. lib.
1. & Rota vbi ſupra nume. 2. & infra. cap. 3.
quæſt. 6. & cap. 6. quæſt. 3. verſic. & ideo Ia-
cob. Cuiac. in Prat. lib. 35. tit. 9. de condit. &
demonſtr. litera. C, & in libro 14. obſeruat.
capit. 25.

SVMMARIVM.

1 *Legatum alicui relictum, vt aliquid faciet, vel ſatiſdet de eo faciendo, ſi ille, cui eſt relictum, admittitur ad petendum præſtita cautione eſt modale.*

2 *Modale legatum quis ad petendum non admittitur, niſi præſtita cautione de modo implendo.*

3 *Teſtator exprimendo quod caueat, exprimit quod tacite ineſt, & ſic facit modum.*

4 *Legatarius ſi admittitur cautione non præſtita ad petendum legatum, ſed conditione purificata legatum erit, conditionale.*

Caput 1. Quæſtio 51.

VTrum legatum alicui relictum, vt ali-
quid faciat, vel ſatiſdet de eo facien-
do, ſit conditionale, vel modale? ſupra in
quæſt. 20. extat firmatum, quod in dubio
præſumitur modale. Verum in propoſita
quæſtione eſt diſtinguendum. Aut enim ad-
1 mittitur quis ad petendum legatum prius
præſtita cautione, quamuis non ſit expreſ-
ſum à Teſtatore, vt caueat quia de iure taci-
te incrat præſtandę cautionis onus. Alex. in
leg. 1. num. 5. C. de inſtit. & ſubſt. & legatum
eſt modale. leg. quibus diebus §. Termilius,
vbi Bart. num. 13. verſic. ex hoc etiam habes
ff. de cond & demonſt. leg. huiuſmodi. ff. de
2 leg. 1. quia quis non admittitur ad illud pe-
tendum, niſi præſtita cautione de illo implē
do. leg. ſi tibi legatum. 19. ff. de leg. 3. Et Te
3 ſtator exptimendo, quod caueat, exprimit,
quod tacite ineſt, & ſic facit modum, non
conditionem. dicta leg. huiuſmodi & l. qui-
bus diebus quia expreſſio eorum, quæ faci-
te inſunt, nihil operatur vltra naturam taci-
ti. leg. aliquando. 106. vbi gloſ. ordinaria, &
Bart. ff. de cond. & demonſt. faciunt notata
ſuperius in præcedenti quæſt. 50. numer. 3.
4 verſi. Modi vero natura. aut admittitur cau
tione non præſtita, ſed tantum purificata cō
ditione, & erit conditionale, quia conditio
debet ſemper prius impleri. leg. qui hæredi.
in fine. ff. de cond. & demon. & leg. 2. C. de
his, quæ ſub modo, cum alijs relatis ſupra
in proxima præcedenti quæſt. 50 num. 3. in
prin. Modus vero poſt conſequutionem e-
molumenti. Bart. in dicto §. Termilius cum
alijs allegatis ſupra in dicta quæſt. 50. num.
3. verſi. Modi vero natura.

SVMMARIVM.

1 *Implens conditionem eo animo, vt fiat
hæres videatur adire hæreditatem.*
2 *Implens conditionem eo animo, vt ipſam
purificet, non videtur adire hæredita-
tem.*
3 *Implens conditionem ſi dubitatur quo ani-
mo impleat, & conditio exiſtit in expreſ-
ſione voluntatis, videtur adire hæredita-
tem implendo.*
4 *Implens conditionem ſi dubitatur, quo ani-
mo impleat, & conditio exiſtat in facto
extrinſeco videtur implere animo purificā
di conditionem.*
5 *Implens conditionem ſi dubitatur quo ani-
mo impleat, ſunt inſpicienda conietu-
ra.*
6 *Hæres an, & quando poſt impletum conditio-
nem poſſit, vel non poſſit repudiare hære-
ditatem.*

Caput 1. Queſtio. 52.

VTrum implendo conditionem videa-
tur quis adire hæreditatem, & amit-
tere ius ab ea abſtinendi & ſecundum gloſſ.
in leg. iam debitam in verbo non debent ff.
de hæred. inſtit. quam dicit communē Alex.
in l. 1. nu. 1. ff. de condit. ob cauſ. Eſt diſtin-
guendum. Aut enim implet conditionem
eo animo, vt fiat heres; aut eo animo, ut pu-
1 rificet conditionem, aut dubitatur. Primo
caſu uidetur adire hereditatem; immo eſt he-
res. dict. leg. iam dubitari. 84. ubi Odof. poſt
gloſſ. Bart. Alberic. Bald. & ceteri omnes. ff.
de hered. inſtit. Alberic. Imol. Caſtren. &
poſt eos Soccin. in l. conditionibus. num. 4.
2 ff. de condit. & demonſt. Secundo caſu cum
implet eo animo, ut conditionem purificet
non uidetur adire hereditatem, Immo non
eſt hæres dict. leg. 1. §. 1. & l. ſi quis ita 13.
ubi gloſſ. Bart. & Bald. ff. de condit. inſtit.
Bart. in dict. leg. iam dubitari ubi Alberic.
Bald. ſub num. 5. uerſ. quinto nota. ff. de hæ
red. inſtit. ſiue hæres ſit ſuus ſiue extraneus.
Soccin. in dict. leg. conditionibus. numer.
3. ff. de conditionib. & demonſtrationib.
facit Bald. in tract. de pactis. numer. 20.
& 25.
3 Tettio caſu ſi dubitatur, & tunc ſecun-
dum Dynum eſt iterum diſtinguendum.
Nam aut conditio exiſtit in expreſſione vo-
luntatis, puta quia ſit inſtitutus hæres fi-
lius ſub conditione poteſtatiua, & tunc ip-
ſam implendo videtur adire. dicta leg.
iam dubitati, vbi gloſ. Odofr. Barto. Alber.
& Bald. in princ. Odofred. Bartol. Alberic.
Bald. in leg. 1. §. ſi parendi numer. 5. verſic.
& hoc eſt verum. Angel. Salicet. & alij ff. de
condict. cauſ. dat. cauſ. non ſequi Soccin. in
dicta leg. conditionibus nume. 3. per Alber.
Imo. & Caſtrenſem. ff. de cond. & demon-
ſtrat.
4 Aut conſiſtit, in facto extrinſeco,
vt ſi

vt ſi decem dederit, vel ſi capitolium aſcenderit, & tunc videtur implere eo animo, vt purificet conditionem, quia iſta ſunt actus diſtincti, vt dicit Baldus in dicto. §. ſi parendi numero quinto verſiculo ſecundo nota. & id per tex. in leg. quemadmodum. ff. de inoffi. teſtam. & in dicta le. 1. §. 1. & dicta l. ſi quis ita, & leg. conditionibus. ff. de cond. & demonſt. Bald. ex Dyno, in dicta leg. iam dubitari ſub numero tertio, verſiculo dicit enim Dynus hoc idem firmat tam in ſuo, quam in extraneo hærede, & reſpondet Iacobo & Petro dicentibus hoc tantummodo verum eſſe in hærede extraneo talem extrinſecam conditionem implentes, & adducit tex. in leg. cum bonis. ff. de acquiren. hæred. eundem tex. adducit Soccin. in dicta leg. conditionibus numero tertio. ff. de con dit. & demonſt.

5 Verum ſecundum Guliel. in dicta leg. 1. §. 1. quando conditio conſiſtit in facto ſunt inſpiciendæ coniecturæ, nam ſi multo in tempore conditionem implere deliberauerit, videtur eo animo implere, vt ſit hæres alias non: & nihil adducit. Sed facit tex. in leg. ſed etſi alio. §. 1. ff. ad S. C. Trebell. & in leg. omnes. ff. eod. Maxime ſi ſit ſui iuris Odofred. in dicta leg. conditionibus, ſecus ſi ſit ſuus, vel neceſſarius, vt per Odofredum ibi.

6 Sed an poſt conditionem adimpletam cuius implemento quis efficitur hæres amittat beneficium abſtinendi ab hæreditate; Et eſt diſtinguendum an conditio ſit annexa additioni, aut non, ſi ſit annexa, amittit, ſi non ſit annexa non amittat abſtinendi beneficium, Baldus in dicta leg. ſi quis ita. 13. in fine. ff. de condit. inſtitur. cum alijs ſupra allegatis. Quod procedit etiam in pupillo cum diſtinctione, quam facit poſt alios Soccinus. in dicta leg. conditionibus. 5. numero nono. ff. de condit. & demonſtrat. faciunt allegata infra in quæſtio. 98. per totam.

SVMMARIVM.

1 *Conditio implemento non contrahitur.*
2 *Pupillus abſque Tutoris authoritate implet conditionem, ſed ſi læditur reſtituitur.*
3 *Reſtituitur etiam contra non implementum.*
4 *Conditionis ex implemento non oritur actio, ſed ex contractu praeambulo conditione impleta actionis exercitium.*

Caput 1. Quæſtio 53.

Vtrum per adimplementum conditionis contrahatur, Bald. in l. conditioni 1 bus. 5. ver. nota quod ſunt. ff. de cõd. & dem. abſolute dicit, quod non contrahitur, nec quaſi contrahitur, faciunt & ea, quæ idem Bald. dixit in tractatu de pactis. num. 20. & 21. & infra queſt. 98. num. 1. ſequitur Natta in conſi. 176. num. 1. lib. 1.

2 Et Bald. ex hoc infert, quod Pupillus abſque Tutoris authoritate poteſt conditionẽ implere, quod & ego credo verum, niſi per tale adimplementum eius conditio deterior fiat. vt per Odofred. in dicta leg. conditionibus & Soccin. nume. 9. & per allegata inferius in quæſt. 98. Nam ſi eius conditio per huiuſmodi implementum fiet deterior dabitur ei aduerſus implementum reſtitutio. leg. eſſe. 8. §. ſed quod Papinianus vbi gloſſ. & Bar. ff. de minor. 25. annus l. quamdiu. 3. ff. de acquir. hæred. leg. cum in Teſtamento. 37. in princ. ff. de hæred. inſtit. l. poſt aditam. 5. C. de impub. & alijs ſubſt. & leg. in conditionibus. 19. §. ſed ſi ſic. ff. de cond. & 3 demonſt. Prout etiam eadem ratione dabitur aduerſus non adimplementum. d. leg. ſed etſi. §. Sed quod Papinianus vbi gloſſ. & Bart. num. 4. & late Oddus in tract. de reſtit. in integr. par. 2. quæſt. 84 art. 2. vbi infert ad plures caſus frequenter contingentes.

4 Hinc eſt quod ex implemento conditionis non oritur actio, ſed ex contractu, vel præambula conditionali diſpoſitione, & cõditione impleta oritur illius contractus, vel diſpoſitionis actionis exercitium. vt notat Bald. in l. ex placito. 3. ſub num. 5. & ſeq. ubi hoc multis argumentis oſtendit. & ſub nu. 8. diluit contraria. C. de rerum permutatio, idem tenet ibi Bar. ante eum num. 4. ex glo. quam ſequitur ibi Cyn. nu. 1. Ang. in prin. Salicet. in prin. verſic. & ex hoc habes. & ex dictis Bal. Natta infert ad pulchrum caſum in d. conſi. 176.

SVMMARIVM.

1 *Conditionem implere ſufficit de facto vel de iure, ſi vtroq; modo non poteſt impleri.*
2 *Conditio impleta de facto tantum non dicitur defectu.*
3 *Conditio poteſt pinguius impleri.*

Caput 1. Quæſtione 54.

VTrum ſufficiat conditionem de facto tantum implere, vel ſit etiam implenda de iure, & e contra, vel ſit implenda de iure, & de facto; Et eſt diſtinguendum; Aut enim non poteſt de iure adimpleri, aut poteſt, aut non poteſt adimpleri de facto, aut poteſt.

1 Primo caſu ſufficit adimpleri de facto; leg. mulier. 20. §. ſi quis hæreditarium ubi Bart. num. 1. & Bald. in princ. ff. de condit. inſtit. Caſtren. conſi. 5. numero ſexto in fine libro primo leg. hæredibus. §. vlt. ff. ad S. C. Trebell. Signorolus in conſilio 111. in fine Cephalus conſil. 370. numero vigeſimo-quarto.

Secundo caſu, Si poteſt de iure adimpleri, non ſufficit, quod impleatur de facto. leg. hæc conditio. ff. de condit. & demon. leg. 1. in fine. ff. quod quiſque iuris. & leg. ea quidem. C. ſi mancip. ita Suer. alien. vbi Doctor. leg. penult. ff. quand. dies legat cedat. Dyn. in conſil. vlt. circa princ. verſic. Item conditio. Angel. in conſi. 159. numero quarto, & dicta leg. mulier vbi Bartol. & Baldus idem Bald. in leg. unica. nume. 24. C. de hijs quæ pœn. nomi. ubi aliter uidetur diſtinguere, ſed eſt eadem in effectu ibi addentes in litera. G. materiam locupletantur uarijs authoritatibus. Decian. conſilio 10. nume. 28. libro primo. Cephal. dicto conſil. 370. num. 20.

2 Sed conditio impleta de facto tantum ex benignitate non dicitur adhuc defecta, quia poſſit iterum de iure impleri dicta leg. hæc conditio in fine ubi gloſſ. in uerbo benigne, quod Bartolus intellexit quando ignoranter fuit ſolum de facto impleta ibi numero ſecundo uerſiculo hoc quod gloſſ. Bald. uero indiſtincte tenet non fuiſſe defectam per factum inutile & ideo poſſe denuo de iure, & de facto impleri, quod uidetur fuiſſe etiam de mente Odofred. ibi niſi Teſtator intellexerit de primo actu etiam inutili, ſequitur Imola. ibi numer. 1. in fine Caſtrenſi. numero 1. Soccinus numero 5. fine. ff. de cond. & demon. & ſupra par. 1. cap. 6. num. 49. facit Lambert. de iure patro. lib. 2. 37. art. 1. quæſt. 2. par. num. 3. & allegat ſup. in q. 39.

Tertio, & quarto caſibus eſt idem dicendū quod de ſecundo, & de primo, per iura in primo, & in ſecundo allegata.

3 Sed non dubitatur, conditionem pinguius adimpletam bene eſſe adimpletam; & ſuperfluum repeti poſſe l. 3. §. ſi plus. ff. de ſtatu liber. Galiaul. in l. 1. §. ſi ſtipulanti nume. 2. ff. de verborum. oblig. l. non ſolent, & ibi glo. & Doct. ff. de regu. iur. l. non ſunt liberi in fine. ff. de ſtatu hominum l. ſi pupilli. §. itē ſi procurator. ff. de neg. geſtis l. quæ extrinſecus. ff. de verb. oblig. l. pediculis. §. Labeo. ff. de auro. & argen. leg. l. ſi ſeruo in fine. ff. de adimen. leg. l. teſtamentū, & ibi gl. & Doct. C. de teſtamen. l. ſicut. §. ſed ſi permiſerit in fine. ff. quibus mod. pig. vel hyp. ſoluit & ſupra. q. 41. num. 2. in fine. & infra q. 4. Ceph. conſi. 428. num. 34.

SVMMARIVM.

1 *Conditio non diuidendi vſque ad certum tempus valet.*
2 *Item valet vſque ad tempus incertum.*
3 *Conditio non diuidendi in perpetuum non valet, niſi in re particulari.*

Caput 1. Quæſtio. 55.

VTrum teſtator poſſit hæredes inſtituere ſub conditione, vt non diuidant vſque ad certum tempus, ad tempus incertū, 1 vel in perpetuum; Et vſque ad certum tempus poteſt. l. ſi qui ita 4. vbi glo. Bart. & Bal. ff. de cond. inſtitu. & ibi Angel. refert ſæpe interrogatum ita reſpondiſſe Paul. Alex. & Iaſ. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condit. indeb.

2 Item & ad tempus, incertum pro toto tempore vitæ hæredum poteſt eis committere ne diuidant. Floria. in leg. in hoc iudicio. §. ſi conueniat. ff. commu. diuid. Alexan. in addit ad Bartolus ibi & in conſilio 59. colum. 1. libro quinto Decius in conſilio 265. & 442. column. 4. Ruin. in conſilio 134. colum. 4. lib. 2. Late Roland. in conſil. 84. in primo dubio. lib. 1. et an inducatur fideicommiſſum Rui. vbi ſupra.

3 In perpetuum vero, vt nunquam diuidant committere non poteſt, ſecundum Azzo. relatum a Baldo in dicta leg. ſi qui ita. Quia nec de hoc valet conuentio inter ſocios. §. ſi conueniat. & leg. 1. in princ. ff. pro

ff.pro ſocio.leg. nulla 70. ff.eod. Caſtren.in dicta leg.ſi quis ita num. 2 in fine & 3. & 4. ff.de condit. inſt. idem Caſtren. loquens in compromiſſio & laudo ut in perpetuum nõ diuidatur lato quod nõ valeat dixit in conſ. 107.per totã par. 1.& in ſpecie in præcepto Teſtatoris perpetuo,de nunquã diuidendo tradiderunt Caſtren.& Iaſ.in dicto §.ſi centum Alexan. in conſi. 110. lib. 3. Decius dicto conſ.445.colu.6.Bertrand.in conſil.25. colum. 1.Ruin.in conſi. 23. colum. 2.libr.5. Curt.Iun.in conſ. 112. num. 1. Clarus in §. Teſtamentum quæſt. 62. ita diſtinguit Roland.in dicto conſi.84.lib. 1.

Sed crederem ego tale præceptum valere in re particulari;quæ diuiſionem non reciperet; uti ſi eſſet Domus Palatium, Turris; ſeu aliquid ſimile,diuiſa tamen inter cohæredes commoditate habitationis ; & vſus.

SVMMARIVM.

1 *Duobus inſtitutis vnus pure, alter ſub conditione, pure inſtitutus ipſa pẽdente habebit totum.*

2 *Re coniuntionis natura eſt ; quod non fuit partes niſi per concurſum, ante quem cuilibet in ſolidum ſolet appropriari.*

3 *Item eſt ſi ſint coniuncti re & verbis.*

4 *Item eſt ſi vnus ex eis negligat petere, quia ſine altero poterit petere ſolidum.*

5 *Inſtitutus pure, quando pendente conditione conſtituti interim habet totum non eſt hæres in totum, ſed an ſi pendet a futuro euentu.*

6 *Inſtitutis duobus æquis portionibus vnus pure alter ſub conditione verbis coniuncti, inſtitutus pure pendente conditione coinſtituti partem ſuam ſolam interim habebit.*

7 *Et quid in legatario,& in vſufructuario vniuerſali,& particulari.*

8 *Et an conditione pendente poſsint alienare.*

Caput 1. Quæſtio 56.

SI vnus eſt inſtitutus pure, alter ſub conditione æquis portionibus. Vtrum pendente conditione, inſtitutus pure habebit interim totum,vel partem ſuam tantum;Et eſt diſtinguendum : Aut enim loquimur in hereditate,aut in fideicommiſſo vniuerſali, aut in legato particulari. Primo caſu eſt iterum diſtinguendum;Aut enim ſunt coniun
1 cti re;aut ſunt coniuncti verbis; Si ſunt con
iuncti re,& tunc inſtitutus pure interim cõ-
ditione pendente habebit totum. gl. in leg.
2.in verbo ad eos.verſic. tu autem potes di-
ſtinguere.ff.ſi pars hæredit.peta. vbi Odof.
Bartol.remiſſiue.Alberic.num.2.Angel. Ca
ſtren.& cæteri omnes.& argumento l. ſi ſo-
lus.ff.de acquir.hæred.quam ſequitur gl. &
Bald.in d.l.2. Quia inſtitutus pure interim
pendente coinſtituti conditione habet ius
2 non decreſcendi,& natura re coniunctionis
eſt;quod non fiant partes niſi per concur-
ſum omnium;nam cuilibet in ſolidum ante
concurſum ſolet appropriari ut dicunt præ
allegati Doct.in d.l.2.& Bal.& Doctor. om
nes in l.re coniuncti.ff.de legat. 3. & l. con-
iunctim.ff.eod.l.ſi mihi,& tibi.l. ſi mihi, &
Titio.ff.de legat.2.glo.in l. 1.§.fin.ff.de vſu
fruct.acreſcen.Bart. in d.l. re coniuncti co-
lum.4.verſi.ſecundo dubitatur et col.8.uer-
ſic.tertio loco.& colu.9.verſic. tertio quæro
Iaſ nu.70.& nu.90.
3 Quod idem erit de coniunctis re & ver-
bis per allegata ſuperius,& ſi ſint pure inſti
tuti,& vnus negligat petere partem ſuam,
alter poterit petere totum, dicta lege Si mi
hi, & ſibi.de legata. 1.& leg. ſi mihi,& Ti-
tio.ff.de legat. 2.l.coniunctim.ff.de legat.3.
leg. inde Neratius. ff. de vſufr. auieſ. Ri-
pa.in dicta leg.re coniuncti nu. 6 & eſt tex.
in leg.plane.§.ſi duobus, & quod ibi notat
Bart.ff.de legat. 1.Soccin.in l.quæ conditio.
col.penult.ff.de condit.& demo.& in conſi.
43.nu.5.lib.4.
5 Nec propterea eſt hæres in totum, ſed an
ſit hæres in totum, vel non, pendet ex futu
ro incerto euentu,quia ex diſpoſitione lega-
li interim non ſit in totum hæres incommu
tabiliter, vt notant allegat Doctor. in dicta
leg.2.vbi gloſ. dicit in ſolidum hæredem eſ
ſe,hoc eſt totum retinebit, tanquam ſi in to
tum hæres eſſet. l.& ſi, pauciores quam al-
legat ibi Bald.in dicta leg. 2.
6 Si ſunt coniuncti verbis Inſtitutus pure
pendente conditione coinſtituti habebit
partem ſuam. gloſ. in dicta leg. 2. in uerbo
ad eoſ.verſi.an dicat Titium in dimidia ff ſi
pars hæredit. petat. quam ſequuntur ibi al-
legat.Doctores & Bald. in verſ. ſed quid ſi
vnus pure & l.vnica. §. hoc ita tam varie et.
§.vbi autem C.de caduc. tollen. leg. fin.C.
de rei vendic.Caſtren. in conſi. 77. in 7.du-
bio.lib.2.Calcan.in conſi.77.colum.4. Cra

uetta

uetta in conſil. 144. in fine. Sicut enim donec poteſt eſſe locus ſucceſſioni ex teſtamento agens vti hæres ab inteſtato exceptione repellitur. leg. quamdiu ff. de acquir. hæred. Alex. in conſil. 47. num. 20. lib. 7. & ſi duo ſint quibus ſit delata hæreditas ab inteſtato non poteſt alter ex eis totum; ſed tantum pro parte ſua petere gloſ. & Doctor. in leg. 1. §. 1. & in dicta leg. 2. ff. ſi par hæred. pet. Theſaur. in deciſ. 4. num. 8. Ita & verbis coniuncti; ſi eorum alter aget ad totum in ſolidum repelletur.

7 Secundo caſu ſi loquimur in fideicommiſſo vniuerſali ſic relicto vni pure alteri ſub conditione eſt iterum diſtinguendum; Aut enim hæres adiuit coactus; Aut adiuit ſponte; ſi adiuit coactus, & tunc diſtingue ſecundum gloſſ. in leg. 1. §. quoties, in verbo vniuerſam ff. ad S. C. Trebel. vbi Barto. ſi adiuit ſponte eſt idem quod in legato particulari; In quo Tertio caſu eſt diſtinguendum. Aut enim loquimur in legato proprietatis, aut in legato vſufructus, ſi in legato proprietatis interim inſtitutus pure in legato habebit tantum partem ſuam, etiam ſi legatarij ſint re tantum coniuncti leg. plane, §. ſi coniuncti ff. de legat. 1. leg. ſi domino. & leg. quid ergo §. 2. ff. eod. cum alijs adductis ſupra nu. 4. Vbi rationem diuerſitatis dicitur eſſe, quia in hæreditate non eſt alius, qui interim retineat, ad quem pertineat, quod ſecus eſt in legato, in quo eſt hæres, qui interim retinet, & eſt pleno iure dominus leg. generaliter. §. ſub conditione ff. qui & a quibus, & per illum tex. ita notauit Bal. in l. voluntas nume. 10. C. de fideicommiſ. Iaſ. in leg. ſeruo legato. §. 1. nume. 4. ff. de legat. 1. leg. Iulianus. cum leg. ſequen. vbi Bartol. & Ang. ff. de rei vendic. & eſt caſus in le. non ideo minus ff. eod. leg. 1. §. ſi ſerui. ff ad Sillan. & in leg. ſi ſer. ff. de vſufruct. cum concordantibus adductis per Tiraquel. de Retrac. conuen. §. 2. glo. 1. nume. 36. & Ludou. Molin. de iure primog. Hiſp. lib. 1. cap. 19. num. 4. & ſeque. quia Dominium rei ſub cōditione relictæ ante euentum conditionis non poteſt exiſtere penes fideicommiſſarium, quia dies non ceſſit, nec venit igitur ſedebit apud hæredem per allegata ſuperius; Quoniam dominia rerum non poſſunt ſtare in pendenti. leg. fin. ff. commu. prædio, & leg. ſi ex duobus. §. 1. ff. de in diem adiect. Molin. vbi ſupra, nume. 10. & infra quæſt. vltima.

8 Nec ideo mirum ſi grauatus fideicommiſſo conditionali ſiue hęres ſit, ſiue fideicōmiſſarius poſſit interim alienare; & per alienationē transferat poſſeſſionem, & Dominium in emptorem, vti eſt caſus in le. ſeruo legato. §. ſi teſtator. ff. de legat. 1. & in leg. ſi hæres inſtitutus. §. 1. ff. ad Trebell. & in dicta leg. fin. §. ſin autem ſub conditione. C. commun. de legat. Niſi forte fideicommiſſum per caſum alienationis committeretur, vt qui in caſu alienationis prohibitæ eſſet aliquis vocatus leg. filiusfamilias. §. Diui vbi Caſtren. num. 7. Opizon. nume. 24. Sed per aduentū conditonis reſoluitur alienatio vt in iuribus ſupra allegatis, & ex tunc vbi alia reſtitutione dominium rei in fideicommiſſarium tranſit gloſſ. Bald. Caſtren. Iaſ. & cæteri omnes in dicta leg. fin. §. ſin autem C. communi. de legat. & id per text. in leg. ſancimus. §. cum autem C. ad Trebell. & in ſpecie pendente conditione fideicommiſſi alienationem valere contulerunt, Caſtren. in conſi. 370. lib. 2. Alexan. conſil. 65. libr. 5. Nec poteſt emptor ſub pręteſtu fideicommiſſi recuſare ſolutionem pretij, nec exequtionem contractus Alex. vbi ſupra per tex. in leg. habitationem. §. 1. ff. de peri. & Commun. rei vend. & in leg. ſi poſt perfectum C. de euictione, quoniā iura illa locum habent quando euictio imminet de præſenti non de futuro ſub iure incerto, & ita reſpondet ad tex. in leg. ex prædijs C. cod. & indubitantes ſecundum eum præſtita cautione de eius indemnitate pro futuro fideicommiſſo. Sed vbi res vitio aliquo affecta reperitur, quod ignotum fuerit, emptori eſt in caſu vt redibeatur leg. 1. ff. de edilic. edic. & quamuis de euictione emptor agere non poſſit, Tamen quia ignorans rem conditioni obnoxiā emit, ex empto quanti ſua inter ſit agere poterit. leg. ſi ſeruum in princip. ff. de actio. empti. vbi Bart. et cęteri ſcrib. & de reſolutione Alex. in dicta conſ. mētionem facit Oſachus in deciſ. 24. & quod alienatio adeo valeat, vt fideicommiſſarius conditionali non poſſit prohibere, dicit Calcane. in conſi. 58. colum. 2. & 3. Decius in conſi. 323. in princ. Alex. d. conſi. 65. dum dixit ante euentū conditionis fideicommiſſarium agere non poſſe, quod etiam clare voluit Ruin. in conſi. 109. numero 26. libr. 2. Bertrand. in conſil. 108. libr. 1. Marzar. quæſt. 61. Cephal. conſi. 319. num. 1.

Si loquimur in legato vſusfructus tunc

apud

Digitized by Google

apud eum cui pure relictus eſt, interim conditione pendente totus erit. l. idem. 7. §. Si mihi. ff. de vſufruct. acreſcen. quia vſusfructus eſt in medio, donec conditio pendet. nec eſt idem cum eo, qui erit poſt conditionem impletam, vel defectam, nam quotidie vſusfructus conſtituitur, & finitur leg. 1. in fine. ff. de vſufruct. acreſcen. & leg. vſusfructus mihi in biennium, ff. de vſufru. legat. Nec ſperatur, quod interim alter admittatur. Et ideo vſufructuarius, pure inſtitutus habebit totum pendente conditione. Sed res legata, & eius proprietas eſt, ſemper eadem, & nunc, & tunc tempore implementi conditionis, vel defectus, & ideo interim conditione pendente facit partem cum ſit ſpes, quod alter admittatur vt ſupra, & Alber. in dicta leg. 2. ſub numero ſecundo, & Angel. in prin. ff. ſi pars hæredit. petat. faciunt notata infra in quæſt. vlt.

SVMMARIVM.

1 *Monacho non poteſt relinqui ſub conditione, vt non acquiratur monaſterio, niſi de conſenſu Abbatis.*

Monachis non eſt permiſſa diſtributio ad libitum.

Caput 1. Quæſtione 57.

VTrum poſſit relinqui monacho ſub conditione, quod non acquiratur monaſterio, Et eſt diſtinguendum, Aut enim conſentit Abbas, aut non conſenſit.

Primo caſu iterum eſt diſtinguendum. Aut diſtributio relicti cum conſenſu Abbatis eſt facienda in operibus pijs, aut in operibus ad libitum ipſius Monachi.

1 Primo caſu valet legatum, & eſt purificata conditio eo modo quo poteſt purificari, quo caſu illud relictum acquiritur monaſterio. c. Monacho 2. vbi glo. Ioan. Andre. nume. 6. & 7. Abbas. numer. 8. Butrius, numer. 10. de ſtatu mona. Bar. in quæſt. 12. quidam reliquit.

2 Secundo caſu, ſi in operibus ad libitum Monachi eſt facienda relicti diſtributio nec Abbas poteſt conſentire, nec valet legatum ob conditionis defectum Ioan. Andr. vbi ſupra num. 17. Abbas dicto num. 8. verſic. ſed dubium eſt vltra Bartol. vbi concordat dictum Bart. in leg. excipitur num. 2. C. de bonisque liber. Butrius in dicto cap. Monachi. num. 18. & cæteri omnes Barto. dicta quæſtio. 12.

Secundo uero caſu primæ diſtinctionis ſi Abbas non conſentit, quia non poteſt conſentire eo modo quo poteſt cōditio purificari abſque eius conſenſu, & non valet legatum ob defectum conditionis, Io. And. Butrius, & Abbas vbi ſupra dicto nume. 8. verſic. ſed dubium eſt vltra Bartol. faciunt notata per Didacum Variarum reſolut. lib. 1. cap. 19. num. 11. & late adducta ſuperius in prima par. cap. 8. numero 45. & ſequent. & an tale legatum valeat nec adeo controuertitur apud Petrum Riciar. in §. igitur num. 68. vſque ad 71. inſt. per quas perſona nobis acqui. vt nihil firmet.

SVMMARIVM.

1 *Mater poteſt filium in legitima inſtituere ſub conditione vt filius non ſit hæres, ſi vſusfructus Patri acquiratur.*

2 *Mater filium pure inſtituens, & per viam modi adijciens ne Patrem acquiratur vſusfructus legitima filio adeunte Pater nihilominus vſumfructum habebit.*

3 *Nemo poteſt facere vt leges in ſuo Teſtamento locum non habeant.*

Caput 1. Quæſtio 58.

VTrum conditio, vt Patri non acquiratur vſusfructus poſſit a Matre apponi in legitima filij; Et eſt diſtinguendum. Aut enim mater inſtituit filium ſub conditione, ne ſit hæres niſi pater renunciet vſusfructui, vel cum emācipet, & valet, & filius in legitima non erit hæres, niſi pater renunciet dicto iuri, vel emancipet leg. filij matrē 25. C. de inoff. Teſtam. quia conditio, quæ reſpicit fauorem, & prouiſionem vtilem filiorum poteſt etiam in eorum legitima apponi, ſecundum gloſſ. ordinariam in dicta. leg. filijs matrem vbi Bartol. Bal. Iaſ. & alij. Et hereditas poteſt dari, & acquiri ita vt ad Patrem non perueniat ipſius hæreditatis vſusfructus. auth. excipitur. C. de bonisque liberis vbi glo. & Bald. & in. §. 1. in corpore vnde ſumitur. auth. vt licet Matri, & Auiæ. Nouell. 117. vbi Bald. Gabr. lib. 6. de legitima

ma concluſ. 1.num. 20. & 21. Lamberteng. de contractibus gloſſ. 10. in verbo cum ipſo Marito numero. 19. & in infra quæſtio. 74.

2 Aut inſtitutio eſt pura, ſed per viam modi ſit adiectio, ne Patri acquiratur vſusfructus, & tunc filio adeunte, Pater habebit vſumfructum in legitima, in qua Mater Teſtatori non potuit aliquod grauamen ſine conſilio, & prouidentia imponere leg. quoniam in prioribus. C. de inoff. Teſtam. Non
3 enim poteſt ſine conſilio, & prouidentia facere, ut leges in ſuo teſtamento locum non habeant. gloſſ. in authen. ut liceat Matri, & auiæ column. 8. quam adhoc adducit Bart. in tract. de duobus fratribus num. 14. uerſi. ſeptimo quæro. & idem Bart. in d. auth. excipitur nume. 1. C. de boniſque liber. & de hac re Moderni Piſtonenſes in. §. igitur nu. 67. Inſtit. per quas perſonas nobis acquiritur, quos antea non uideram. Etiã ad propoſitum queſtionis huius faciunt notata ſupra in prima par. cap. 42. ubi conſulitur quod Patri aliquid relinquatur ſub conditione ſi filios emancipauerit, cui ſi relictum conſequi uoluerit, tenebitur obtemperare. ſecundum gloſſ. in d. leg. filijs. in uerbo obtemperauerit Cyn. Bald. Salicet. Iaſ. & alios. & infra queſt. 74.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia ſub conditione extrinſeca, & penitus remota non poteſt ferri.*
2 *Sententia eſt actus legitimus.*
3 *Sententia debet eſſe conformis libello.*
4 *Sententia ſub conditione intrinſeca ferri poteſt.*
5 *Dummodo talis conditio intrinſeca non ſit falſa, impoſſibilis, contra bonos mores, & a iure improbata.*

Capur 1. Quæſtio 59.

VTrum ſententia poſſit ferri ſub conditione. Et eſt diſtinguẽdum; Aut enim conditio in ſententia appoſita, eſt penitus extrinſeca, & remota, vt ſi Nauis venerit ex Aſia.

1 Et non poteſt ferri leg. 1. §. biduum vbi Bartol. num. 2. ff. quand. appel. ſit. & ita etiã tenet Bald. poſt Petrum in leg. cum Iudex. C. de ſenten. & interloc. omn. iud. & in leg. non dubium in quinta oppoſit. C. de legib. & in addit. ad ſpecu. in tit. de ſenten. colum. 3. ſequitur Salic. in dicta leg. cum Iudex. nume. 2. Zaſius in leg. a Diuo pio. §. in venditione colum. 3. ff. de re iudic. Franch. in cap. præterea requiſiuiſti numer. 1. de appellat. Vantius de nullitate ſenten. ex defect. proceſſus. nume. 107. 108. & ſequen. & nu. 103. vbi citat gloſſ. Cyn. Bar. & Salicet. in d. leg. cum Iudex glo. Bartol. Angel. & Caſtren. in d. §. Biduum, & alios Gaill. lib. 2. de pace publ. c. 4. num. 4. & ſequen.

Quod etiam multis rationibus comprobatur, & primo quia ſuper conditione extrinſeca, & penitus remota non fuit cæptũ; neque agitatum iudicium, & ideo cum in ſententia adijciatur, quod non pertinet ad negotium, & eſt extra rem, non valet. argumento. leg. 1. §. cum adijcitur aliquid. ff. de verborum obligar.

2 Et ſententia ſecundum Bar. in leg. muto. §. 1. ff. de Tutelis eſt actus legitimus, qui nõ recipit conditionem leg. actus legitimi. ff. de regul. iuris. capitu. Actus de regul. iuris in 6.

3 Secundo hoc idem ſuadetur, quia ſententia debet eſſe conformis libello leg. vt fundus. ff. commu. diuidun. leg. final. C. de fideicommiſ. liber. & debet dictum iuxta formam petitionis. cap. licet Hel. de Simo. cap. ſæpe verſi. verum quia de verbo. ſignif. cap. qualiter il. 2. de acuſat. Vant. de nullit. ſent. ex defec. proceſ. ac ſolem. ſenten. numer. 97. ſicut reſponſio debet eſſe conformis interrogationi. leg. de ætate. §. cum prætor. ff. de interrog. actio. leg. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verborum. obligat. §. præterea inſtit. de inutilib. ſtipul. cap. inter dilectos vbi gloſſ. in verbo. petitionis de fide inſtru. & infra qu. 73. Et Iudex non habet poteſtatem, ſuper ijs quæ non ſunt deducta dicta leg vt fundus. ff. commu. diuid. ſed debet iudicare de eo, de quo cognouit. leg. de qua re. ff. de Iudic. Immo nulla eſt ſententia de eo ſuper quo bis non eſt conteſtata Bald. in leg. 1. colum. 2. C. ſi plu. vni ſent. Alexan. conſi. 171.
4 colum. 2. in fin. lib. 6. Aut conditio eſt intrinſeca, & negocio choareat, vt capiãtur immobilia, ſi mobilia non reperiantur, & poteſt ferri, Bar. in d. leg. 1. §. biduum Bald. in leg. ſupplicare numero quarto in princ. C. vt lite penden. Alexan. in leg. a Diuo Pio. §. in venditione. numer. 16. & 18. ff. de re Iudic.

Roma.

Digitized by Google

Roma.conſi.501.num.5. & ibi adducentes litera F. Gaill.lib.2.de pace publ.cap.4.num. 4.& 5.Felyn.in cap.quod ad conſultationē num.2.eod.Rota diuer.in deciſ.114.nume. 2.par.3.lib.3. Quod multis exemplis comprobat Oſaſchus in deciſ.146. & in vno exemplo Surdus in deciſ.304. numero 8. & faciunt adducta ſupra in par.1.cap 2.numero 27.

5 Verum concluſio hæc procedat, dummodo talis intrinſeca conditio non ſit falſa, impoſſibilis, contra bonos mores, vel alies a iure in omni prohibita, vt in addit ad Bart. in d.§.biduum, & ſpe. in §.ſpecies.nu.6. verſi. videtur de ſenten.& de hijs quæ ſen.ſequn. Bald.in c.1.nume.9.de iureiuran.ex l.vulgo ff.de adimen.Tut.late hanc q.tract. Franciſ. Marc. quæſt. 418. Decius & Cagn. in leg. actus ff. de reg. iuris. & ſupra par. 2. cap. 6. num.63.

Et quod ſub impoſſibili conditione ferri non poſſit late de ſententia lato ſub condi. ſendit. Coſta Select. interpr.circa m condit. libr.1.cap.8.num.5.& 6.

SVMMARIVM.

47 mel ſit tacite replicatum, & tacite obiectioni prouiſum, erit oportunum maxime in petitione fideicommiſſi adhibere in libello uſi tatam cautelam detractis ſcilicet detrahendis, & deductis deducendis &c. & ita ratione detrahendorum, & pluris petitionis uidetur ſublata Reo occaſio dilatandi reſtitutionem, & perſiſtendi in controuerſia, & confeſtim ſua adierit mora, ut tradit Guido Pape in deciſ. 496. ſequitur Aymon. in conſ. 325. col. 4. verſic. concluſio tamen Marzar. de fideicom. quæſt. 64. Alciat. in l. 1. §. ſi ſtipulāti in fine. ff. de uerbor. oblig. & ſi Alciat. dicat quod etiam ſine dicta clauſula non faciat fructus ſuos, niſi, & ius dominij impetraret ibi in d. §. ſi ſtipulatus. quod non eſt noſtræ quæſtionis de mora rei conuenti; quæ demonſtratur ex oblatione creditoris de recipienda uera parte debiti; vt per Bartol. & alios in d. l. qui ſolidum, & alij ſupra citati. Iaſ. & Dec. in l. quidam extimarunt. ff. ſi cer.

48 petat. Cuius quidem oblationis uim habet illa clauſula, detractis detrahendis, facit l. ſed ſciendum ibi quam ſi pecunia offeratur & l. deducta in prin. & §. nummis. ff. ad Trebell. & quando clauſula iſta apponitur in ſētentia quod importet tradit Oſaſchus in deciſ. 34. ſub nu. 10. Decian. conſ. 44. nu. 101. & ſequen. lib. 3.

49 Facit & ſimilis clauſula, ſaluo ſcilicet iure ſuperflui; quę demonſtrat Agentem petere ſolum verum debitum, & non plus, vt per Iaſ. in §. ſiquis agens numer. 3. Inſtit. de actio. Ioſeph. in Peruſinis deciſ. 51. in fine, et ita conſului in ceſantem fideicommiſſi de Aldinis coram Rip. d. Lodouiſio et idem

50 facit clauſula liquidantis liquidandis de qua per Cornel. in conſil. 156. column. ſecūda libr. 1.

51 Nec dubitatur in non liquidis antequam ſit facta liquidatio moram non conſtitui Bald. in leg. acceptam in 6. oppo. C. de uſur. & in leg. fideicommiſſ. in princ. ff. eod. Angel. in l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudic. vbi ampliat etiam ſi dies certa ſit præſtationi appoſita Afflic. deciſ. 205. Aymon. in conſil. 89. num. 5. vbi heres cum inuentario etiam per interpellationem non dicitur in mora conſtitutus, niſi prius liquidato quod hæreditas ſit ſoluendo, quia neſcit ſe debere, quam diu non ſit liquidum, quod probatur per Bald. in conſ. 461. lib. 2. Bauer. §. mora. 3. et vlt. par. num. 8. et facit quod conſiderat S u. dus ex multis in conſi. 39. numer. 13. libr. 1

53 Hoc tamen non procedit in mora quod intereſſe cōuentionale, et debitum iure actionis, quia licet quoad nos uideatur incertū,

Tamen

Tamen quoad rerum naturam dicitur cer-
tum, & debitum etiam ex ipſa mora, & li-
quidandum per Iudicem ſecundum Bart.in
leg.ſtipulationes non diuidantur colu. fin.
ff.de verborum oblig.Berous in conſil. 193.
nume.31.& ſequen.lib.1.Decius in leg. vni
ca.nume.72.C.de ſent.quæ pro eo quod in-
ter, dum dicit intereſſe conuentum ſolum
deberi, Rebuff.ibi numer.559.allegat con-
cordãtes & 568.hos & alios adducit Sur-
dus in decif.260.numer.24.Sed eſt liquidã-
dum ſecundi Bartol. & Bero. vbi ſupra leg.
fin.ff.de præt. ſtipul.§.non ſolum, & ibi gl.
in uerbo probare Inſti.de verbor.oblig.glo.
fin.in cap.dilecti de foro competen. Abbas
in conſ.7.colum.3.lib.2. Crauetta in conſil.
54 505.nume.7.Quod enim debetur iure actio
nis non excuſatur propter iuſtam cauſam li-
tigandi glo.& Caſtren.in leg.ſi mulier. §.fi.
numer 4.ff. de legat. 3. Iaſ.in leg. properan-
dum.§.ſin autem alterutra colum. 1.verſicu.
primo niſi tales C.de Iudic. Aduerte tamẽ,
quod concluſio præcedens loquitur genera
liter in debito non liquido, quod ſcilicet
non ſit inducta mora, niſi facta liquidatio-
ne per Doctor.ſupra allegatis & Alex.in le.
ſi inſulam nume.21.ff. de verbor.obligat.&
in conſil.49 numer.3.lib.2.& verius intelli-
gendum videtur de debito ex obligatione
indicente actionem leg.licet §.ea obligatio
ff.de procur.leg.certi conditio in princ. ff.ſi
cert.petat.& ideo intellige,& declara vt per
Alciat.in conſi.123.Mora licet lib. 5.& Ri-
min.ſen.in conſil.361.nume.18.& quando
55 alia præſumptio adeſſe poſſet quam moræ,
ea potius eſt capienda.Alex.in conſi.23.nu-
me.8.lib.7.Bero.in conſi.84.nume. 6.lib.3.
Vel in purgando moram quod ea non offi-
ciat moroſo aſſumendum alterum præmiſ-
ſum, quæritur an quis poſſit ſe eximere a
pæna,vel damno in quo alter contẽdit alte-
rum incurriſſe propter moram,purgatio mo
ræ longa, & profunda eſt materia, vt om-
nes tam antiqui quam recentiores exordiũ-
tur,& pleniſſime tractant in leg. ſi inſulam,
ff.de verbor.oblig.de qua ideo ibi per eos eſt
uidendum. & Salicet. in tract.de mora in
56 quæſt.2.in princ.vbi concluſ. 21.poſſit de-
cem prohibitiones purgãdi morem, & alias
permiſſiones,et per Docto.in dicta leg.ſi in
ſulam & per Bald.in conſi.106.nume. 2.lib.
1.Vbi mora non purgatur in caſu penæ ap-
poſitę,& certi termini præfixi ſecundum ap
probatam citra montanorum opiniones idẽ
Bald.in conſi. 207.in fine lib.5.Alexand.in
conſi.154.numer.4.libr. 2.Soccin.in conſil.
288.colum.penult.in fine lib.2. Alciat.con
ſil.4.numer.4. libr.8. Portius 1mo.conſil.5
nume.39 per Iaſ.in conſi.82.colum.2.verſ.
& ab iſta lib.1. Vbi quomodo de iure cano-
nico intelligitur admittẽda moræ purgatio
ad idem Gozad.in conſ.57.nume.18. Grat.
in conſil.59.numer.11.lib.1. Rimin.iun. in
conſil.89.in fine & 124.num.47.& ſequen.
Bero.conſil.120.numer.20.libr. 1.& conſil.
63.nume.37.lib.3. Vbi quod id ſolam in ſo
ro conſcientiæ per Roman.in conſil.352.co
lum.2.verſicul. quarto conſidero. Vbi minus
mora duplicata purgatur. Gozad.dicto con-
ſil.57.nume.18. Berous conſi.62.nume. 17.
lib.1.per Aret.in conſil.93.column.penult.
verſicu.reſpondeo.clariſſime, vbi ex quibus
mora nequeat purgari Caſtrenſ.in conſilio
292.num.5.lib.2. Vbi etiam in teſtamentis
quando eſt appoſita dies,&pęna non habet
locum purgatio more,per tex.in leg.1.ff. de
penu leg.quod intelligit Caſtren. in conſil.
99.num.2.lib.1.quando pæna eſt commiſſa
& facta executio.Corne.in conſi.25.colum.
fin.verſic tertio vbi lib. 2. per Alexan.in di-
cto conſi.158.nume.5.libr.2.& infra cap.5.
quæſt.14.
57 Et vbi eſt appoſitum iuramentum nõ eſt
locus purgationi moræ,idem,& per iuramẽ
tum, & per oppoſitionem prius factam de
adimplemento non ſequto,vel per rem non
exiſtente integram alios allegando affirma-
uit Crauetta in conſi.216.nume.22.& in cõ
ſil.246.numer.5.decem et octo impedimen
ta purgationis moræ dinumerat Ripa. in di
cta leg.ſi inſulam numer.105. & ſequen.&
ſimilia in vltimis voluntatibus adducit Pa-
riſ.in conſil.19.nume.221.& ſequen.libro,
ſecundo Menoch.de arbitr.lib.1.cent. 1.ca-
ſu.7.
58 Et vbi eſt locus purgationis moræ id de-
bet fieri in continenti Afflic.in cap.1.in fin.
quæſit prima cauſ.benefi. amitt. poſt Card.
column. 4.Curt.iura de feud.par.4.cauſ.23.
colum.2. verſicu.quinto limitanda Soccin.
Iun.in conſil.115.num.21.lib.2. quia ſecun
da Card.& Curt.Iun.nil intereſt quod quis
modico tempore ceſſauerit Clarus de feu.
quæſt.49. nume.9. Pariſ.de Puteo de feud.
reinteg.ca.93.Marian.Frec.lib. 2. de difer.
feud.quater in 18.difer.numer. 24.lo.308.
Burſat.conſi.91.nume.17.Corbul.de caſus
priuat.ob non peti inueſt. in fine. Sed iſtud
in con-

Digitized by Google

in continenti quomodo intelligatur reſidet in arbitrio Iudicis, quod quidem & vero, & operi ſuo accomodatur per Alciat. in conſil. 104. lib. 8. facit quod conſiderat Rota in deciſ. 476. par. 1. diuer. Et vbi uiget iuſta cauſa moræ purgatio conceditur, vt per Nattan. in conſi. 335. nec videtur remiſſa per receptionem partis debiti. Rim. ſen. in conſil. 457. num. 10. Bero. in conſi. 200. nume. 7. & ſequen. lib. 1. Simon. de Prætis in conſi. 19. num. 33. & 34.

59. Et vbi purgatio moræ fieri poteſt, ea fit per actum moræ præcedentis contrarium reponendo rem in priſtinum ſtatum, aliter enim mora non poteſt purgari. Alcia. in conſil. 4. num. 8. lib. 8. per tex. in leg. ſi ita quis. §. Sæia. ff. de verborum obligat. Bald. in leg. 1. num. 51. & 50. C. de hijs quæ pænę nomi & ſub nu. 50. & ſequen. declarat quando in vltima voluntate ſit, vel non ſit locus purgationi moræ; formam purgandi moram ponit etiam Salicet. in tract. de mora in 4. princ. quæſt. & de effectu purgationis moræ tradit idem in quæſtio. vltim. Et poſſe moram purgari ad exceptionem non actio-

60 nem conſequendam tenet Bartol. in leg. hæc conditio in fine. ff. de condit. & demon. ſequitur Imol. numer. 2. Soccin. in fine ſequitur, & Alexan. in leg. 1. §. item ſi ita. column. 8. ff. ad leg. Falcid. & in leg. ſi inſulam num. 44. ff. de verborum obli. & ſupra par. 1. cap. 8. nume. 28. & ſequen. plene Alberic. in dicta leg. hæc conditio nume. 3. & 4. Berou. conſil. 31. num. 13. lib. 3. & quando dies tacite ineſt iuris diſpoſitione non deberet hęc dies currere impedito vt poſt Caſtren. Soccin. in leg. quibus diebus in prin. & in fin. de cond. & demon.

SVMMARIVM.

1 *Conditio ſi fundum dederis eſt faciendo.*
2 *Conditio implenda poteſtas appellatur facultas, vt facti eſſe videatur.*
3 *Conditio ſi fundum dederis eſt dandi.*
4 *Inſpicitur quod principaliter, venit propter ſe, non quod incidenter propter aliud.*

Caput 1. Quæſtio 67.

VTrum conditio hæc, ſi fundum dederis, dicitur dandi, ſeu faciendi.

1 Et videtur quod ſit faciendi, quia pro eius implemento requiritur traditio, quæ conſiſtit in facto leg. 3. §. dari ff. de vſufruct.

2 Et quia Papinianus in leg. cum Pater. §. hæreditatem. ff. de legat. 2. eleganter poteſtatem implendæ conditionis non ius; ſed facultatem magis appellauit, & omnem conditionem reſpicere verum fructum docuerunt Bald. Imol. & Caſtren. vel filiusfam. §. cum quis. vbi glo. in verbo extiterit. ff. de legat. 1. & alij allegati per Cephal. in conſi. 370. numer. 21. & ſequent. & per tex. in leg. Meuius, & in leg. qui hæredi. ff. de cond. & demon. vbi Bald. Imol. & Caſtrenſi. probat idem Cephal. vbi ſupra et in conſil. 306. nume. 14. faciunt quæ tradit Bartol. in leg. pignori in fine. ff. de vſucap. vt omnes conditiones videntur potius eſſe facti. Prout etiã ex Papiniano, vbi ſupra obſeruauit Emanuel. a Coſta in leg. Gallus. §. & quid ſi tantum in verbo pateretur num. 16. & 17. ff. de liber. & poſthum.

3 Sed in contrarium videtur veritas, quia eſt conditio dandi; Nam factum hic venit incidenter, non principaliter propter ſe leg. naturalis. verſic. hic enim factum. ff. de pręſcript.

4 Et ideo inſpicitur datio, & non factum, Bald. in leg. cum proponas. C. de dolo, & l. final. ff de condit. & ob cauſ. leg. 5. in fine. ff. de verborum obligat. leg. 3. §. item capuæ ff. de ſtatu liber. licet implementum dicatur, conſiſtere in facto Bartol. Caſtrenſi. Soc. & alij in l. qui hæredi, & in leg. in facto, & vbique glo. ff. de cond. & demonſtr. Et id multũ intereſt per adducta per Bar. & alios vbi ſupra, & per ea quæ proponuntur ſupra in qu. 9. & 63. & in alijs locis. Nec obſtant ſupra deducta, tum quia procedunt in longe diuerſa queſtione an facultas conditionis implendę ſit iuris, ſeu facti vt in iuribus allegatis, Tum etiam quia procedunt accipiendo factam largo modo pro datione, vt per Bar. & alios in d. l. in facto. ff. de cond. & demonſt.

SVMMARIVM.

1 *Conditio ſi fundũ vendiderit videtur faciendi.*
2 *Effectus conditionis ſi vendideris, ſi grauatus eſt dominus eſt datio.*
3 *Conditio ſi fundum vendideris eſt mixta dandi, & faciendi.*

Caput

Caput 1. Queſtio. 68.

VTrum conditio hæc, ſi fundum vendi-
deris, ſit dandi, vel faciendi. Et vide-
1 tur quod ſit faciendi. leg. conſilio. §. final. ff.
de Cura. fur. & leg. ſi hæres. ff. de act. empt,
& leg. in æſtimationibus vbi gloſſ. ff. de pe-
tit. hæred. Quia effectus eius eſt datio ſi gra-
2 uatus erat dominus leg. vxorem. ff. de legat.
3. facit quod notatur per Cynum in leg. 1.
C. commun. de legatis. Sed cum contineat
factum mixtum, eſt mixta dandi ſcilicet, &
faciendi leg. ſi traditio. vbi Bald. C. de actio.
empt. & leg. in conuentionalibus. §. final. ff.
de verborum obligat. faciunt allegata ſupra
in parte prima cap. 2. numero 18. et capit.
19. in princ. et in proxima præceden. quæſt.
67. ſub numero 3. et 4. cum diſtinctione ibi
poſita.

SVMMARIVM.

1 *Hæres diuerſi domicilij non tenetur ire, ad domum legatarij pro conditione implenda.*
2 *Niſi locus implementi ſit a Teſtatore deſignatus.*
3 *Debitor diuerſi domicilij non tenetur, ſoluturus ire ad Domum creditoris niſi ſit expreſſus locus.*
4 *Tacita voluntas ſufficit pro loco ſolutionis inducendo hæredi.*
5 *Filius, & quilibet alius, qui debet reuerentiã erga ſuum creditorem, & e contra, etſi ſint diuerſa fori tenentur ire, vel mittere ad creditorem, & debitorem reſpectiue.*
6 *Hæres eiuſdem fori ſi nulla cadat impenſa tenetur, ſi aliqua in tenetur ire ad domum creditoris, cum diſtinctione de qua ibi.*
7 *Impenſa alimentorum deferendorum quando ſubſtineatur ab hærede, vel ne.*
8 *Prouiſio dominis facit ceſſare prouiſionem legis.*
9 *Impenſa quando minueret legatum ſubſtinetur ab hærede.*
10 *Vſufructuarius tenetur ad collectas, niſi illarum ſolutione, vſufructus reddatur inutilis.*
11 *Debitor ſi alias debitum redderetur inutile tenetur ipſe portare creditori ſumptibus ſuis.*
12 *Gabellum tenetur ſoluere debitor.*
13 *Pecunia ſi in deferendo pereat perit periculo debitoris.*
14 *Debitor generis non liberatur re perempta, ſecus debitor ſpeciei.*
15 *Solutio ibi eſt facienda, vbi ſemel facta fuit.*
16 *Solitum attenditur.*
17 *Solitum inducit vnicus actus.*
18 *Tacita voluntas quæ colligitur ex uno actu, non debet vlterius extendi.*
19 *Solutio gratuita vnius partis, non grauat in ſolutione alterius.*
20 *Solutione vnica non amittit quis immunitatem.*
21 *Creditor ſi per potentia debitoris non poteſt exigere in loco domicilij debitoris debitor tenetur mittere.*
22 *Voluntas tacita, & expreſſa, quæ colligitur etiam ex conditione perſonarum, & ex cauſa legati attenditur circa locum ſolutionis. 4.*

Caput 1. Quæſtio. 69.

VTrum ille, qui debet aliquid dare, vel facere cauſa conditionis implendæ teneatur ire ad Domum illius cui debet dare, vel facere. Et tex. in leg. Tales. §. Priſcus. ff. de cond. & demonſtr. hoc in arbitrio Iudicis remittit. Sed ſunt in quæſtio. iſta diſtinguendi caſus. Aut enim Hæres grauatus & legatarius ſunt diuerſi, fori, & habeat domicilia diuerſa.

1 Et tunc hæres dabit in loco ſui domicilij, non autem legatarij, & in hoc conueniũt communiter ſcribentes niſi aliter de voluntate teſtatoris appareat. Et id per tex. in leg. Sed etſi ſuſceperit. ff. de Iudicijs in leg. Titia Seia, in princ. ff. de legat. 1. & in leg. 3. ff. de aliment. & cibar. leg. per quæ iura ita concludit Bartol. in leg. 1. num. 4. ff. eod. & in l. ſolent. numer. 4. eod. gloſſ. in leg. cum hi. §. vult igitur vbi Angeſ. & Fulgoſ. ff. de tranſact. Papi. in forma libelli quo agitur pro re ſingulari. §. 1. nume. 70.

2 Et omnes inductis locis loquuntur quando a Teſtatore non eſt locus ſpecialiter deſignatus Duen. in reg. 161. in prin. Simon. de Præt. de Interpr. vlt. volunt. lib. 4. dubit. 11. num. 104.

3 Hoc enim procedit ſecundum regulas debitoris, & creditoris diuerſi fori, vt non teneatur portare ad domum creditoris, cum

ſatis

Digitized by Google

ſatis ſit, quod ſtet paratus ſoluere in tuo domicilio, quoties in obligatione non eſt locus ſpecialiter expreſſus vt eſt de hoc tex. in leg. item illa in princ. ff. de conſtit. pecu. vbi glo. in verbo non venit Bart. & Doctor. omnes Hanc eandem regulam conſtituunt Alber. in leg. 2. num. 22. C. de iure emphit. Bal. in leg. acceptam numer. 22. Salycet. in 3. oppo. C. de vſuris Angel. in leg. ſpacium num. 3. ff. de eden. Bart. in leg. cum filius. §. ſi promiſſor num. 2. ff. de verbo. obliga. vbi Ang. Caſtren. Alexan. Iaſ. & alij. Roma. in leg. de die §. qui mulierem num. 14. ff. qui ſatiſd. cogan. Abbas in capi. ſignificante numer. 9. de pignor. & in cap. licet il 1. num. 13. de Simō. Iaſ. in dicta leg. 2. numer. 92. C. de iure emphit. Roland. in conſ. 87. nume 14. & ſequē. lib. 1. Cum ideo hæres, & legatarius ſint diuerſi fori, legatarius debet recipere in foro hæredis niſi aliter ſit a Teſtatore prouiſum, ſicut debet creditor recipere in foro debitoris, niſi aliter inter partes ſit conuentum, &
4 aliter a Teſtatore fuiſſe prouiſum ſufficit ꝙ apparet etiam ex tacita eius voluntate leg. fideicommiſſum in princ. & dicta leg. ſed etſi ſuſceperit §. libertis ff. de Iudicijs l. cum res in princ. ff. de legat. 1. Simon de Pretis vbi ſupra dicto nume. 104. & idem antea voluit Ang. in dicta leg. cum hi. §. vult igitur verſi. & prędicta intellige ff. de tranſact. quia voluntas vndecumque collecta eſt per hæredem ſeruandam ſecundum late deducta per Cardinalem Manticam de coniect. lib. 3. tit. 3. in prin. & per totum. Prout etiam apparet ex loco celebrati contractus, vbi tacite videtur etiam deſtinata ſolutio niſi aliter dictum ſit Bart. in leg. quod ſi Epheſi in fine princ. ff. de eo quod certo loco facit Soccin. in cōſ. 275. in rationibus dubitandi li. 2. Speculat de fruc. & inter §. 6 & de ſolut. §. ſi. Bat. & cęteri omnes in d. l. item illa ff. de conſti. pecu.
5 Si vero filius ſit debitor Patris vt puta alimentorum etſi ſint diuerſi fori filius debet mittere Patri debita alimenta ad locum vbi Pater degit §. ſi vero contigerit auth. de inceſt. nupt. collat. 2. vbi gl. in verbo alia neceſſaria & Nichol. de Neapo. Barto. in tract. de alimen. nu. 25. & ratio illius tex. non eſt deportatio Patris ſecundum Bart. ibi qui allegat Dynum in d. l. item illa ff. de conſtit. per ſed quia Filius tenetur Patri reuerentiam, & obſequium exhibere & quando creditor eſt talis cui per debitorem eſt debita reuerētia tunc debitor etiam diuerſi fori tenetur mittere ad Domū creditoris vt voluit Bald. in l. fi. nu. 8. C. de condit. inſe. per tex. in d. l. ſed etſi ſuſceperit §. libertis. ff. de Iudic. facit quod notat Bar. in dicta l. item illa num. 13. verſi. quod ſemper intelligo ff. de conſtit. pecu. Imo. in c. ſignificante col fin. verſic. quid erit ſi debitor de pignor. facit l. ad egregias ff. de iuriut. & late proſequitur Nata in conſil. 503. nu. 4. Duen. regu. 161. limit. 22. Aut
6 enim hæres, & legatarius ſunt eiuſdem fori, & tunc aut in implenda conditione vltra ipſius implemētum cadit aliqua impenſa pro vectura ipſius implementi, aut nulla cadit impenſa, ſi nulla, & tunc hæres tenetur mittere vel ire ad domum legatarij pro conditione implenda ſicut debitor ad Domū creditoris pro debito ſoluendo dicta l. item illa vbi Bartol. & Docto. ff. de conſtit. pecun. Imo. & Abb. in dicto cap. ſignificante de pignor. Iaſ. in conſ. 216. column. penult. lib. 2. Bart. in l. cum filius §. fin. in fine ff. de verb. obliga. Bald. & Ang. quos ſequitur ibi Alexand. num. 3. Bald. in l. acceptam C. de vſuris & in l. fin. num. 7. C. de condit. inſer. Petrus de Vbal. l. de duobus fratribus. quæſt. 14. num. 15. Crotus in conſi. 112. nu. 14. Berouus in conſ. 126. nu. 20. in conſil. 151. nu. 15. lib. 1. Paris de Puteo de feud. reintegr. c. 35. per totū Duen. in reg 161. limi. 1. Bar. in d. l. 1. nu. 4. ver. 2. poteſt intelligi ff. de alim. & cib lega. Ang. in d. l. cū hi §. uult igitur ver. in gl. quæ incipit. Papiē d. §. 1. nu. 71. Simō de Pret. d. dub. 11. n. 104. Pau. de Cittadinis de iure patrona. in 6. par. art. 4. ca. fi. nu. 170. Lamber. eod. tract. lib. 3. ar. 10. qu. 3. Brun. in tract. de reb. dubijs in q. incipiē. Nunc dicamus de dub. diſpu. loci nu. 7. limit. 11. Duen.
7 dicta regu. 161. limit. 16. Si aliqua cadat impenſa non vtique tenetur præſertim ſi legatarius ſit vilis perſona, cui non ſit turpe proprijs humerjs portare ſuum creditū ab hærede exactum, etſi in legatario alimētorum nobili pręfacto teneant, quod hæres teneatur ſuis ſumptibus alimenta mittere tali legatario, ut concludit Lancello. Gallat. in cōſuet. Alex. in verſi. Solidos in quęſt. 6. num. 113. & hanc tenet indiſtincte Bald. in conſ. 224. colum. 1. verſic. prima fauore, & col. 2. uerſi. quinta quia ſpecialia lib. 3. & id maxime procederet quando alimentorum quantitas non eſſet taxata, quia tunc in quantitate taxanda Iudex habebit etiam rationem eius quod pro vectura implendi neceſſe eſt. Simon de Pret. dicto numero 104. &

ibi aliam partem ſuſtinet in alimentis taxatis, quia cum Teſtator illa taxat, & nil loquitur de veſtiuta videtur velle, quod præſtentur vbi ſunt de iure præſtāda, vt per Angel. in leg. fideicommiſſum in princ. ff. de Iudic.

Vbi enim extat taxatio hominis, per eam receditur a diſpoſitione iuris communis,
8 quia prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis leg. fin. C. de pact. conuen. l. & habet §. cum quis ff. de præcar. glo. & Doct. in l. 2. C. de iure empht. & quando impenſa minueret legatum, & in vtilem redderet ab hærede ſuſtinebitur. exemplo notatorum per Bal. in d. conſ. 224. col. 1. li. 3. Imol. in l. cum filiusfam. §. fin. ff. de verbo. obligat. & in ca. indicante num. 19. de teſtam. glo. in dicta l. ſed etſi ſuſceperit §. libertis ff. de iudic. vbi etiam Bart. nume. 2. Simon de. Pret. d. dub. 11. num. 106. & ideo videmus quod etſi vſu-
10 fructuarius tenetur ad collectas l. quæro, vbi Bart. ff. de vſufruct. legat. & in l. his verbos §. idem teſtator ff. de legat. 3. Soccin. in conſi. 143. colum. 1. Bellon. in conſil. 12. nu. 7. Ceph. in conſ. 290. nume. 4. Tamen id nō procedit quando ſoluendo collectas vſusfructus redderetur inutilis, quia tūc illas ſoluet Proprietarius. glo. in le. concubinam §. qui hortos. ff. de legat. 3. de qua glo. exclamarunt Dyn. & Bart. in dicto §. idem teſtator, & Roman. in ſingul. 157. vnicam appellat in mundo, & dicit de facto obtinuiſſe Florētie in ardua quæſtione idem voluit in conſi. 230. nu. 2. & ſequentibus Petraſancta ſing. 37. Alexa. Aret. & Iaſ. in l. quod ſeruus ff. de legat. 1. Afflictus in ca. Imperialem in §. præterea ducatus nume. 57. de prohib. feud. alie per Feder. Parp. in leg. placet nu. 60. C. de ſacroſanc. eccleſ. Natta in conſ. 415. num. 1. & 2. Pinell. in l. 1. & 2. num. 72. verſi. limitatur ſeptimo C. de bonis mater. Feſtaſ. in tracta.
11 de collect. part. 2. capit. 4. numero 28. facit etiam quia etſi debitor non teneatur mittere, uel portare debitum ad Domum creditoris, id tamen non procedit, quando debitum eſſet ita modicum, quod plus incommodi quia vtilitatis afferret ſi creditor cogeretur accipere in Domo debitoris. Bald. in dicta leg. acceptam numē. 2. 3. C. de uſur. Iaſ. in leg. 2. numero 92. C. de iure emphiteu. & Duen. dicta regul. 161. in ſecunda limitat.
12 & quod dictum eſt de uectura procedit etiam in Gabella reſpectu eorum quæ dantur in alimenta Bartol. in dicta leg. prima numero primo ff. de alimen. & cib. legat. & quando alimenta ſunt præſtanda indigenti, & egeno nulla ratio ſuadet, quod ipſe ſuſtineat impenſam uectoræ, quia hoc pacto minus caperet Lancell. dictæ quæſtio. 6. numero 113. indiſtincte etſi ſint taxata.

13 Sed ſi pecunia quæ pro implemento conditionis defertur caſu aliquo periret, non ideo debitor eſſet liberatus, quia ante ſolutionem periculum pertinet ad debitorem, leg. incendium. C. ſi certum petat. Angel. in dicta leg. cum hi §. quæ igitur & licet loquatur in ſola pecunia, idem tamen eſt in alijs rebus, quoniam debitor generis non libera-
14 tur re perēpta quia genus perire nō poteſt leg. in ratione § incertæ ff. ad leg. Falcid. niſi forte genus deberetur tanquam ſpecies ut p Angel. ibi quia ſpecie per empta debitor liberatur leg. ſi ex legat. C. de uerbor. oblig. leg. electio. §. ſi is quem ff. de noxal. leg. quæſitum ff. de pactis, leg. quidam §. ſi ſibi ff. de legat. 5. leg. Titia. 1 extores §. ſina. ff. eod. leg. in Naue Sapheli ff. locus Bartol. & alij in leg. quod te ff. ſi certum petat. & hanc magis communem etiam reſpectu quantitatis debitæ reſpectu certæ rei, & ſic ſpeciei dicit. Iaſ. in leg. prima numero 83. C. de iure emphit. Natta in conſi. 182. numer. quarto & ideo ſi alimenta relinquantur ex fructibus certi fundi catenus debentur quatenus ſe extendunt fructus ex eo fundo, percepti argumento leg. maritum §. 1. ff. ad leg. Falcid. leg. liberto §. a liberto ff. de annu. leg. Caſtren. in leg. Imperator numero 8. ff. ad Trebel. Emilia. in conſ. 146. nu. 4. ...
15 Et ſi hæres, uel debitor in uno loco cœperit ſoluere, tenetur eodem in loco perſeuerare leg. ſi fideicommiſſum §. fin. ff. de Iudic. gloſſ. ordinaria in leg. quod legatur, poſt medium, ff. eo. ubi dicit quod quis ibi debet conueniri ubi ſoluere cæpit & id ſobiit etiam Iaſ. in leg. ſecunda numero 9. C. fideicommis. Duen. dicta regul. 16 in quarta limitat. Simon. dicto dub. 11. nume. 107. & quod ſolutio facta per heredem in uno loco de uno legato operetur etiam fauore aliorum legatariorum, etſi ſeparatorum ſi ſoluit Angel. in lege prima, nume. primo. C. de fideicommiſ. quia quando quæri-
16 mus quo in loco debitor teneatur ſoluere attenditur eius conſuetudo ſecundum gloſ. in leg. item illa ubi Bartol. ff. de uerbo. obligat. Barto. in leg. ſuo uietu nume. 2. ff. de operat. libert. Duen. loco prædicto numero 8.

& ſicut

& ſicut conſuetudo contrahentis attenditur & declarat contractum.leg.vniuerſorum.ff. de pigno.actio.l.qui renuiſſet.ff.de vſur.l.hę redes palam.§.ſi quis poſt.in fine.ff.de Teſtam.l.ſi ſeruus plurium.§.fina.ff.de lega.1. ita attendi debet conſuetudo hæredis, qui videtur quaſi contrahere cum legatarijs.le. qui cum alio.ff.de regul.iur.§.hæres. Inſtit. de obliga.quæ ex quaſi contrac.naſc.leg. ex maleficijs.§.hæres.ff.de actio. & obligat.

17 Et ſolitum inducitur per vnum actum.leg. Mela.§. quid ergo.ff.de alimen.& cib.lega. vbi Bartol.declarat.Alexand.in conſi.5.colum.final.lib.5.Decius in leg.nemo alieno. §.Temporalis numero ſecundo.ff.de regul. iuris.

18 Sed cum voluntas tacita,quæ colligitur ex vno actu non debeat vltra extendi quam ex ipſo actu de neceſſitate inferatur.Bartol. in le.1.§.hoc interdito.ff.de itin.actuque priua.& in auth.qui rem.circa finem.C.de Sacroſan.eccl.Decius 72.col 3.Pariſ.conſ. 79.num.12.lib.3.Soc.iun.conſi.122.nu.24. lib.3.Natta in conſ.77.nu.14. Beclus conſ. 106.nu.46.nõ exiſtimo veram gl.in d.quod legatur.ff.de Iudic.Et ideo ſolutio gratuita

19 vnius partis non grauat in alterius partis ſolutione l.fi.C.ne vxor.pro mar.vbi Bal.l. cum de indebito verſi.ſed ſi pro parte.C.de condic.indeb.gl.in l.non dubium.in verbo agnouerit vbi Bart.& alij.C.de Teſtamen. Aret.in conſi.91.colum.fi.verſi.non obſtat.

20 Natta in conſi.446.num.19.Et ideo immunis per vnam ſolutionem ſibi non præiudicat pro futuris temporibus.Cyn.poſt Petrũ in l.voluntarie num.7.q.3.C.de excuſat.tuto.Abbas in conſil.94.col.14.verſic.item & ſecundo.Alex.in conſ.33.nu.2.lib.5.Ceph. in conſi.58.nu.93.Pedem.deciſ.91.nu.22. Prout nõ pręiudicat ſibi Succe.in beneficio licet vnius anni penſionem recipiat,qui nõ per hoc cēſetur pro futuro tempore locationem ab anteceſſore factum ratificare,Rota diuer.in deci.233.in fine p.Et qui facit vnũ actum tempore feriato ſibi nõ pręiudicat in ſequentibus Imo.in c.fi.in fine de ferijs Fr. in c.ex parte col.1.verſi.2.infertur.de appel lat.Alex.in l.1.ff.de ferijs Ripa de priuileg. iud.cau.peſt.nu.14.Rol.in conſil.94.in fine lib.2.Ita res per unam ſolutionem ſibi non præiudicat in alijs.Immo etiam in iudicijs, qui contendit in vno actu non videtur cõſentire.in reliquis.gl.in clem.ſępe in ver.patribus de verb.ſign.Alex.& Ripa.vbi ſup.Nec obſtat tex.in l.ſi fideicõmiſſum.§.fi.ff.de iudic.quia procedit ex quo exceptio illa competebat iure ſingulari, quod facilius tollitur.l.eius militis.§.militi i miſſus.de Teſta. mil.ſecus quando competeret iure communi,vt declarat Iaſ.in l.2.nu.9.C.de fideicom miſ.vbi infert,an qui vnum ſoluit legatum poſſit cogi ad ſoluendum alia,& idem dicit quando de loco,vel de tempore eſt quęſtio, ergo quamuis in vno loco ſit facta ſolutio, non per hoc in futurum ibi fieri debet & ſic illa opinio Ang.quod ſoluens legatum vnũ certo loco ibidem alia ſoluere debeat in d.l. 1.C.de fideic.reprobatur a Iaſ.in d.l.2.nu. 9.eod.Bened.in c.Rain.in ver.ſi abſque libe ris moreretur.num.176.de Teſtam.Natta in

21 conſi.77.nu.6.Et quoties ob ipſius hęredis dolum vel potentiam legatarius non poteſt conſequi ius ſuum in foro hæredis tenetur hęres ſuis ſumptibus legatario mittere Bal. d.conſi.224.in fine li.3.quia dolus non debet doloſo eſſe proficuus.l.Prætor.§.fi.ff.de

22 eodem.Et quando conſtat de voluntate tácita,et expreſſa teſtatoris, vel contrahentiũ ibi debent ſolui Teſtator, & contrahentes volunt per adducta ſupra ſub numer.4.& quia voluntas Teſtatoris totum facit.leg.in conditionibus.ff.de cond.& demonſt.& uoluntas Teſtatoris æquiparatur leg.§.diſponat auth.de nuptijs, & voluntas colligitur

23 ex perſonarum conditione glo.in l.cum res in verſicul.veriſimile.ff.de indic.l.penult.in fine.ff.de cond.& demonſt.ſimiliter quando relinquitur in ſubſidium ſtudij debet ibi ſolui vbi legatarius ſtudio incumbit,Barto. Bald. Angel. Fulgoſ. & alij in dicta leg.ſed etſi ſuſceperit §.libertus illis.ff.de iudic. ſequitur vbi Lancell.Dec.& Iacobi.Duen. d.reg.161.num.22.Simon de Prætis dicta dubit.11.numer.108.in fine vbi conſiderat etiam fauorem cauſæ, & ibi dicit idem de qualitate perſonæ, & in legato ſcholari relicto ponit Cordua in le.ſi quis a libetis.§. non tantum.ff.de liber.agnoſcen.vel alen.

SVMMARIVM.

1 *Tempus conditionis, implenda non currit ignoranti.*

2 *Ignorantia cauſata dolo Aduerſarij non nocet.*

3 Tempus omne currat tantum a die ſcientiæ.
4 Ignorantia facti excuſat.
5 Tempus non currit legitime impedito.
6 Tempus præciſum currit ignoranti, & impedito.
7 Temporis limitati lapſus continet diſpoſitionem contrariam.
8 Tẽporis lapſus excludit a beneficio conceſſo ad tempus.
9 Conceſſum ad tempus cenſetur poſt tempus prohibitum.
10 Relatus ad certum tẽpus poteſt finito tẽpore redire ſine licentia.
11 Tempus non obſeruans, non obſeruat formam, immo renunciat.
12 Tempus obſeruans obſeruat formam, & acceptat.

Caput 1. Quæſtione 70.

VTrum tempus implendæ conditionis currat ignoranti, vel impedito.

1 Et ignoranti non currere dicit Bald. in l. ſi ea. column. penult. C. qui accuſ. non poſſ. idem Bald. in leg. 1. colum. penult. ff. ſi quis cauſ. facit Cornel. in conſi. 338. videretur in in præſenti conſultatione circa finem libro quarto, & adducti per Laurent. de Sylua. in tract. de Feud. recognit. quæſt. 65. ſub num. 2. 3. & 4. loquens in Feudo, quod amplius, & extendit ibi, & in tract. de Benef. quæſt. 59. num. 3. firmat Patrono ignoranti vacationem beneficij non currere tempus ad præſentandum fuit, & deciſ. Oſaſchi 176. num. 2.

2 Maxime ſi ignorantia fuit per dolum aduerſarij cauſata, vt ex multis in tempore præfixo ad retrahendam venditionem concludit Tiraquell. de retracta. conſang. §. 35. gloſſ. 4. numero 29. quem ſequitur, & alios adducit Surdus in conſi. 150. nu. 52. lib. 1.

3 Nam omne tempus currit tantum a die ſcientiæ cap. licet de ſuppleri. neglig. prælat. & notatur in leg. 1. §. 1. vbi Bartol. ff. de requir. reis. Ruin. in conſil. 103 numero 19. libro 5. Decia. in conſil. 32. nume. 39. libro 3. Et in ſpecie facit tex. in leg. 2. ff. de cond. & demonſtra. Et adducti ſupra in quæſt. 39. in princ. & in quæſt. 66. numero 5. & ſequent. & numero 18. verſiculo hoc etiam, ſuadet ratio.

4 Etſi ignorantia ſit facti per allegata ſupra, & argumento leg. ſi iam facta. §. 1. & leg. quibus diebus. ff. de cond. & demon.

5 Hoc idem dicendum eſt non currere legitime impedito. cap. quia diuerſitatem de conceſſ. præben. leg. 1. in fine C. de annal. except. & per ea, quæ notat Bart. in l. naturaliter. col. pen. verſi. ſiquero. ff. de vſucap. cum concordantibus adductis per Io. Bap. in tra. de Arbitris lib. 13. cap. 2. ſub num. 8. & 9. & per Io. de Ligna. in tract. de cenſur. eccleſ. §. 14. num. 17. Rota diuer. in deciſ. 300. nume. 5. par. 2. & in deciſ. 148. nume. 2. par. 1. & in ſpecie Soccin. in leg. ſi in diem. nume. 4. ff. de cond. & demonſtr. Niſi forte tempus ſit conuentionale. quia & impedito currit. vt probat tex. in cap. fin. de elect. per quem ita tenuit Card. in cap. exceptionem column. 3. verſic. ego dico eodem Innocent. & Abb. in cap. extirpandæ. §. quia vero de præben. Felyn. in c. cur. inter colu. 11. verſi. limita. 2. de excep. Mohed. deciſ. 349. Tiraquel. de retractu. conuen. §. 1. gloſ. 2. nume. 56. vbi probat non dari reſtitutionem impedito, Rota. diuer. in d. deciſ. 148. num. 1. par. 1. Hoc tamen non credo verum ſi impedimentum veniat ab Aduerſario, vel ex eiuſdem dolo per adducta ſuperius num. 2. quia dolus vel culpa nemini debet patrocinari l. nec & dolo. ff. de dolo Tiraquel. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 9. num. 62. Beccius. in conſi. 106. nu. 14. Rota diuer. deciſ. 422. num. 4. par. 1.

Verum enim vero non procedunt præmiſſa, quando fuit a Teſtatore appoſitũ præ-
6 ciſum tempus conditionis implendæ, quod in aliud tempus differri non poſſit, quia tũc & ignoranti, & impedito currit l. conditionum. 90. in fine ff. de cond & demo. faciunt Inoocen. Abbas Mohed. & Rota diuer. in d. deciſ. 148. nume. 1. par. 1. cum alijs ſupra citatis ſub num. 5. & infra ſub num. 7. Surdus deciſ. 203. num. 13.

7 Limitati enim temporis ea uis eſt, vt lapſo tempore contineat diſpoſitionem contrariã vt per Bal. in proem. ff. §. hec autem tria Decius in conſi. 61. nu. 4. & alios diximus ſup.
8 in q. 36. num. 4. & Lapſus temporis excludit quem à beneficio ad tempus cõceſſo. gl. in l. 1. §. qđ dicitur. ff. ſi cui plus quã p Fal. l. 3. §. diuus. ff. de iure fiſci l. ſi legatario. §. fi. ff. de fideico. libe. l. a quo in fine. ff. de dãno in
9 fec. Et conceſſum ad tempus cenſetur poſt tempus prohibitum l. ſtatu liberum. §. Stichum. ff. de legat. 2. l. 1. §. ſi mulier. ff. de libe. agnoſ. Caſtren. in conſi. 440. lib. 2. late Tiraquel. de retract. conuen. §. 1. gloſ. 1. num. 44.
10 & faciunt allegata ſupra in quæſtio. quin-

ta,

Digitized by Google

ta Cephal, conſil. 345. numero, 13. libro tertio.

Et relegatis ad certũ tempus pôt finito tẽpore redire ſine licentia relegãtis. Bal. in dicto §. hæc autem tria Angel. in leg. ſi unus in §. ſi cum reo in lect. antiqua ff. de pactis. Decius dicto conſil. 61. num. 4. & in conetis lapſus temporis quod operatur quoad vnum connexorum operatur, & quoad alios prout in præſcriptione, Fely. in ca. auditis. nu. 17. verſ. nec obſtat, & nu. 20. de præſcript. & in cap. cum ex iniuncto nume. 5. & 8. de hæres. vt videmus diſpenſationem in vno ex connexis extendi ad aliud glo. & Doctor. in ca. quia In tantum depræhen. Ratio autem præ

11 miſſiorum eſt quia ſicuti non obſeruans tẽpus conſtitutionis non dicitur ſeruare illius formam, Bald. & Salyc. in Auth. quæ ſupplicatio C. de precibus Imper. offeren. Caſtre. in leg. qui Romæ §. Callimachus. in fine, & ibi Iaſ. colum. 4. ff. de verborum obligat. & ſicuti, qui non paret terminis a lege ſtatutis videtur iuri renunciare, Bald. in conſi. 466. in 2. dubio lib. 1. quoniam Lapſus termini inducit tacitam renunciationem, Bald. in l. 1. in princ C. de in integr. non reſtit. & late Tiraquell. de retract. conſang. §. 3. glo. 4. nume. 2.

12 Ita implens conditionem in tempore, præfixo dicitur illius formam ſeruare, & cõditionatum emolumentum acceptare per al legata ſupra in quæſt. 52. & 53. quod profecto in poteſtatiuis, & mixtis eſt ſic dicendum reſpectu honorati ſub eis; In caſualibus vero reſpectu honoratis, quia limitando tempus implementi, non vult ad aliud tempus implementum extendi per ſupra deducta in quæſt. 36. numer. 4. in princip. & in hac quæſt. nume. 6. & ſequen. & per ea quæ congerit Peregrin. poſt alios in tracta. de fideicommiſ. artic. 15. nume. 8. & artic. 12. nu. 3. per totum.

S V M M A R I V M.

1 *Conditio poteſt donationi perfectæ conſentiente donatario apponi.*

2 *Conditio non poteſt apponi donationi perfectæ donatario non conſentiente.*

3 *Et ſi Princeps donauerit.*

4 *Conditio non poteſt apponi donationi ante facta & iurata.*

5 *Nec Principis reſcripto.*

6 *Donatio ſola ſtipulatione, vel pacto perficitur.*

7 *Et ſi ſtipulatio ſit facta a notario pro abſentibus, quia non poteſt reuocari.*

8 *Etiam quod donatarij abſentes non dum acceptauerint.*

9 *Stipulatio pro abſentibus trãsfert in eis actionem ſine ceſsione Notarij.*

10 *Conditio donationi non dum perfectæ poteſt apponi.*

11 *Conditionis defectus impedit translationem dominij, & paſsionis.*

12 *Obligatio ante purificationem conditionis non eſt nata.*

13 *Conditio in Continenti poſt factam donationem poteſt apponi.*

Caput 1. Quæſtio 71.

VTrum poſſit donatio fieri ſub conditione aliqua de approbatis, & eſt in hac queſtione diſtinguendum.

Aut enim conditio apponitur donationi iam perfectæ & iuratę aut ante illius perfectionem, vel poſt donationem in Continenti. Primo caſu eſt iterum diſtinguẽdum, aut enim poſt donationem perfectam, & iuratam apponitur conditio aliqua conſentiẽte donatario, aut non conſentiente, & pri-

1 mo caſu donatario ipſo conſentiente etiam poſt donationem perfectam poteſt conditio apponi leg. in traditionibus ff. de pactis Cyn. in leg. legem. C. eodem Alberi. in leg. perfecta C. de donatio. quę ſub modo, ſecũdo caſu donatario non conſentiente non

2 poteſt aliqua conditio poſt donationem perfectam apponi, dicta leg. perfecta C. de donation. Bal. in conſi. 391. factum tale lib. 4. Ripa lib. 3. reſponſ. capit. 1. Didacus. Variarum reſolut. cap. 1. nume. 1. Magonius in Florentin. deciſ. 124. nume. 5. quod proce-

3 dit & ſi Princeps ipſe perfecte aliquid donauerit, quoniã nec ipſe poſt donationem perfectã poteſt ei conditiones apponere, vt late defendit Tiraquellus in repet. le. ſi vnquam C. de reuocand. donat. in verbo libertis nume. 14. per totum & in fine. Item eſt ſi Pater aliquid perfecte donauerit filijs. Surdus in deciſ. 162. nume. 17. & 18. per text. in dicta leg. perfecta & in leg. illud C. de collat. & per Alex. in conſi. 8. num. 1. lib. 2. & in cõſil. 8. num. 9. lib. 3. Bereng. in leg. in qurtam parte 3. numer. 88. vbi Picus numer. 251. in princ.

princ.ff.ad legem Falcid.Gratus in conſi.7.
4 nume.42.lib. 2. quod idem eſt de donatio-
ne iurata leg.Imperator. ff. de manumi. Te-
ſtamen.Alexand.in conſi. 183.nume.8.libr.
6.cum alijs adductis per De cianum in cō-
ſil.1.ſub nume.21.& 22.libr. 3. Nec poteſt
priuatus donans Authoritate reſcripti Prin
5 cipis iam perfectam, vel iuratam donatio-
nem in aliquo reſcindere, vel alterare leg. ſi
donationem C. de reuocan. donatio. vt tra-
dit Decius in conſi.468.nume.18.& in con
ſil.498.nume.4. & eſt verum etiam traditio
6 ne non ſequuta, cum alias donationes ſola
ſtipulatione, vel pacto perficiantur.§.A-
liæ autem donationes, vbi glo.inſtit. de do-
nationibus, & ſi ſtipulatio ſit facta à Nota-
7 rio pro abſentibus, quia talis ſtipulatio in
tantum donationem perficit, vt non poſſit
per donantem reuocari, nec alterari, vt te-
net Bal. in leg. ſtipulatio iſta ſi ſtipuler vbi
Alexan.colum.3.dicit communem ff.de ver
borum oblig.gloſ.in leg.2.in verſicu. publi-
canus & ibi Bar.& Alex. in addit.ff.rem pu
pill.ſaluam fore gloſſ.Bar. Alberic. & alij in
leg.non aliter Sen.in leg. nec ei §.eorum ff.
de adopt. Oldrad. in conſi. 30. Bald.conſil.
150.colum.1.lib.1.& conſi.144. & 261.lib.
2. Anchar.conſi.340.in 2.dubio Rom. con-
ſil.70.poſt princ.& conſi. 513.verſi. idem e-
rit Cuma.conſi.182.colum. 1.Areti. conſil.
41.colum.2.verſi.2.ratio Cornel. in conſil.
6.colum.3.verſic.& conſtat lib 2.& hoc con
ſtituit pro regula, Rota diuer. in deciſ. 683.
ſub nume.3.& 4.par.1.& id procedit, vt re-
8 uocari, & alterari non poſſit à donante, & ſi
donans non dum aceptauerit, vt voluit Bal.
in leg.cum à Socero colum. 2. verſi. cauet i-
bi.C.de iure dot.Alexa.in leg.qui Romæ §.
flauius colum. penult.verſic. tamen conclu-
ſionem vbi Aret.colum.penult.verſi. & hoc
tenet Iaſ.colum.8. verſic.ſecundo limita.ff.
de verborum oblig. Aretinus in conſil. 74.
colum.penult.verſic.tertio pro hoc Decius
in conſil.58.colum. 2.verſi.preterea in quæ-
ſtione & conſi.226.in fine & conſi.239.ver
ſic.3.dictum, & conſ.607. columñ. 4. in 3.
dubio Rayn.in conſi. 172.colum. 4.verſi. &
prædicta locum habent lib. 1. Rubeus Alex.
in conſi.61.in fine & in conſ. 117.numer 8.
quia transfert in donatarium actionem etiā
9 fine ceſſione Notarij, vt Notat Bart.in leg.
2.ff.rem pupill.ſaluam fore per leg. 2. C. de
magiſtr. Conuen.idem tenet Bald.in le. Ca-
ius ff.de vſur.Alexand.in dicto §. ſi ſtipuler

colum.3.Cuman.in conſi.50.columñ. 3.lib.
1.Soccin.in conſi. 125. in fine lib. 1. Decius
in conſil.407.nume.14.Pedemon.deciſ.33.
num.8.& cum iſtis tranſit Rota diuerſ. de-
ciſ.683.ſub num.6.& 7.par.1.vt ideo dona-
tario non conſentiente, non poſſit reſcindi,
& multo minus conditionibus grauari poſt
quam fuit perfecta, & iurata per allegata ſu
10 pra, ſecundo caſu ſi apponitur aliqua con-
ditio ante perfectionem donationis dum-
modo non ſit de reprobatis, & non eſt du-
bium poſſe à donante apponi leg.legem C.
de donatio. C. verum de condit. appoſ. leg.
in traditionibus.ff.de pactis leg. ob red. ff.
de pactis dotal.leg.3.in fine ff.de contrahē.
empt.Guido Pape conſil. 37. numer. 1.& 2.
Soccin.in conſi. 100.numer. 12. lib.3. Boe-
rius in conſi. 1.nume. 18. Clarus in §.dona-
tio, queſtio.13.lib.3.in fine Didacus variar.
reſolut.lib. 3.cap.14. in princ. & per totum
Gabr.de donatio concluſ.5.nume. 2.Ceſar.
de Graſſis in deciſ. 165.alias 2.num.3. de ſe
pulturis.Peregrinus de fideicommiſſ. artic.
51.nume.19.alios citat, & illius defectus im
11 pedit tranſlationem Dominij.& poſſeſſio-
nis, leg.qui abſenti §.1.ff.de acquiren. poſ-
ſeſ. Guido Papæ conſ. 37.numer.2.verſicu.
quia clara eſt in iure, Peregrin. vbi ſupra &
in artic. 29.nume. 14.& ante illius purifica-
12 tionem non eſt nata obligatio, neque actio
ſecundum diſtinctionem, de qua ſupra in
quæſt.38.ſub nume. 15.eſt bonus tex.in leg.
pecuniam quam 36.ibi quoniam cum incer
tum ſit.ff.ſi certum petat. Rota diuerſ.in de
ciſ.476.num.4.par.1. vt ideo ad hæredes nō
tranſeat ſecūdum allegata & diſtinctionem
factam in dicta quæſt.38. ſubſtit. nume. 15.
tertio vero caſu ſi conditio aliqua apponā-
tur poſt donationem perfectam in continē-
ti, & videtur non poſſe donatario non con-
ſentiente apponi per allegata ſupra in prin.
ſed ſecus eſt ſi in eadem donatione fuerit di
ctum velle donare ſub tamen pactis, modis,
12 conditionibus & legibus infraſcriptis, &
non aliter, & iſta conditio aliqua appona-
tur, quia ſub ea donatū eſſe dicetur, vt ſi nō
fuerint obſeruata nō intelligatur donatum,
vt defendit Decian.in conſil. 1.nume. 27.&
ſequentibus lib. 3.& probat tex. in leg. 1. 2.
& 3.& tot.tit. C.de donation.quę ſub modo
Nam quę in continenti fiunt dicuntur pars
contractus, immo inſunt contractui leg.pe-
tens C.de pactis leg.iuriſgentium. §. quini-
mo ff.de pactis leg. 3. C.de ędilit. actio leg.
lecta

Digitized by Google

lecta verſic. dicebam ff. ſi cert. petat. & pro Concordantibus Decius in conſi. 92. nu. 6. & 8. Surdus deciſ. 157. ſub num. 5. & 6. Decianus ubi ſupra num. 31.

Et id procedit, etſi conditiones non ſint in eodem Contractu donationis appoſitæ, ſed in alio facto contemplatione donationis, vt reſpondet Soccin. in conſil. 273. colum. 3. numer. 4. lib. 2. vbi adducit Caſtren. idem tenentem, idem voluit Corneus in cõſil. vlt. lib. 1. & in conſil. 10. column. 3. lib. 2. Decius in conſi. 606. nume. 20. & in conſil. 636. num. 8. quos ſequitur, & alios adducit Decianus in d. conſil. 1. num. 36. & 37. & ſequentibus libr. 3. vbi adducit Curtium Sen. in conſi. 54. ſub num. 3. & ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Conditione remiſſa, an videatur remiſſum permiſſum diſtinctio antiquorum recenſetur.*

2 *Clericus excommunicatus cui eſt interdictum ſeruitium non eſt interdictum ſalarium.*

3 *Adempta conditione an cenſeatur ademptum legatum.*

Caput 1. Quæſtio 72.

VTrum remiſſa conditione ſub qua aliquid eſt promiſſum videntur & remiſſum promiſſum; Et videtur quod ſic, Sicut
1 enim in contractibus vltrocitroque oritur obligatio, ſic oritur in obligatione ſub conditione, & conditione ipſa remiſſa videtur remiſſa, & promiſſio exemplo. leg. cum emptor. ff. de reſcind. vendit. & leg. fin. C. de acceptilat, quo vtuntur Petrus Cynus Alber. Bald. & cæteri ſcriben. in leg. ſi plures. C. de condit. in ſert. Sed quia conditio interpoſita per viam liberationis non debet operari diminutionem alterius. leg. cum pater. §. Curatoris. ff. de legat. 2. quia inducta ad augumentum non debent cauſare diminutionem ex allegatis per Iaſ. in leg. clam. poſſidere. §. qui ad nundinas nu. 54. prope medium. ff. de acquiren. poſſeſſ. videtur hoc dictum difficile. Petrus in leg. ſi plures num. 20. & 21. C. de cond. in ſert. ita diſtinguit, Aut enim apponitur onus per viam modi; vt promitto ſibi cẽtum, vt vadas pro me Romam, iſto caſu remiſſo, ſeu adempto onere eundi Romam videtur ademptum promiſſum leg. alumnæ. Seia. ff. de adimen. legat. Petrus vbi ſupra quem ſunt ſequuti Cynus ibi in fine Alberic. numer. 14. Bald. numero 35. & cæteri ſcribentes Caſtrenſi. in leg. dedi. ſibi nume. 5. ff. de cond. cauſ. data.

Aut apponitur onus per viam conditionis, vt promitto ibi centum, ſi vadas pro me Romam, & tunc licet remoueatur onus eundi Romam non propterea remouetur promiſſum d. §. Seia & leg. ſi quis ſeruum. ff. de cond. & demonſtr. Ioan. Faber remiſ. in d. leg. ſi plures in fine poſt Petrum, & Cynum ibi. Nam vbi onus eſt appoſitum per viam modi, Modus ſe habet correlatiue ad ipſum promiſſum argumento dictæ le. cum emptor, & §. fin. Inſtit. de inutil. ſtipul. Sed vbi onus apponitur per viam conditionis, tunc non eſt debitum, & ideo ibi non poteſt reperiri correlatio, et ſic non videtur remiſſum promiſſum d. le. ſi quis Petrus. Cynus Alberic. Bal. & cæteri omnes in d. leg. ſi plures Tamen Petrus dicit ibi dicto nume. 21.
2 Quod Canoniſtæ tenent contrarium in clerico impedito ſeruare ob excommunicationem, qd ſcilicet non eſt interim ei interdictum emolumentum Petrum ſequuntur in d. leg. ſi plures Cynus in fine Alberic. num. 14. Bald. num. 35. & cęteri ſcribentes cõmuniter recantando verba Petri.

3 Sed ſi in legatis ſit appoſita conditio, & poſtea adempta an cenſeatur ademptum legatum, dic idem quod ſupra, ſecundum eandem diſtinctionem per ſupra allegata, quibus adde Bartol. in dicto. §. Seia. in princ. & in dicta leg. ſi quis ſeruum num. 2. ff. de condit. & demonſtr. leg. penult. §. 1. cod. Bald. in leg. his conſequenter. §. vlt. ff. famil. herciſcun. Et in leg. ſi filia in fine cod. et ita teui pro Illuſtriſſi. D. Marchione Saliuato in Romana Donationis, & legati. conſil. 75. nume. 26. affirmando ibi legatum fuiſſe ſub modo relictum, & modum per donationem ſublatam, vt legatum ideo ſecundum propoſitam diſtinctionem per, ademptionem oneris, & modi cenſeatur ademptum, & ulterius Illuſtriſſimũ D. Marchionem non teneri ad legatum per tex. in leg. filia legatorum. C. de legatis vbi Oldrad. Bald. Angel. & Iaſ. num. 4. Corn. num. 4. Ruy. conſi. 228. num. 4. lib. 1. conſi. 138. num. 3. lib. 4. Caſtr. in conſi. 35. colum. penul. lib. 2. Dec. conſil. 81. num. 6.

Quod

Quod aũt conditio adimi poſſit licemõ detur ſed adſcribatur, & adimi non poſſit quod adſcribatur, tamen ſenſus magis quã uerba amplectendo dicendum eſt conditionem ſicut adſcribi ita, & quoque adimi poſſe. leg. ſi quis ita legauerit. §. conditio legati in fine. & ibi gloſſ. in verbo magis. & ibi Bartol. poſt alios In princ. ff. de alimen. legat.

SVMMARIVM.

1 *Reſpondens diuerſimode ab interrogatione nõ obligatur.*

2 *Niſi interroganti illico placuerit diuerſitas reſponſionis.*

3 *Complacentia an debeat verbis explicari.*

4 *Interrogatus, vt promittat viginti promittẽdo decem obligatur ad decem, ſed ſimpliciter reſpondens obligatur ad interrogata.*

5 *Vtile per inutile in ſui natura diuiſibilib. non vitiatur, ſecus indiuiſibilibus.*

6 *Statuto diſponente, quod poſitionibus ſimpliciter reſpondeatur ſimpliciter, eſt reſpondendum.*

7 *Niſi Idiota, & Ruſticus non, ſimpliciter ſed qualificate reſponderint,*

8 *Reſponſio diuiſibilis, & non conexa diuiditur.*

9 *Reſponſio indiuidua, & connexa non diuiditur.*

10 *Cõfeſſio debet interpretari, vt minus præiudicet confitenti.*

11 *Niſi adſit præſumptio contra confitentem.*

12 *Sed præſumptione, ceſſante non debet diuidi.*

13 *Conditio qualificata delicti habens contra ſe præſumptionem non ſufficit ad pœnam ordinariam, ſed extraordinariam.*

14 *Niſi qualitas ipſa ſit inexcuſali.*

Caput 1. Quæſtione 73.

VTrum ſub conditione, ſeu qualitate aliquis interrogatus, & pure reſpondens, vel e contra obligetur. Et eſt diſtinguendum, Aut enim expreſſe reſpondet diuerſimode ab interrogatione; Aut quoquomodo, interrogatus reſpondet ſimpliciter.

1 Primo caſu non obligatur. §. Præterea vbi gloſſ. & Angel. Inſtitut. de inutil. ſtipula. le. 1. §. ſi quis ſimpliciter. vbi gloſſ. Odofred. Bart. Alberic. Bald. Angel. Imol. num. 52. & 53. Caſtren. Aret. & Iaſ. & cæteri omnes. ff. de verbor. oblig. gloſſ. 1. in l. ſi quidem. vbi Odofre. Bart. Bald. Alber. Ang. & alij. C. de exceptio.

2 Niſi forte interroganti diuerſitas reſponſionis illico placuerit. dicto §. ſi quis ſimpliciter. & ibi Odofred. in fine Bart. num. 2. & cęteri ſcribentes.

3 Sed an debeat illa Complacentia verbis illico explicari, & dic ſecundum Odofredum in dicta leg. 1. §. ſi ſtipulanti nume. 13. & ſecundum Iaſ. poſt alios in d. §. ſi quis ſimpliciter num. 6.

4 Item Niſi Interrogatus, vt promittat decem, reſpondeat promitto quinque, Nam etſi oporteat congruere ſummam attamen manifeſtiſſimum eſt decem, & quinque ineſſe, & ideo pro quinque ſubſtinetur obligatio d. leg. 1. §. ſi ſtipulanti. vbi glo. in verbo & decem Odofred. Bart. & cęteri ſcriben. ff.

5 de verborum obligat. Quia vtile per inutile in diuiſibus non uitiatur. dict. leg. 1. §. ſed ſi mihi gloſſ. Odofred. & Barto. vbi ſupra & Iaſ. in d. l. ſi quis ſub nu. 4. & in d. §. ſi ſtipulante, etſi huic videatur obſtare Rota diuer. in deciſ. 626. nu. 3. & ſequen. par. 1, ſed fundatur in eo quod confeſſio contineat quoddam integrale certam ſpeciem continens, quæ in aliquo vitiata tota corruat iuxta notata per Doct. in d. §. ſi ſtipulanti, quod non applicatur contra prædicta, ſui natura diuiſibilia, in quibus procedit regula, quod vtile per inutile non vitietur, ut concludũt omnes in d. le. 2. §. ſed ſi mihi vbi poſt alios Aret. num. 31. & ſequen. Iaſ. num. 7. Alciat. num. 30. Caſſad. in deciſ. 4. nume. 4. de penſion. Boerius in deciſ. 162. nume. 4. Rota in Lucana pẽſionis 17. Februarij 1592. corã. 60. D. Orano. Regula contraria procedit in indiuiduis. vt per Doctor. in d. §. ſed ſi mihi vbi Bar. & cæteri relati per Surdum in dec. 7. num. 35.

3 *Conditio in legatis cenſetur appoſita fauore hæredis, & legatarij, quia fauore vtriuſque poteſt apponi.*
4 *Conditio, vt plurimum cenſetur appoſita fauore grauati.*

Caput 1. Queſtio. 76.

VTrum conditio cenſeatur appoſita potius fauore honorati, quam grauati, & eſt in hac quæſtione, diſtinguendum, Aut enim verſamur, in legato ali-

mentorum aut in alio legato. Si verſamur in legato alimentorum, & tunc eſt inſpiciẽda cauſa legati, an ſcilicet ſit propter hæredem grauatum præſtare alimenta, an propter legatarium alimentis honoratum, an vero dubitetur, cuius cauſa legatum ſit. Primo caſu cenſetur appoſita fauore hæredis grauati in tantum, vt conditione ipſa deficiente vlterius grauatus non teneatur l. illis libertis 8 2. ibi ſed ſit teſtator. vbi gloſ. ordinaria Odofred. Bartol. Imola & Caſtren. ff. de condit. & demonſtr. gloſ. in leg. 1. in verbo poſt mortem C. de legatis & ibi Odofr. Cyn. Ioann. Faber. Bar. & alij & in propoſito faciunt adducti ſupra in par. 1. capit. 14. & 15. per totum & nume. 13. & ſequen.

Secundo caſu ſi ſit relictum legatum cauſa legatarij, & tunc conditio cenſetur appoſita eius fauore in tantum, vt ipſa deficiente nihilominus legatum debeatur dicta l. illis libertis, & ibi prçcitati Doctores l. Caio 13. §. Imperator ff. de alimẽt. legat. leg. Stichus 20. §. fin. ff. eod. leg annua. 20. in princ. ff. de annu. legat. cum alijs allegatis ſupra in primo caſu. Niſi tamẽ ſtet per legatarium quo minus conditio impleatur, vel implementum duret, vt probatur in dictis iuribus, & alibi ſæpe dictum eſt. Tertio vero caſu ſi dubitatur, & tunc conditio cenſetur appoſita fauore hæredis legatum vero fauore legatarij, vt tenuit Dynus in dicta l. illis libertis, & in cap. imputari de regu. iuris in 6. quem in dicta l. illis libertis repræhendunt Barto. Alberic. Imo. & Caſtren. affirmantes conditionem ſemper cenſeri appoſitã fauore grauati; quod & ibi notat gl. & Odofred. & eſt de hoc tex. in leg. 1. C. de legatis, vbi Odoſ. Ioann. Faber. Bart. & Alexa. nume. 2. verſic. nam repræhendit, Aret. in conſi. 1. column. 1. verſi. Præmiſſo pro declaratione, licet nõ videatur verum in legato alimentorum in quo dubitatur cuius cauſa ſit relictũ, vt notant gloſ. & Doct. in dicta leg. 1. C. de legatis, & cæteri ſupra in primo & 2. caſu allegati.

3 Si verſemur in alio, quam alimentorum legato & tunc cenſetur vtique appoſita fauore hæredis grauati, legatarij, vel utriuſque ſecundum diſtinctionem Dyni in dicto cap. imputari 41. nume. 6. de regu. iuris in 6. quam comprobat Bald. in dicta leg. 1. num. 5. & 6. C. de legatis, quia utriuſque fauore hæredis ſcilicet, & legatarij in quouis legato poteſt apponi conditio ut notat ibi Bald. ex Dyno ſequitur Caſtrenſ. nec improbat eum Alexa. ibi ſub numer. 2. per totum, & non contradicunt alij, & patet exemplis datis per Dynum & ex adductis ſupra in qu. 17. nume. 3.

4 Sed ut plurimum in dubio cenſetur appoſita fauore grauati, cum ex eius parte ſit releuamen, ex parte ſubſtituti, & honorati onus, quia ſi non impleatur excluditur, ut declarat Bartol. in dicta leg. illis libertis ff. de condit. & demonſtrn. leg. ex facto. §. fina. ff. ad Trebell. leg. 1. C. de condit. incertas Oldra. in conſil. 21. & 141. Aretinus, dicto conſilio 1. column. 2. Alciat. in conſi. 47. nume. 3. lib. 9. Pereg. de fideicommiſſis art. 15. nu. 36. fol. 141.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ſub conditione an valeat.*

2 *Conditio nullitatis ineſt in appellatione non e contra.*

3 *Iudex ad quem ſimul, & ſemel cauſam appellationis & nullitatis cognoſcit.*

4 *Appellationis cauſa ſimpliciter commiſſa eſt vtique commiſſa cauſa nullitatis, non e contra.*

5 *Nullitatis cauſa quando dicatur principaliter commiſſa.*

Caput 1. Quæſtio 77.

1 VTrum poſſit quis appellare ſub conditione hoc pacto, dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt appello & gloſ. in leg. 1. in verbo non obtinebit C. quando prouoc. non eſt neceſſe dicit quod ſic, quia ut dicit gloſſ. cauſa appellationis eſt principalis, & cauſa nullitatis eſt acceſſoria, quo caſu iudex pronuntiabit principaliter ſententiam iniuſtam, & incidenter bene appellatum, ut notat etiam Odofred. in dicta lege prima numero 3. Roman. in conſil. 505. ſub num. 4. prope finem.

2 Verum Cynus ibidem num. 7. & Bar. nu. 8. dicunt indiſtincte talem appellationem valere, quia in appellatione ineſt conditio nullitatis per tex. in leg. quædam mulier. ff. famil. ercif. & in le. non recte. C. de fideiuſſoribus & ſecundum Bart. eſt caſus in c. conſtitutus de reſtit. in integr. vbi Innocen. quem ſequuntur Cynus, & Bartol. in dicta leg. 1.

leg. 1. ille ſub numero 7. Iſte ſub numero 8. Alberic. numero ſexto Bald. numero 13. Angel. numeto quarto Salicet. numero 10. & Caſtren. numer. 5. & hoc antea dixit Oldrad. in conſil. 12. Sed in cauſa nullitatis non ineſt appellatio Alberic. vbi ſupra nume. 7.

3 Et ideo Iudex ad quem poterit ſimul, & ſemel cauſas nullitatis, & iniuſtitiæ in propoſito caſu cognoſcere Bartol. in dicta leg. 1. numero octauo, verſiculo. An autem ſimul, & ſemel. Alberic. numero 7. Bald. numero 14. Salicet. nume. 10. Caſtren. nume. 5. dicit eſſe vna, & eadem inſtantia terminandas.

4 Et commiſſa cauſa appellationis ſimpliciter dicitur vtique commiſſa cauſa nullitatis, non autem e contra, vt concludunt præallegati Doctor. in dicta leg. 1. Innocent. in capitulo dilecti il 2. numero 3. de appellat.

5 Sed incidenter, non autem principaliter commiſſa dicitur; niſi in commiſſione adatur clauſula, nec non nullitatis, & nullitatum, quæ facit vt, & cauſa nullitatis principaliter commiſſa dicatur, vt per Bartol. in leg. ſi expreſſim numero tertio. ff. de appellat. dixit Veſtrius in ſua praxi libr. 8. capitulo primo, numero ſecundo, Alexandr. in conſil. 69. numero nono & 10. libro quarto Didac. Couar. Practic. quæſt. capitulo 24. ſub numero ſexto verſiculo tandem in hac q. multa dicit notata digna & de iſta clauſula eiuſque effectu tradit Mandos. in commiſ. 17. verſiculo nullitatis, & nullitatum, & in commiſſ. 28. verſiculo nullitatum, & Marches. de commiſſ. ſuper nullitatibus, Pars ſecunda commiſ. 2. capitulo primo in principio, & per totum, & capitulo ſecundo, & multa reſultant ex commiſſione nullitatis principaliter intentata colligitur ex præallegatis.

SVMMARIVM.

1 *Conditionaliter id fieri poteſt, quod non poteſt fieri pure.*

2 *Pure quod fieri prohibetur, non poteſt in fraudem legis fieri ſub conditione, nec e contra.*

3 *Directe quod fieri non poteſt, minus poteſt fieri per indirectum.*

4 *Solemnitates quæ requiruntur in actu puro, requiruntur in eodem actu conditionali.*

Caput 1. Quæſtio 78.

VTrum per conditionem id fieri poſſit, quod nō poteſt fieri pure, nec per diſpoſitionem.

1 Et pro affirmatiua facit tex. in leg. ſi ſocius 89. ff. de hæred. inſtit. vbi quod pure ſine libertate ſeruo cōi legari non poteſt, ſub cōditione vtiliter ſine libertate legari quis nō prohibetur. cui concordat l. in tempus. 62. ff. eo. & l. in fuga. 6. vbi gl. ſi. C. ad legem Flauiam de plagiar. & leg. ſi rem tocam. ff. de verborum obligat. 110 negatiua facit tex. in le. Seius, & Augerius. 27. ff. ad legem Falcid. cui concordat leg. ſi quis. 18. & leg. ſi vt allegas. 11. C. eod. Et ideo pro reſolutio neceſt diſtinguendum: Aut enim id quod per conditionem, ſit non eſt in fraudem legis nec contra legem, vel ſtatutum, & tunc procedunt quæ pro affirmatiua ſupra deducta fuere.

2 Aut eſt in fraudem legis, contra legem, vel ſtatutum, & tunc id quod non poteſt fieri pure, non poteſt fieri ſub conditione, nec e contra. d. leg. Seius, & Augerius 27. vbi gl. in verbo fraudis. Odofred. Barto. in principio, & per totum dat multa exempla. Alberic. Angel. Imola Caſtren. Alexan. repetendo exempla Barto. & alia recenſendo. ff. ad legem Falcid. Bald. in leg. filia in fine C. famil. hærciſ. Salicet. Alexan. & Iaſon. in leg. cum donationis C. de tranſact. Iaſ. in leg. ſtipulatio hoc modo concepta nume. 1. & 3. ff. de condit. Inſtitu. vbi omnes generaliter firmant non poſſe id per conditionem fieri quod per diſpoſitionem fieri prohibetur, nec e contra. Et quod non poteſt fieri dire-
3 cte non poteſt fieri per indirectum. d. leg. Seius. & ibi Doctor. leg. cum hi §. ſi cum his. ff. de tranſ. l. quod dictū. ff. pactis. leg. Atletas. §. Prætor ait. ff. de his qui notam famil. Bart. in conſil. 194. Cechus de ſpoleto. Anchar. conſil. 155. nume. 6. Bellamer. in deciſ. 723. num. 10. Crauetta in conſil. 59 a. num. 70. Surdus in deciſ. 7. num. 5. & ſequent. in deciſ. 249. num. 9. Et in deciſ. 253. num. 14.

4 Et ideo per eandem rationem ſolemnitates, quę requiruntur in contractu puro ſunt ne-

3.de offic.ordin.in 6.Cæphal.de literis gratiç tit.de Varijs modis Vacat.num.26.Innocen.Ioan. Andr.Hoſtien. Butrius Abbas.in cap.ſignificatum de præben.vbi etiam Decius num.18.Hoſtien.in ſumma de prçben. §.& qualiter.num.6.In ſponſalibus. & mamatrimonijs poſſunt apponi dummodo nõ ſint turpis, & inho neſtæ capitulo ſuper de conditionis appoſitio . §. ſub conditione, & ſequentibus. §§. vbi gloſſæ inſtitut. Canonica Lancellot. de ſpon.4.talibus.nec contra ipſius matrimonij ſubſtantiam cap. fin.de cond.appo.cap.ſolet.& cap. aliquando.32.q.2.Franc.Marc.deciſ.515. n.8 li.2.

In beneficialibus, & ſunt diſtinguenda tempora, an ſcilicet ante fundationem, in Limine ipſius fundationis, vel poſt.& an in ipſius beneficij collatione. Nam ante fundationem, ac in ipſius Limine de conſenſu ordinarij conditiones appoſitæ tenent, & ſunt ſeruandæ.cap.cum dilectus vbi gloſ.& Doct.de conſuetud. Et Doctores relati per Rocchum de Curte in tractatu de iure Patronat.§.Pro eo quod.in quæſ 12.num.26. & ſequen.ſequitur, & alios citat Lambertinus in eodem tract.nona quæſt.1.pat.lib.1. num.12.& ſequen.nu.49.53.55.& ſequen. & 92. Poſt vero fundationem ſimpliciter, & ſine aliqua conditione factam Prælatus non conſenſit in præiudicium eccleſiæ, vt ex Abbate, & alijs probat Rochus de Curte vbi ſupra in quæſtio.13.num. 31. & ſeq.

In collatione ipſius beneficij Papa quas vult conditiones, & reſeruationes apponit. c.2. de præbendis in 6.c.propoſuit.ti. de cõceſ.præben.Clemen.1.in fine vbi Cardinalis in 2.notabili vt lite penden. facit quod ſupra dictum eſt de donatione in qu.71.nu. 10.& ſequen.Rota in nouis de reſcript. deciſ.27.alias.332.nume.3. Et deciſ.11.alias. 196.de præbendis in nouis, & coram Orano in Lucana penſionis.17.Februarij.1592 poſt collationem non vtique per allegata ſuperius in q.71.num.3.

Et poſſunt per eundem commutari alterari, & in totum tolli, quod idem facere poſ-
5 ſunt Prælati, ſed cum conſenſu fundatoris, vel ipſius hæredis.Bart.in leg.Pater filium §.Tuſculanus.ff.de legat. 3. Bald. in leg. ſi ad declarandum 38.num.8.& ſequen.C.de Epiſcop.& cleric.Abbas in ca. nos quidem num.14.de Teſtamen. & ſecundum diſtinctiones quas faciunt ex prçallegatis, & alijs Rocchus de Curte vbi ſupra in quæſtio.14. num.32.& ſequen.& Lambertini.in 3.arti. 5.quæſt.princ. libr. 3. per totum de hac re Abbas.in cap. Tua nobis nume.7. de Teſtamen.vbi Didac.num.6.& 7.& Card. Mantica de coniect.vltim.volunt.lib.3.titul. 19. num.10.& 11.

S V M M A R I V M.

1 *Conditio eſt ſemper implenda in forma ſpecifica.*
2 *Intellige & declara vt in nu.*

Caput 1. Quæſtio.82.

VTrum ſit ſemper verum, quod ſæpe ſupra firmauimus, quod conditio de-
1 beat impleri in forma ſpecifica. Et videtur, quod ſic per allegata ſupra in quæſt.9. nume.7.& ſequent. & in quæſt.41.in princ.& alibi ſæpe. Verum & in hac quæſtione eſt fa-
2 cienda diſtinctio. Aut enim conditio eſt neceſſaria ad actum; Aut neceſſaria ad officiũ; Aut eſt voluntaria. Primis duobus caſibus procedit, quod ſæpe fuit dictum in forma ſpecifica implendam eſſe per adducta ibi. Tertio vero caſu quando eſt voluntaria ſufficit per æquipollens adimpleri, vt notat Angel.in tract.de Teſtamen.gloſſa. 58.nume.8.per totum, & patet ex allegatis ſupra in 1.parte cap.vltimo.num.2.in differentia voluntariæ, & neceſſariæ. Prout etiam impleri poteſt per çquipollens in ſpecialibus caſibus adnotatis ſupra in d.q.41.nume. 3. & ſequen.pro quibus faciunt notata in qu. 40.nu.2.& in q.61.& 62.quibus addo Marcum de Mantica in ſing.85.& in ſing. 121. per totum.

S V M M A R I V M.

1 *Conditio Impoſsibilis natura in vltimis voluntatibus an vitiet.*
2 *Conditio Impoſsibilis iure in vltimis voluntatibus an vitiet.*
3 *Conditio Impoſsibilis de facto in vltimis volũtatibus an vitiet.*
4 *Conditio Impoſsibilis ob perplexitatem in vltimis voluntatibus an vitiet.*
5 *Conditio impoſsibilis in, donatione cauſa mortis an vitiet.*
6 *Conditio impoſsibilis in Gratijs an vitiet.*

Caput

Digitized by Google

Caput 1. Queſtio. 83.

VTrum impoſſibilitas conditionis in vltimis voluntatibus vitiet diſpoſitionem, vel potius vitietur, & in diſpoſitione facta ad fauorẽ filiorum dic vt ſupra par. 1.cap.2.ſub num.14.& hac parte 2.q.26. & vt dicit glo.in leg.1.in verbo non vitiari ibi
1 ſed in filio ff.de condit. Inſti. In diſpoſitione vero facta ad fauorem aliorum eſt diſtinguendum, Aut enim eſt impoſſibilis natura, aut iure, aut facto, aut ratione perplexitatis, vt notauimus in dicto ca.2.nume.5.& ſequen. par.1. Si eſt impoſſibilis natura, & eſt iterum diſtidguendum, aut enim eſt apposita per modum diſpoſitionis, aut per modum cõditionis, ſi per modum diſpoſitonis, aut eſt impoſſibilis circa id, qnod eſt ſubſtãtiale in diſpoſitione, aut circa accidens. Primo caſu diſpoſitio non valet, Sed vitiatur. Secundo caſu diſpoſitio valet, & vitiatur cõditio ita Bart.poſt glo.& Odofred.in leg. 1. ſub num.2.in fine ff.de condit.Inſt. eum ibi ſequuntur Alberi.Bald.num.2.Ange. num. 4.Imol.nume.14. Caſtren.in princ.Bald.in leg.vnica num.21.& 22.C.de hijs quæ pænæ.nomi.& ſupra par.1.cap.2.num.5.Si eſt apposita per modum conditionis & dic vt per Bald.in dicta leg.1.num.3.poſt Bar.nu. 2.Imola num.16.verſic.ſi autem, illam reijcit, Rota diuerſ.deciſ.543.par.1.Surdus. deciſ.68.nume.7.alios citat.Rota diuer. deciſ. 228.num.3.par.1.

2 Si eſt impoſſibilis de iure, & eſt diſtinguendum, aut enim impoſſibilitas verſatur in diſpoſitione, aut in conditione. Primo caſu vitiat glo.in d.leg.1.vbi Odofred. Barto. ſub nume.5.Bald.in princ.Alber.Ang.Imola num.17.ff.de condit.Inſt.

Secũdo caſu ſi impoſſibilitas de iure verſatur in ipſa conditione non vitiat diſpoſitionem, ſed ipſa impoſſibilis conditio vitiatur, d.l.1.& l.obtinuit.ff.de condi. & demõ. ubi Doct.§.Imo poſſibilis.Inſt. de hæredi. Inſt.Odofred. Bart.Alberic.Bald.Angel.& Imo. in d.l.1.ff.de conſt.Inſt.glo.& Aret. in d.§.Impoſſibilis Crotus in conſ.43.num.4. Natta in conſ.618.nu.13.& in cõſ. 626.nu. 14.& ſupra par.1.cap.2.nume.6.& ſequen. & infra cap.5. quæſt. 1.numer.3.verſic.Aut pæna conſiſtat.

Hoc tamen limita, & declara non procedere quando Teſtator ſciebat, uel credebat poſſibilem, quæ tamen erat impoſſibilis, quia tunc uitiat diſpoſitionem, non uitiatur ut eſt tex. in l. ſeruo manumiſſo. ff. de cond. indeb. quem ibi Bart. dicit ſingularem, idẽ Bart.in l. ab omnib.§.1.n.3.ff. de legat.1. & illum alibi non reperiri, dicit Ang. in conſ. 77.nu.2.Imola in d.l.1.n.17.uerſ.fallit quinto.ubi etiam Caſtren.nu.2.Soccin. in l.multa.§.ſi ſeruos nu.2.ff.eod.Ruy. conſ.20.n.8. lib.2. Pariſ.conſ.38.n.84.lib. 3. Crotus cõſ. 48.nu.16.Berous conſ.28.num.48. & conſ. 64.nu.15.lib.2. Crauetta conſ.167.num.8. Vaſques de ſucceſ.crea.§.10.nu.168. Card. Mantic.de Coniect.li.3.tit.10.n.7. Decian. conſ.7.nu.5.lib.2.Surdus deciſ.68.nu.9.Ab hac licet communi ſecundum allegatos diſſentit Sarmientus allegatus ſupra in cap. 2. nu.9.uerſ.ſed forſam par.1.

3 Si conditio eſt impoſſibilis de facto, quæ potius difficilis appellatur, & aut eſt talis ſolum reſpectu perſonæ, cui adijcitur, & non ſimpliciter reſpectu aliorum & tunc vitiat diſpoſitionem ſi non impleatur.leg.cum hæres §.1.ff.de ſtat.libert.Bar.in dicta l.1.nu.7. verſicu. Venio ad impoſſibilitatem de facto .ff.de condit.inſt.ſequitur ubi Imola nu.19. verſicu.circa quartam, & poteſt impleri auxilio amicorum, vel alias quomodocunque ſecundum diſtinctionem, quam faciunt Bartol.& Imola ibi & ſuperius cap.2.nume.10. par.1.Dyn.in cap.nemo 6.de reg.iur.

4 Quarto, & vltimo ſi eſt impoſſibilis ob perplexitatem & eſt diſtinguendum, aut enim nõ inſurgit talis perplexitas immediate ex vitio, & verbis Teſtatoris, ſed extrinſecus habita ratione ad aliud, & nõ vitiat, ſed perplexitas diſſoluitur prout melius fieri poteſt iuxta ipſius Teſtatoris voluntatem, exemplo l.qui quadringeta.ff.ad leg.Falcid. Bart.in d.l.1.nume.6.verſic. Veniamus ff.de condit.inſt.vbi Bald.in verſic.Secũdo oppono & Imola nume.18.Dyn.in d.ca.nemo 6. de reg. iuris in 6. Si vero inſurgit ex vitio, & uerbis Teſtatoris, & tunc aut cadit inter res, quarum vna eſt digna maiori fauore, quam alia, & non vitiatur totaliter diſpoſitio, ſed fauetur rei, quæ eſt digna maiori fauore, & in illa valet diſpoſitio l. fin.§.1.vbi Bald.uerſ.in textu.ff.de uulgari Bart.& Imola ubi ſupra & cap.2.num.74.par.1.aut verſatur inter res dignas pari fauore, & tũc aut talis perplexitas poteſt diſſolui per implementum facti tendentis ad commodum implementi, & non uitiat, ſed per tale implementum

mentum potius diſſoluitur leg. ſi quis ita. ff. de condit. Inſtitut. & glo. in leg. ſi Titius in verſic. item an erit. cum ibi notatis per Bart. ff. eod. Bartol. & Imola in d. leg. 1. ille nume. 6. iſte. 18. Aut non poteſt diſſolui per tale implementum perplexitas; quia non tenderet ad commodum implentis, ſed alterius, & tunc ratione talis perplexitatis vitiatur diſpoſitio dicta leg. ſi Titius quam Bartol. in dicta leg. 1. num. 6. in princ. & Imola nume. 18. in fine. Verum ſemper, & omni caſu diſſoluitur perplexitas, ſi diſpoſitio ſit facta fauore filiorum per adducta in c. 2. nume. 4. verſi. Niſi perplexitas par. r.

Et premiſſa omnia ſecundum diſtinctio-
5 nes prefatas etiam procedunt in donatione cauſa mortis argum. leg. quæ ſub conditione. §. & in mortis. ff. de condit. inſti. Bald. in d. leg. 1. nume. 4. ff. eod. Iaſ. poſt alios in leg. Impoſſibilis num. 6. ff. de verborum oblig. ſequuntur, & ad multa infert Eman. a Coſta in repet. leg. cum tale. §. ſi arbitratu. §. 2. ampliatur nu. 2. & ſeq. ff. de cond. & dem. & Select. Interpre. circa condiones li. 1. c. 8. num. 3. & ſequen.

6 Eodem modo procedunt præmiſſa etiam in gratijs, quia æquiparantur vltimis voluntatibus. c. authoritate. de conceſſ. præben. in 6. cum allegatis infra in quæſt. vltima num. 3. & quicquid dicat Decius, quod videtur contra in conſi. 405. nume. 2. hanc eandem opinionem remiſſiue firmat Coſta vbi ſup. d. cap. 8. num. 4.

SVMMARIVM.

1 *Conditio impoſſibilis in contractibus bonæ fidei reſpiciens ſubſtantiam contractus vitiat.*

2 *Intellige ſi eſt appoſita in continenti ſuper toto contractu, non ex interuallo, & ſuper parte.*

3 *Si reſpicit quodam accidentale, vel tendat ad augendam ſubſtantiam contractus non vitiat.*

4 *Conditio impoſſibilis in contractibus ſtricti iuris ſiue reſpiciat ſubſtantiam ſiue accidens vitiat.*

5 *Impoſſibilitas reſpectu diſpoſiti vitiat.*

6 *Impoſſibilitas emergens poſt factum quando vitiet.*

7 *Impoſſibilitas a principio in Iudicijs, & Arbitrijs non vitiat.*

8 *In contractibus bonæ fidei & ſtricti iuris, & in vltimis voluntatibus remiſſiue.*

9 *Impoſſibilitas reſpectu diſpoſiti ac illius executientis quando vitiet contractum, vel ne.*

Caput 1. Quæſtio 84.

VTrum impoſſibilitas conditionis in contractibus uitiet illorum diſpoſitionem.

Et eſt diſtinguendũ; Aut enim ſumus in contractibus bonæ fidei, Aut in contractibus ſtricti iuris. Si ſumus in contractibus bonæ fidei eſt iterum diſtinguendum. Nam
1 aut impoſſibilitas reſpicit ſubſtantiam contractus, & vitiat. leg. inſulam. § fina. ff. locati Innocent. in cap. 1. nume. 3. de cond. appoſitis Bart. in leg. 1. num. 4. ff. de cond. Inſtitut. Bald. num. 5. Angel. num. 9. & 10. Imola nume. 14. Dyn. in cap. nemo poteſt. 6. per totũ de regul. iuris in 6. Bald. in leg. vnica num. 21. C. de hijs quæ pœnę nomine. Abbas in cap. fin. num. 4. de cond. appoſ. Emanuel a Coſta per tex. in leg. ſub impoſſibili. ff. de fideiuſſor. Select. interpr. lib. 1. cap. 8. num. 2. & 3. Rota coram Card. Seraphino in Romana Cenſus relata per Bouatium de Cenſib. par. 2. num. 252. Sarmientus Select. interp. lib. 2 cap. 3. num. 15. verſi. Placet etiam.

2 Intellige tamen, & declara ſi fuit appoſita in continenti ſuper toto, nõ autem ex interuallo vel ſuper parte ab habentibus poteſtatem contrahendi. leg. 1. ff. ſi vſuſfr. petatur. leg. per ſeruum. ff. de vſu & habit. facit Decius in conſi. 421. quem ad hoc allegat Crauetta in conſi. 189 nu. 8. verſi. non negarem Barbatius in conſi. 3. num. 1. lib. 1. Bald. late in ca. nulla num. 7. in caſibus feudorum tit. per quos fuit inueſtitura. & in Margar. ad Innocen. in verbo Conditiones appoſitæ contra naturam contractus &c.

3 Aut impoſſibilitas reſpicit, quod nam accidentale ipſius contractus, & non vitiat d. l. inſulam in fine Bartol. in d. 1. numer. 4. vbi Bald. num. 5. Ang. num. 10. ff. de cond. inſt. vbi Imola num. 14. Seu tendit ad augendã ſubſtantiam contractus, nec pariter vitiat, ſed abundat. l. ſi peculium. §. 1. ff. de ſpecul. lega. quam adhoc Bal. in d. c. nulla. nu. 7. per quos fiat inueſtitura Brederodius in verbo abundantia, & faciunt allegata ſup. in q. 41. num. 2. & in q. 54. nu. 3. Card. Mant. de coniect. lib. 11. titi. 16. num. 10. & ſequen.

Digitized by Google

4 Si vero ſumus in contractibus ſtricti iuris, & ſiue reſpiciat ſubſtantiam ſiue accidentia in vtroque caſu impoſſibilitas vitiat §.loca.inſt.de verborum obligat.Bart.in d. l.1.num.4.Bald.num.1.Ang.num.10.ff.de cond.Inſtit.Corneus in conſil.126.num.3. lib.3.Imol.d.l.1.num.14.

5 Vel alias diſtingue. Aut enim ipſum diſpoſitum eſt impoſſibile, & non valet contractus.l.e. inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verb.obl.Bal.in d.l.1.num.5.Imol.nu.14.

6 Aut eſt impoſſibile diſpoſitum, & nõ eius executio,& tunc refert an ſit impoſſibilitas emergens poſt factum, & non vitiat ſi eſt temporalis ſecus perpetua.l.Celſus.§.idem ait.ff.de Arbitris & l.2.§.quod diximus.ff. ſi quis cau.non obtemp.Bal. in d.l.1.nu.5. & Ang.num.10.& 11.Imo.num.14.

7 Aut eſt impoſſibilitas a principio, & tunc refert an loquamur in Iudicijs,vel arbitrijs, & tunc vitiat quia duo videntur præcepta. c.cum dilecti de dolo & contuma.Bal. in d. l.1.num.5.Angel.num.10.& 11.vbi Imola num.14.& ſequen.l.ſi mihi & tibi.§.ſi quis ſeruos.ff.de legat.1.Bal.in leg.vnica. An in contractibus bonæfidei,& idem vt ſupra ea d.leg.inſulam.§.final.ff.locati cum alijs ibi allegatis ſub nume.1.& 2.An loquamur in contractibus ſtricti iuris, & tunc impoſſibilitas vitiat d.§.loca Inſt.de verborum obligat.cum alijs allegatis ſupra.num.4.Niſi ex partium primordijs ſit promiſſum contra impoſſibilitatem.leg.fina.§.inter eos.ff.de verborum obligat.Bald.in d. leg. 1. nume. 5.Ange.num.10.& 11.Imo.num.14.An loquamur in vltimis voluntatibus,& tunc dic vt in quæſtio.proxime præcedenti.

9 Si vero diſpoſitum eſt impoſſibile, & eius executio,& tunc aut loquimur quoad contractum perficiendum,& vitiat leg.non ſolum.ff.de actio,& obligat.Bartol.in d.l.1. num.4.Bald.num.5.Imola nume.9.& 16.§. Impoſſibilis inſtit.de inutil.ſtipulat.leg.impoſſibilis.ff.de verborum obligat.glo.in ca. nemo poteſt.de reg.iur.in 6.Mozius de contract.in præfatio.ar.7.nu.15.Brunorus a ſole quæſt.21.num.29.Aut loquimur quoad contractum reſoluendum quatenus eſt proceſſum ad illius executionem, & non vitiat quia non agitur ex vi conditionis, ſed ex eius defectu leg.1.& l.ſi militem.C.de conditio ob cauſ.Bartol.in dicta leg.1.nume.4. in fine Bald.num.5.in fine Imola num.16. & ſupra cap.2.num.8.par.1.Limita in contractu matrimonij, & in donatione cauſa mortis,vt poſt alios probat Imola dicto numer.16.cap.ij qui matrimonia 32.quæſt.7. gloſſ. Innocen. & alij in cap.2.de Frigid.& malef.Franciſ.Marc.deciſ.515.num.9.lib. 2.& infra q.85.ſub num.3.

S V M M A R I V M.

1 *Conditio poſsibilis ex poſt poteſt fieri impoſsibilis.*
2 *Conditio debet reperire extremum habile.*
3 *Conditio iure prohibente ad extremum habile per fictionem non retrotrahitur.*

Caput 1. Quæſtione 85.

VTrum conditio,quæ ab initio quo apponitur eſt poſſibilis,ex poſt fieri poſſit impoſſibilis.

1 Et contingere poſſe, non dubitarunt Dyn.in cap.nemo poteſt.6.numer.13.de regul.iuris.in 6.Petrus, & alij quos refert Cyn.in leg.vnica in fine.C.de hijs quæ pœne nomi. Decius in conſilio 405.nume.2.

Sed inde oritur alia difficultas an,ſcilicet talis impoſſibilitas, ex poſt ſuperueniens vitiet, vel vitietur. Et eſt diſtinguendum. Aut enim impoſſibilitas eſt temporalis; Aut perpetua.

2 Si eſt temporalis,non vitiat,ſed excuſat, donec durat.leg.2.§.quod autem diximus, & per ſolum.leg.ff.ſi quis cauſ.leg.Celſus. §.idem ait.ff.de arbitris Dyn.in dicto cap. nemo poteſt num.13.de regul.iur.in 6.Angel.in leg.1.num.10.in fine.vbi Imo.ſub nume.14.verſic.Interdum.ff.de cond.inſtit.Si impoſſibilitas eſt perpetua, vitiat Ange.& Imol.vbi ſupra, quod eſt intelligendum ſecundum diſtinctiones traditas ſupra in duabus præcedentibus quæſtionibus.

3 Rurſus ſi lego decem ſub conditione de iure poſſibilis, quæ contrario iure ex poſt fiat impoſſibilis quia, id nouo iure fieri prohibetur, an nihilominus debeatur legatum, vel promiſſum. Et dic vt per Dyn. in dicto capitulo nemo poteſt.de regul.iuris in ſexto, & ſecundum diſtinctiones,de quibus ſupra in dictis præcedentibus qu. & eſt bonus tex.in l.continuus.137.§.cum quis in fin.ff.de verb.oblig.Et in caſu quo ſit adimplenda cum ſuſpendat actũ in futurum euentũ ipſius cõditionis,vt notant om-

nes

ries communiter, & Bartol.in leg.1.num.1.
2 ff.de cond.& demonſt.debet ad hoc vt con-
ditionatum habeat ſuum effectum reperire
extremum habile, vt notat Bart.in leg.quo-
ties num.4.ff.de nouat.& delegat.& in leg.
nec vtilem num.5.ff.quibus ex cauſ.natur.
Soccin.conſil.20.column.6.libro primo.
Matheſ.ſin.195.in addit.nu.1. Quod extre-
mum habile vere non ficte conſideratur.
leg.ſi poſt.§.final.vbi gloſſ.in verbo adue-
rit,& leg.ſi vſusfructus.ff.quan.dies legat.
ced.gloſſ.in leg.in ſumma in verbo ſeruata
res eſt.ff.de condit.indeb. Nec ad extre-
3 mum habile maxime prohibente iure per
fictionem retrotrahitur, vt notat Bartol.
in leg.ſub conditione, et ibi addentes.ff.de
ſolut.& liberat.idem Bartol.in leg.nec inu-
tilem num.3.& 5.& in leg.hæc conditio.ff.
de condit.& demonſtr.& infra quæſt.vl-
tim.per totam. Iure vero non prohibente
retrotrahitur, vt eſt caſus conditionis ſi nu-
ptiæ ſequantur, quia ſtatim, quod matrimo-
nium fuit contractum conditio dicitur pu-
rificata leg.cum fuerit.ff.de condit.& de-
monſtr.Dec.in leg.ſi quis hæredem nume.
2.C.de Inſtitut.& ſubſtitut. Nec obſtat
quod, Vir ab initio fuerit impotens, vel
quod poſt conſumationem impotens effici-
tur, quia tale matrimonium valet a princi-
pio, vt notant communiter Doct.in cap.pu
beres de diſpenſat.Impub.vbi Abbas nu-
me.4.

Et licet gloſſ.teneat contrarium, tamen
contra eum eſt communis.leg.nuptias.ff.
de regul.iur.capitu.19.qui matrimonia 32.
quæſt.7.Franciſ.Marc.deciſ.515.nemer.9.
libr.2.Syluestrina in verbo Matrimonium
numer.7.Hoſtien.in ſumma de frigidis,&
Malefi.nume.3.Oldrad.conſil.21.nume.1.
Rota diuerſ.deciſ.689.per totam parte.1.
Et vti eſt alius caſus legati per Patrem filię
pro dote relicti, cui Pater viuens dotem
dedit, nam dicitur relictum ſub conditione
matrimonij contrahendi poſt mortem Pa-
tris, quod cum fuerit contractum Patre vi-
uente,& dotante, impoſſibile eſt quod am-
plius expectetur, quod iam euenit, & po-
terat euenire, quia conditio poſſibilis a
principio eſt facta impoſſibilis, & vitiat
legatum leg.ſerno.vbi Bartol.ff.de con-
dict.indeb.leg.Impoſſibilis vbi ſcribentes.
ff.de verborum.obligat.Caſtrenſ.in con-
ſil.308.libro primo cum alijs allegatis per
Decianum in conſil.7.numero quinto,&
ſequen.libro ſecundo,& ſupra quæſt.72.nu
me.3.

SVMMARIVM.

1 Conditio difficilis habetur, pro impoſſibili.
2 Conditio an difficilis, vel impoſſibilis ſit quod tempus attendatur.

Caput 1. Quæſtio 86.

VTrum conditio difficilis habeatur pro
impoſſibili, vt de ea vtiq; procedant,
quæ dicta ſunt ſupra in quæſtio. 83. &
1 84.de ipſa impoſſibili,& ſecundum tradi-
tas ibi diſtinctiones eſt dicendum, quod
ſic; quia conditio difficilis habetur pro im-
poſſibili.leg.apud Iulianum.5.ff.de hære-
dibus Inſtitut.leg.continuis.13.§.illud in-
ſpiciendum.ff.de verborum obligat.&
conditio de facto impoſſibilis etiam diffi-
cilis nuncupatur per allegata in dicta quæ-
ſtio.83.num.3.

Et quod impoſſibili conditioni æquipa-
retur,& ad inſtar impoſſibilis videtur de-
fendit poſt alios.Emanuel a Coſta Select.
Interpr.circa conditiones libr.1.cap.8.nu-
mer.9.10.& ſequent.& plura exempla tra-
duntur ſupra par.1.cap.2.nume.2.3.& 4.&
4 ſeqnen.cap.5.num 19.& 20.& cap.8.num.
2.& 3.& in contractibus an difficilis vel im
poſſibilis ſit non eſt ſecundum futuri tem-
poris ius, ſed præſentis inſpiciendum.leg.
continuus 137.§.cum quis ſub hac in fine.
ff.de verborum obligat.

SVMMARIVM.

1 Recuſans recipere implementum conditionis a legatario, qui iam eſt conſequtus legatū non poteſt variare.
2 Mora ad actionem conſequendam non poteſt purgari.
3 Recuſans recipere implementum conditionis a legatario, qui non eſt conſequutus legatum poteſt variare.
4 Mora ad exceptionem ſeu retenſionem poteſt purgari.

Caput I. Quæſtio 87.

VTrum ei ad cuius fauorē conditio erat implenda liceat variare, ita vt ſub conditione honoratus debeat præſtare implementum, quod alias ille recuſauit recipere. Et ſunt diſtinguendi caſus; Aut enim conditio eſt momentanea; Aut habet tractum ſucceſſiuum. Si eſt momentanea, Aut non, ſtetit per legatarium quominus impleretur, quia implere obtulit, & ille ad cuius fauorem erat implenda recuſauit implementum recipere, & tunc iterum eſt diſtinguendum; Aut enim legatarius eſt conſequutus legatum; Aut non. Si eſt conſequutus legatum;

1 & non poteſt ille ad cuius fauorem conditio erat implenda variare, & implementum petere leg. cum quidam vbi Doctor. C. de condit. Inſer. Petrus de Bellapertica in leg. ſi plures num. 19. verſicul. ſed pone vbi Cynus. Bald. & alij. C. eod. Card. Mant. lib. 11. tit. 18. num. 41.

2 Et ratio eſt, quia ad actionem conſequendam non admittitur quis, re non integra, ad purgationem moræ leg. illud. ff. de peric. & commo. rei vendit. & notant præallegati Doct. ibi Caſtrenſ. in leg. iure Ciuili num. 3. Soccin. num. 4. ff. de condit. & demonſtr. & in leg. in Teſtamento la 2. num. 11. verſic. aliquando & 2. ff. eod. Card. Mant. vbi ſupra num. 24 lib. 11.

3 Si non eſt conſequutus legatum tunc poteſt ille ad cuius fauorem conditio eſt implenda pro præſtando legato conuentus variare, & excipiendo dicere impleas mihi conditionem, nec poteſt legatarius replicare, alias quando volui implere tu recuſaſti recipere, ſed ſi vult cōſequi legatū tenetur nihilominus implere. l. cui fundus. in fine. ff. de cōdit. & dem. quam adhoc Petrus in dicta leg. ſi plures num. 18. & 19. Bartol. Bal. & Imol. in dicta leg. cui fundus Bart. & Caſtren in dicta leg. cum quidam Caſtrenſ. & Soccin. in dicta leg. iure Ciuili ille nu. 3. iſte num. 4. Socc. in d. l. in Teſtamento la. 2. nume. 11. verſic. aliquando & tertio. vbi Alex. num. 8. Iaſ. num. 7. Decius in leg. 1. colum. penul. & vltim. C. de inſtit. & ſubſt. Cardi. Mant. lib. 11. tit. 18. num. 42.

4 Ratio eſt ſecundum eos, quia ad acceptionem, ſiue retenſionem poteſt quis moram purgare, vt dicit etiam Bart. in leg. hæc conditio. ff. de condit. & demonſtr. per tex. in leg. 1. ff. de penu. legat. & in leg. 2. §. item ſi ita. ff. ad leg. Falcid. & ſupra. par. 1. cap. 102. nume. 1.

Id tamen intellige, & declara non procedere in conditione ſi Titio nupſerit, & Zaſius recuſauerit, & alteri nupta fuerit, quia etſi ante conſequutionem legati alteri nupſerit nihilominus habebit legatum, quia eſt verificata. leg. boues. §. hoc ſermone. ff. de verborum ſignif. Imol. in dicta leg. in teſtamento quem Soccinus ibi. Item eſt in legato libertatis ſub conditione ſi decem dederit hæredi, quia offerendo eſt libertatem conſequutus, & in omnibus conditionibus momentaneis adimpletis ſui naturam non reiterabilibus, quia ſufficit ſemel adimpletas fuiſſe vt in ſpecie poſt alios Soccin. in d. leg. in Teſtamento ſub num. 11. Quod tamē intellige, & declara ſecundum diſtinctiones traditas ſupra in quæſt. 42. per totam.

Si conditio habeat tractum ſucceſſiuum & dic vt ind. qu. 42. & vt dicit Socc. in d. l. iure Ciuili ſub num. 4. verſic. Præterea dum dicit quod pro ſequentibus annis non debetur legatum niſi conditioni pareatur, pro primo iam habuit, nec poteſt cogi conditionem impleri, quod correſpondet præfate diſtinctioni. Aut eſt conſequutus; Aut eſt conſequutus Aut non, & Aut eſt momentanea, aut ſucceſſiua de quib. ſupra pro quibus aſſiſtit Cardina. Mantica de coniect. dicto libr. 11. Tit. 18. ſub num. 39. & ſequen.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres conditionem non implens priuatur tanquam hæres. 8. 13.*
2 *Hæres ſemel non deſinit amplius eſſe hæres.*
3 *Hæres conditionem non implens non priuatur tanquam hæres. 9. 12.*
4 *Mutiana cautio præſtatur ſubſtitutis.*
5 *Hæredis nudum nomen non impedit ſubſtitutum, nec venientes ab inteſtato.*
6 *Mutiana cautio continet rem cum fructibus reſtitui.*
7 *Trebellianicam non detrahit, qui preces defuncti non obſeruat declaraut infra. 14.*
10 *Conditio reſolutiua in contractu pure celebrato non facit illum conditionale.*
11 *Pure quod datur in vltimis voluntatibus, ſi ſub conditione adimatur, ſub contraria conditione datum videtur.*

Caput

Caput 1. Quæſtione 88.

VTrum hæres conditionalis conditionem non implens priuetur tanquam hæres, & ab eo tanquam hærede, auferatur hæreditas, vel potius ac ſi nunquam fuiſſet hæres, Reſolutio huius queſtionis eſt maximi momenti, vt patet ex allegatis ſupra in, quæſt. 44. & quia ſi ab eo tanquam ab hærede auferatur hæreditas legata debebantur, & Trebellianica detrahitur. Si vero ab eo æque ac ſi nunquam hæres fuiſſet auferatur, nec legata, nec Trebellianica debebantur.

1 Et Secundũ Petrum quem ſequitur Bar. in leg. Mutianæ in fine. Nicholaum de Neapoli. Cum, & Imo. quos refert Soccin. in d. l. Mutianæ. ſub nume. 16. verſi. In eodem glo. 1. ff. de condi. & demonſt. ab eo tanquam ab hærede hæreditas aufertur infra c. 5. qu. 10. ſub nume. 12.

2 Nam ut ipſi dicunt, qui ſemel eſt hæres non poteſt amplius detinere eſſe hęres. l. ei qui ſoluendo ff. de hęred. inſtit. leg. & ſi ſine §. ſed quod Papinianus. ff. de minoribus. Socin. vbi ſupra & nume. 17. Cardinalis Manticam de coniect. lib. 11. tit. 28. numer. 44. & talis priuatio eſt quædam exhæredatio. quæ poſt aditam hæreditatem fieri prohibetur, leg. 3 §. filius. ff. de libert. & poſthu. leg. Pater familias ff. de hæres inſtit. Soccin. vbi ſupra numer. 16. verſicu. Item ex & id prorſus videtur dicendum ſi conditio ſit negatiua uel affirmatiua habens perſeuerantiam vſq; ad ultimum vitæ ſpiritum, ita ut hæres pro hęreditate conſequenda debeat Mutianam cautionem præſtare, ipſaque præſtita hæreditatem adierit, ut poſſe non dubitatur in d. leg. Mutianæ ibi & ita adire poſſe hæreditatem ff. de condit. & demonſtr.

Nam licet poſtea, vt cauit; non adimplęuit, & ſit ab eo ideo auferenda hæreditas, erit ab eo tanquam ab hęrede, quia non deſinit eſſe hæres auferenda per allegata ſupra numer. 2. & conſequenter legata debebantur, & Trebellianica detrahetur ſecundum allegato ſupra nume. 1.

3 Contrarium firmat Soccin. in dicta l. Mutianę nume. 17. ff. de condit. & demonſtr. & Ruy. in conſi. 170. nume. 11. & 12. lib. 3. per tex. in authẽ. cui relictum C. de indic. vidui. tollen. & in §. quæ vero nunc. verſi. ſi autem non valuerit auth. de Nuptijs ubi hęreditas aufertur tanquam ſi ab initio data non fuiſſet, & ſic lex uſque ab initio infirmat titulum, & facit, ut deſinat eſſe hæres, quod ex diſpoſitione iuris, licet non hominis fieri poteſt. leg. in ſubſtitutione ubi gloſſ. ff. de uulg. leg. poſt aditam C. de impub. & alijs ſubſtit. Auth. hoc amplius C. de fideicommiſſ. Soccin. ubi ſupra dicto num. 17. & Angel. d. conſ. 170. nu. 11. lib. 3.

4 Idque ſuadetur ex eo, quia cautio hæc pręſtatur ſubſtitutis, ut in dicta §. quæ uero verſic. pręfatæ Auth. de Nuptijs & ſupra par. 1. cap. 36. nume. 2. & conſequenter etiam ſubſtitutis per uulgarem, ut arguitur Soccin. & Ruyn. ubi ſupra & ſic ceſſat Trebellianica, quamuis hoc caſu non ceſſarent legata l. licet Imperator. ff. de legat. 1. Ruy. ubi ſupra
5 numero 12. & quia nudum nomen hæredis, quo uſq; datur in iure ſicuti hęreditatis leg. pecuniæ. 178. §. hæreditas. ff. de verborum ſignifi. leg. hæreditatis 119. & leg. bonorum 208. ff. eod. l. hæreditas 50. in princ. ff. de petit. hæred. leg. bona. 3. §. hæreditatis, ff. de bon. poſſeſ. Card. Mantica de coniect. lib. 8. tit. 14. in princ. non impedit ſubſtitutum Bar. in leg. 1. in 5. quæſtio. princ. nume. 48. & 49. ff. de vulgari. nec minus venientes ab inteſtato leg. 2. §. ſed ſi, ſint ſui vbi glo. in verbo. æquior. ff. ad S. C. Tertullianum.

6 Quod & ex eo cõfirmatur quia ſi fructus interim perceptos reſtituit, quia cautioni contrauenit, vt notam Bald. & Iaſ. in auth. Cui relictum. C. de indic. vidui tollen. num. 6. Caſtren. in l. ſi. eod. Cagnol. in leg. quod a quoquo m. num. 13. ff. de reg. iu. Pariſ. conſil 96. nume. 44 lib. 2. Molina lib. 2. cap. 14. de Hyſpa. Primogenijs Theſaurus deciſ. 270. Menoch. in conſil. 30. & 458. ſupra in quæſt. 44 & infra ca. 3. quæſt. 7. uerſi. quam quidem quia ex defectu conditionis retrofingitur ſine titulo, & Prædo ſecundũ Bal. Salycet. Caſtren. & Iaſ. in dicta Authen. cui relictum C. de indic. uid. tollen. Surdus in conſil. 14. numer. 17. et ſupra part. 1. capi. 7. numero 22. ergo non detrahet Trebellianicam.

7 Et magis comprobatur, quia ille, qui pręces defuncti non obſeruat priuatur commodo Trebellianicæ leg. ſi Patroni. §. qui fidei commiſſarium ff. ad S. C. Trebell. leg. ita tamen §. qui ſuſpectam ff. eod. cum alijs late adducti per Peregrinus de fideicommiſ. art. 2. nume. 87. uerſicu. ex aduerſ. fo. 18.

Nec obſtare uidentur rationes contrariæ.

superius

Digitized by Google

ſuperius adductæ, quia id euenit authoritate legis, vt ab eo hæreditas vendicetur, tanquam ſi ab initio data non fuiſſet, & titulus vſque ab initio infirmatur, nec eſt hæres. Huic ſententiæ vltra allegatos ſupra num. 3. eum Bald. & Angel. quos allegat ſubſcripſit Felycianus apud Caſtren. conſi. 259. lib. 1.

8 Verum enim vero obſtare videtur Barto. in dicta l. Paterfamilias num. 6. ff. de hæred. Inſt. vbi dicit quod hæres inobediens priuabitur hæreditate vt hæres per tex. in l. Vxorem §. hęres ff. de lega. 3. eſt ſubiungit quod non priuabitur ipſo iure, per illam regulam, qui ſemel eſt hæres non poteſt deſinere eſſe hæres, de qua ſupra nume. 2. Sed tenebitur reſtituere hæreditatem per fideicommiſſum d. §. hæres ſequitur ibi Imola. & Cuma. in l. 1. ff. de hjis quæ pænę nomi. Caſtren. in leg. 1. in princi. C. eod. Riminald. Sen. in conſil. 258. colum. 2. Alex. in conſi. 52. nume. 1. lib. 1. & in conſil. 57. nume. 4. lib. 2. Crauetta in conſi. 1. num. 6. quod idem antea tenuerunt Innocent. Bart. Abbas & alij in cap. Rainaldus de Teſtam. Imol. in leg. 1. §. item ſi ita; & in l. cum Pater §. 1. ff. ad l. Falcidiam quos refert, & ſequitur Aret. in conſi. 58. col. 3. & in conſi. 19. column. penult. Ruyn. in conſil. 47. column. vltim. libr. 2. Cephal. in conſil. 153. Couarruias in dicto cap. Rainaldus §. 1. numer. 8.

9 Sed contrarium cum allegatis ſupra numer. 3. ſenſerunt Benedict. Capra in conſi. 163. colum. vlt. Ruyn. ſibi contrarius in conſil. 48. column. vlt. libr. 2. Caſtren. in conſil. 292. num. 6. & 7. libr. 2. & Felicianus apud eundem, dicto conſ. 259. lib. 1. ex quibus patet rem eſſe valde controuerſam.

Pro reſolutione, itaque eſt diſtinguendum, Aut enim inſtitutio eſt pura, & deinde ſub aliqua conditione reſoluenda, & eo caſu procedat dictum Bart. in dicta leg. Paterfamilias nume. 6. ff. de hæred. Inſtit. & aliorum ſupra allegatorum ſub nume. 1. & 8. Aut Inſtitutio eſt conditionalis, & conditionaliter concepta, & eo caſu procedant dicta Soccin. in dicta leg. Mutianæ, numero 13. & aliorum, de quibus ſupra numero 3. & 9.

10 Verum diſtinctio hæc nō videtur ex omnis parte tuta; quia licet ſit vera in contractu ad cognoſcendum an ſit purus, vel conditionalis, vt eſt text. in leg. 1. & 2. ff. de in diem adiect. ubi gloſ. & Bart. dicunt quod conditio reſolutiua in contractu pure cælebrato non facit illum contractum conditionalem, ſequitur. Soccin. & Decius in l. pecuniam ff. ſi certum petat. idem Decius in leg. is damnum §. quod pendet, & in l. plenum que ff. de reg. iuris, & in conſi. 286. nume. 2. Tiraquellus, qui alios concordantes adducit de Retract. Conuent. §. 2. gloſ. vnica nume. 74. verſi. ex quibus vides. & habeat exequutionem vt probat ibi Gabr. conſi. 51. numer. 9. lib. 1.

11 Tamen contrarium eſt in vltimis voluntatibus, In quibus, quod pure datur, ſi ſub conditione adimatur, ſub contraria conditione datum videtur l. ſi legatum pure ff. de adimen. legat. l. aliquando ff. de condit. & demonſtr. l. quibus diebus §. quidam Titio ff. eod. Bar. in d. l. & 2. ff. de in diem adiect. Are. in l. Titia column. 3. ff. de verborum obligat. Aretin. in §. 1. Inſtit. quibus modis Teſtam. in fin. Rota diuerſ. deciſ. 225. numer. 5. part. 2. & late infra in q. 105. nu. 1.

12 Ideo ita melius diſtinguendum videtur. Aut enim cōditio adijcitur Inſtitutioni puræ, vel conditionaliter conceptę, & eo procedant notata in dicta leg. Mutianæ per Soccin. & ſequaces allegatos ſupra numer. 3. & 9. pro quibus Felycia. d. conſ. 295. inter conſil. Caſtren. libr. 1. & faciunt notata infra in quæſt. 89.

Nam tunc hæreditas dicitur iacere propter conditionem in inſtitutione hæredis appoſitam. Cuman. in l. creditore. de bon. auth. Iudic. Angel. in leg. ſi quis inſtituatur hæres §. ſi ſub conditione de hæredibus inſtit. Rota diuer. deciſ. 42. nume. 2. & 5. part. 1. Et ſic ceſſat regula, Hæres ſemel non deſinit eſſe hæres de qua ſupra numer. 2. quia tunc hæreditas iacet, & non habet hæredem, ſed defuncti perſonam ſuſtinet, §. ſeruus autem Inſtit. de hæred. inſtit. §. 1. Inſtit. de ſtipulat. ſeruor. leg. non minus 31. §. fina. ff. de hæred. inſtit. leg. 1. ff. de ſucceſſ. edicto leg. denique 13. §. quæſitum ff. quod vi aut clam. leg. 5. ff. vt in poſſeſſ. legat. l. mortuo 22. in fine ff. de fideiuſſ. l. legatam. 113. §. Seruo. ff. de legat. 1. l. hæreditas. 34. ff. de acqui. rerū domini l. hæres 22. ff. de vſucap. Bart. in l. ſi quis hęres inſtituatur, la grande ff. de hæred. Inſtit.

13 Aut inſtitutionis pure factæ adſcribitur aliquod præceptum, & ſi præcepto non paruerit hæres priuatur, & hoc caſu pæna priuationis committitur eueniente conditione in-

ne inobedientiæ & tunc per dictam regulam Hęres ſemel.de qua ſupra num. 2.Aret. in l. Titia.colum.3.verſ.ſed iſta ff.de verbor. obligat.& leg. Vxorem §. hęres ff.de lega.3. Bart.in d.l. Paterfamilias verſi.prædicta vero ff.de hæred.inſtit.& in l.1.§.item ſi ita colum.2.verſ.quid dicemus ff.ad l.Falcid.vbi Alex.prope finem & in leg.in ſubſtitutione colum.1.in fine ff.de vulgari Ruyn. in conſil.122.nu.10.& in conſ.20.nu.5. & in conſil.48.nume.4.lib.2. firmant inquam quod hoc caſu hæres priuatus facit fructus ſuos ab eo interim ante euentum conditionis inobedientiæ perceptos.niſi ipſe Teſtator retraxiſſet pœnam priuationis ad tempus ſuæ mortis, Angelus in conſi. 68.column. 2.& per totum Iaſ.in l.ſi ita ſtipulatus nu.4.ff.de verborum obligat.

Et hoc ſuadetur, quia vbi conditio de aliquo faciendo iniungitur hæredi, poſt emolumentum hæreditatis quæſitum non ſeruat naturam conditionis, ſed modi leg. Meuia ff.de mora. Teſtam. leg.2. in fine ff. de donat. Barthol.in leg. quibus diebus, §. Termilius ff.de condit.& demonſtrat. Alexand.in conſil.119.colum.1.lib.1 & in conſil.20.colum.2.lib.2 Ruyn.conſi.26. num. 10.libr.2. & ſupra quæſt. 20. numero 7. & quęſt.50.numer.3.

Et in tranſ. quę dicuntur de non implente modum, de quibus infra capi. 3.quæſt. 7. nume. 12.& ſequen. & nume.26. & ſequen. quæ quia videntur contraria firmatis proxime capitibus.

Patet equidem ex iſtis quod opinio Barthol. accipi debeat, cum poſt acquiſitam hæreditatem hæres poſtea, inobediens, priuatur, vt hæres, vt tenuerunt Aretin. in dicto §. primo, numero 3. Inſtitut. quibus modis, teſtam. infir. Iaſon in leg.quidam cum filium in 4.notab.ff.de verborum obligat. Cephal. in conſil. 153. numer 8. & in conſilio 52.numero 10.& 20. Emanu. licet ſuboſcure Select. interp. libro ſecundo capitulo ſexto, numero quinto, & ſequentibus.

14 Et detrahet Trebellianicam Aret.conſi. 18. Ruy.conſi.47.lib.2.Gabr. conſil.184.& alij citati per Peregr.de iure fiſci lib. 2.titu. 10.num.12. Surdus infra num.84.& 85.

Niſi conſtaret eius detractionem fuiſſe prohibitam vt probant late adducti per Surdum de alimentis quæſt.25. nume.88.& ſequent.tit.vlt.

S V M M A R I V M.

1 Hæres ex incerta die poteſt inſtitui.
2 Dies incerta in vltimis volũtatibus facit conditionem.
3 Conditio ſuſpendit ortum actionis, & iuris.
4 Hæredes plures poteſt quis in eodem gradu ſub contrarijs conditionibus ſibi inſtituare.
5 Cauſa impediens præualet in re dubia.
6 Eccleſia ſemper durat.
7 Hæres ad tempus, vt poſt deſinat eſſe hæres cohærede non dato non poteſt conſtitui.
8 Hæres ſemel non poteſt deſinere hæres.
9 Aditione hæreditatis acquiruntur iura actiua, & paſſiua.
10 Legatarius, ſeu fideicommiſſarius ad tempus, vt poſt deſinant eſſe, fieri poſſunt.
11 Donatarius ad tempus fieri poteſt.
12 Hæres ad tempus fauore filiorum teſtatoris, cenſetur priuatus reſtituere venientibus ab inteſtato.
13 Hæreditas ex die certa dari non poteſt, vt ex tunc hæres incipiat eſſe hæres.
14 Dies certa non ſuſpendit ortum iuris, & actionis, ſed effectum petitionis.
15 Relictum in diem, an & quando traſmittatur ad hæredes.

Caput 1. Queſtio. 89.

VTrum quis poſſit ſibi facere aliquem hæredem ad tempus, eſt in hoc faciẽda diſtinctio. Aut enim intelligimus de hærede directe inſtituto, Aut de legatario, tex. fideicommiſſario. Primo caſu eſt iterum di-
1 ſtinguendum, Nam aut quis ſibi facit aliquem hæredem ex incerta futura die, & valet, quia poteſt hæreditas dari ex die incerta l.in tempus 62.vbi Bart.ff.de hæred. inſt. l.ab omnibus §.cum quidam ff. de legat.1.l. filius a Patre ff.de lib.& poſthu. Bart. Bald. Imol.& alij in leg. hæreditas ff. de hæredibus Inſt. Quia dies incerta in vltimis volun
2 tatibus facit conditionem l.dies incertus ff. de condit.& demonſt & ſupra par.1. cap.4. numer.3.& ſub conditione hæres poteſt inſtitui leg.1.cum ſequentibus & toto tit.ff.de condit.& inſt. ſupra q.26.in princ.& condi-
3 tio ſuſpendit ortum iuris, & actionis. Ita Bart.poſt Iacob.de Arena in dicta l. hæreditas,& ſupra quęſt. 45.num.1.& qu.46.cum diſtinctione de qua ibi.
4 Immo poteſt quis ſibi facere plures hæredes

des

des in eodem gradu ſub conditionibus con
trarijs. Are.poſt Fabrum Inſt.de vulgar.ſub
ſtit.in princ.nume.4.communem dicit Ro-
ta diuer.deciſ.696.num.2.par.1. & ſupra q.
18.nume.52.Vnde quia contingere poſſet
euentus diei,aut conditionis poſt mortem,
hæredis ſcripti,interim caducata inſtitutio
5 ne propterea impeditur aditio,quia in re du
bia præualet cauſa impediens.l.ſufficit & ibi
Doctor.ff.de condit. indeb. l.ſi quis in gra-
ui.§.finali vbi Bart.ff.ad Syllan.Iaſ. in l.Ru
finus ff.de nulli.teſtam. Soccin.in conſi.79.
num.26.& 27.lib.4.Cum enim ex die incer
ta, quæ in vita hæredis extitura ſit hæredi-
tas detur interim poterit adiri leg. extra-
neum l.a 1. C. de hæredibus inſtitut. Ideo ſi
poſt mortem alicuius,qui non ſit hæres ſcri
ptus ſit inſtitura Eccleſia, vel Monaſterium
6 quia hęc nunquam pereunt. ad tex.in cap. ſi
gratioſe de reſcriptis, & certum itaque eſt
tempore mortis illius Eccleſiam extituram,
non expectata die poterit eccleſia hæredita-
tem adire vt contra Barto.& Imol.in dicta l.
hæreditas firmarunt Bal. & alij vt dicit Ale
xand.in addit.Bald.Salycet.Alexa.& alij in
dicta leg.extraneum Paulus, & Alex.in leg.
hæreditatem ff.ad l.Falcid. vbi Alexa.nu.7.
dicit communem. Bald.in d. l.hæreditas in
fine Oldradus in conſ.171.

7 Aut quis [illegible] quem hæredem ad
tempus,ita vt poſt illud tempus deſinat eſ-
ſe hæres, & [illegible] dicta l.hæreditas ex
die vbi Bar. Bald.Ange.Imo.Cuma.Caſtrē.
& alij ff.de hæredibus inſtit. late Syluester
Aldobr.in conſi.17.nume.20.& ſequen.
Nam nullo dato cohęrede, vel ſubſtituto,
vitio temporis ſublato inſtitutus ad tēpus
remanet hæres perpetuus non ſolum nomi
ne, ſed etiam effectu d.l.hæreditas vbi Bal.
verſi.ſed quæro. Bertran.conſi.92 lib. 1.Al-
dobran.dicto conſi.17.num.22.& ſequenti
bus & dato cohærede etiam ſub diuerſis cō-
ditionibus,ſi conditio adiecta primę inſtitu
tioni deficiat,ſuccedit ſecundus ſub contrá-
ria conditione verificata inſtitutus,quod ta
men intellige pro ſeruando teſtamento,
quod alias annullaretur, ſi ſecundus poſt
mortem primi intelligeretur ſubſtitutus pri
mo, non inſtitutus cum eo in pari gradu vt
bene ex Aret.de vulg. ſubſt. nume 6. diſtin
xit Rota [illegible] in dicta deciſ.696.num.2.&
8 3.part.1. Nam qui ſemel eſt hęres, non po-
teſt regulariter amplius deſinere eſſe hæres
leg.& qui ſoluendo.ff.de hæred. inſtit.l.etſi
ſine §.ſed quod Papinianus, ff.de minori-
bus & ſupra in præcedenti quęſt. numer.2.
quod eſt adeo verum, vt impoſſibile ſit
quemquam poſt aditam hæreditatem ſum-
moueri,aut exhæredari l.3. §.filius ff.de li-
ber.& poſthu. quia per aditionem hæredita
9 tis omnia iura defuncti actiua, & paſſiua
fuerunt acquiſita hæredi toto tit.C. de hæ-
red. act.leg.vnica. C.vt actio ab hærede, &
contra hæredem.perinde ac ſi hęres eſſet ea
dem perſona defuncti leg.hæres.& hæredi-
tas,ff.de vſucap.§.1.auth.de iureiurā.mor.
pręſt.Surdus in deciſ.310. nume. 2.& 315.
nume.1.& ideo iura ſic acquiſita non finiun
tur tempore leg.nemo poteſt ff.de legat. 1.
vbi glo.Bart.& Doct.Bald. in leg. finali C.
de legatis. Rota diuerſ.deciſ. 694.nume.2.
parte 1.

10 Secundo vero caſu ſi intelligimus de lega
11 tario,ſiue fideicommiſſario, & poteſt quis
illos ſibi facere ad tempus. ita vt poſt illud
tempus deſinant eſſe legatarij, vel fideicom
miſſarij Bartol.in dicta l.hæreditas 34. ff.de
hæred.inſtit.per tex.in l.illud C.de legatis,
vbi hoc notant in ſpecie Bart. Bald. num.3.
Salicet.Ang Fulgoſ. Paul.Alexan. & Iaſ.ad
idem eſt tex.in l.Titia §. Titia cum nuberet,
ff.de lega.2.vbi Bar.col.1.& Paul. de Caſtr.
& in l.ſi ame.ff. ad l.Falcid.§. 1. Inſtit.de fi-
deic.hæred. Natta in conſ.472.num.2.Pere
grin.de fideicommiſ.art. 11.tit.31.nume.11
Quod idem eſt in donationibus l.quoties
C.de don.quę ſub modo & d.l.illud vbi Do
ctor. præallegati. C.de legatis.

12 Veruntamen ex veroſimili mente Teſta-
toris, quam in iſtis terminis attendendam
eſſe cenſuerunt Ang.Aret.in conſi.11.num.
7.Pariſ. in conſi. 69.nu.1.2.& 8. lib.2.Nat-
ta in conſil.570.numer.13.hæres inſtitutus
ad tempus cenſetur grauatus reſtituere ſuc-
cedentibus ab inteſtato Paul.de Caſtro in
conſi.241.circa finem & conſi.275.num.2
lib.2.Corne.in l.extraneum nume.12.verſi.
Primo ſi teſtator C.de hęred. inſtit. Decius
in conſi.229.nume.1.Pariſ. dicto conſi. 69.
Natta d.conſi.570.num.13. Maxime ſi Te-
ſtator haberet filios, quibus relicta legiti-
ma inſtituiſſet aliquem hęredem ad tempus
quia elapſo tempore ſic inſtitutus cenſetur
grauatus reſtituere filijs Teſtatoris,vt conſi
derauit Decius in dicto conſi.279.Non Le-
uis perplexitatis nume.8.Pariſ.dicto conſil.
69.numer.16.& 21.lib.2.Nam ad fauorem
filiorum de facili ſuppletur voluntas Pater-
na ad

na ad notata in l. cum Auus ff. de cond. & de monſt. & in l. cum acutiſſimi C. de fideicom miſ. Nec obſtat in propoſito dicta l. hæreditas cum alijs allegatis ſup. nu. 7. & ſequen. quia hoc non tollit quod hæres inſtitutus non eſſet hæres directe, & vtiliter durante tempore, vel dum vixerit, licet poſt venientes ab inteſtato fuerit, hæres per fideicommiſſum vt admittit Bart. in d. leg. hæreditas & omnes in d. l. illud C. de legatis Soccin. conſ. 14. num. 7. Ang. d. conſ. 11. nume. 8. & ſic ſaluatur mẽs teſtatoris eo modo quo melius ſaluari poteſt non offendendo regulas iuris Caſtren. d. conſ. 241. ſuper hoc puncto nu. 5. lib. 2. Natta d. conſ. 520. nu. 14. & audiui hanc tenuiſſe Rotam in quadam cauſa.

13 Item ex die certa hæreditas dari non poteſt, vt ex tunc hęres incipiat eſſe hæres dicta leg. hæreditas 34. ff. de hæred. inſtit. quia nec etiã Teſtator poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, & pro parte teſtatus. leg. ius noſtrum ff. de regu. iuris vbi Decius, & Cagnol. niſi ſit miles leg. miles ita §. 1. & leg. ſi certarum ff de milit. tex. meriro. & leg. Centurio. ff. de vulgari. Quia

14 dies certa non ſuſpendit ortum iuris, & actionis, Sed effectum petitionis. leg. 1. §. fi. ff. quand. dies leg. cedat. l. 1. §. ſi quis ff. de eo quod certo loco leg. eum qui Calendis ff. de verborum obligat. leg. cedere diem ubi Alciat. & Rebuff. ff. de verborum ſignificat. Ad rem Dynus in regula Actus legitimi, 50. numer. 8. de regul. iuris in 6. quod intellige Secundum diſtinctionem traditam ſupra in quæſt. 38. num. 15. verſi. Niſi conditio & per totam quæſtionem.

15 Sed an & quando relictum, in diem transmittatur ad hæredes vel non tradunt, Cardinalis Mantica de conіect. libr. 11. ritu. 20. numer. 3. & latius plures diſtinguit caſus, extendit, limitat & declarat, Menochius Præſumpt. 201. Cum legata & fideicommiſſa ſub numer. 38. 39. & ſequent. per tres columnas vſque ad numer. 55. libro 4. de Præſumptionibus, de qua re, & nos late tradimus infra in cap. 6. quęſt. 8. num. 13. & ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Conditio an ſit ſuſpenſiua, vel reſolutiua, qualiter cognoſcatur*

2 *Conditione reſolutiua eueniente, omnis euanuit obligatio.*

3 *Niſi ex contractu ac ſi non eſſet reſolutum per omnes agatur, vel ſit ſolum conditionalis.*

4 *Conditio reſolutiua non poteſt dari in pura inſtitutione hæredis.*

5 *Conditio reſolutiua poteſt dari in conditionali inſtitutione hæredis.*

Caput 1. Quæſtione 90.

Supra in prima parte capit. vlt. nu. 3. dedimus differentias conditionis ſuſpenſiuæ, & Reſolutiuæ & in parte 2. quęſt. 88. num. 10. diximus reſolutiuam conditionem in contractu pure celebrato non facere, illum cõditionale, & alia multa tam de ſuſpẽſiua, quàm de reſolutiua in par. 1. ca. 2. num. 26. & 30. & in par. 2. cap. 1. quæſt. 5. & in alijs locis, vt reſtet perquirere qualiter cognoſcatur an ſit ſuſpenſiua, ſiue reſolutiua,

1 ſolent enim ſæpe in vltimis voluntatibus, & in contractibus adhiberi, pro earum itaque cognitione eſt diſtinctio adhibenda.

Aut enim conditio reſpicit perfectionem actus, aut diſceſſum ab actu, quem agentes habent pro perfecto. Primo caſu dicitur ſuſpenſiua ita probat tex. & ibi glo. in l. 2. ff. de in diem adiect. quam ſecuti ſunt ibi Alberi. & Caſtren. Soccin. in l. quibus diebus §. quidam Titio num. 7. ff. de condit. & demonſtr. Pariſ. in conſil. 92. num. 22. lib. 3. Tiraquell. de retractu conuentio §. 2. gloſſ. 1. num. 74. & in l. ſi umquam numer. 282. C. de reuoc. donat. Et dicitur reſpicere perfectionẽ quãdo verba reſpiciunt futurum, atq; ita quando ex futuro ipſius c[...]tionis euentu expectatur perfectio actu[...] ita probat tex. in d. l. 2. verſ. ſin autem. & ibi glo. in verbo conditionalis & ibi Alber. in ſummario Caſt. nu. 2. Tiraquel. in d. l. ſi vnquam in verbo reuertatur num. 283. Bart. & Doct. in l. 1. ff. de cõdit. & demonſtr. quod patefacit ipſius conditionis definitio de qua ſupra in 1. par. ca. 1. nu. 12. & per totum et ſic declarat Soc. in cõſil. 62. nu. 3. in fine lib. 4. Dec. in conſil. 313. nu. 4. Gabr. in conſ. 51. nu. 9. lib. 1.

Secundo caſu ſi reſpicit diſceſſum ab actu iam perfecto, dicitur reſolutiua, vt probant

2 præallegati Docto. in dicta l. 2. facit Zabarella in conſilio 1. prope finem Et adueniente conditione, reſolutiua, quæ ſola quoad reſolutionem, actus eſt in ſuſpenſo, ipſe actus cum omnibus ſuis qualitatibus,

euaneſcit leg. ſi res diſtracta ff. quibus mod. pig. vel hypoth. ſolui l. ſi ex duobus §. Sed & Marcellus ff. de in diem adiect. Rota diuer. deciſ. 134. nume. 1. par. 1. & quidem ipſo iure leg. ſi quis hac ff. de rei vendic. l. fin. ff. de lege commiſ. Iaſ. in conſi. 211. num. 25. & ſequen. lib. 2. Nec reuiuiſcit. leg. eius qui §. fin. ff. de iure fiſci gl. in l. qui res §. Aream. ff. de ſolut. Tiraquel. in l. ſi vnquam in verbo ſuſcepetit liberis num. 191. in fine C. de reuocanda gloſſ. in l. ſi cum quis §. fin. ff. de furtis, Zanchus in l. hæredes mei. §. cum ita par. 8. nu. 161. ff. ad Trebel. Puteus in deciſ. 66. lib. 3. quæ eſt 11. de Tranſact.

3 Sed hoc eſt intelligendum niſi ex contractu agatur per omnes contrahentes, ac ſi nõ eſſet reſolutus l. commiſſione ff. de pact. inter empt & vendit. Aret. in conſi. 49. colum. penult. num. 11. & 12. & de huiuſmodi conditione reſolutiua ad differentiam infirmatiuæ tradit. Pariſ. in conſ. 5. nume. 10. 12. & 24. lib. 4. quem Rota diuer. deciſ. 631. num. 4. par. 1. Nec eſt omittendum non poſſe per contrahentes a contractu conditionali conditione ipſa pendente diſcedere leg. 1. C. de peric. & commod. rei vend. l. Neceſſario. §. penult. ff. eod. Alex. conſ. 40. in princ. libr. 5. Afflic. c. 1. de Vaſal. qui contr. conſt. Lothar. num. 31. Ruy. conſ. 36. num. 17. lib. 1. conſil. 69. num. 24. lib. 3. & conſ. 99. nume. 7. lib. 1. Ceph. conſ. 23. num. 88. & conſ. 118. nu. 28. lib. 1. niſi per reſolutiuam cõditionẽ de qua ſupra per ibi allegata. Sed agi. debet ad intereſſe, vt pacta ſeruẽtur l. 1. C. qua liceat ab empt. diſcend. l. ea conditione C. de reſcind. vendit. l. inciuile C. de rei vendic. Afflictus deciſ. 280. nu. 6. Aymon conſ. 299. Gabr. cõſil. 51. nu. 11. lib. 1. & conſi. 168. nu. 65. li. 1.

4 Certum tamen eſt hanc reſolutiuam conditionẽ nõ poſſe adhiberi in pura inſtitutione heredis l. hereditas ex die 34. ff. de hered. Inſt. & per regulã heres ſemel nõ põt deſinere eſſe hæres de qua ſup. in q. 88. n. 2. & in q.
5 89. num. 8. Põt tamẽ adhiberi in inſtitutione cõditionali, quia eueniẽte conditione retrotrahitur ad tempus mortis, illa vero deficiẽte perinde eſt ac ſi nulla facta eſſet inſtitutio, gl. in figuratione caſus in §. Hæres. Inſt. de hæredib. Inſt. ſequitur Rota diuerſ. deciſ. 126. n. 2. par. 2. & ſup. par. 1 c. 2. n. 3. Nec obſtant notata infra in qu. vlt. nu. 1. vbi dicitur nõ retrotrahi, quia loquitur de Implemẽto conditionis ſuſpenſiuæ, non autem reſolutiuæ, quia iſta retrotrahitur.

SVMMARIVM.

1 *Cõditio ſi ſine filijs deceſſerit ſimpliciter adiecta conſtitutus in ſacris ordinibus intelligitur de Eccleſia.*
2 *Adicta cum adiuncto ex ſuo corpore deſcendẽtibus eſt turpis.*
3 *Et vitiatur.*
4 *Adiecta cum adiuncto legitimis, & naturalibus eſt impoſſibilis.*
5 *Sed an conditio ſi deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus ſit purificata per ingreſſum religionis contendunt Doctores.*

Caput 1. Quæſtio 91.

Conditio ſi ſine filijs deceſſerit adiecta in ſacris ordinibus conſtitutis, an ſit impoſſibilis, ſeu Turpis, Et ſunt inſpicienda verba Teſtatoris, qui illam apponit.

1 Nam ſi ſimpliciter dixerit, Si ſine filijs deceſſerit. Tunc illa verba ſunt intelligenda de liberis, quos ipſe ſic inſtitutus poteſt habere, & ſic de Eccleſia. Bart. in l. Heredibus §. Titius num. 4. & ibi addentes ff. S.C. Trebell. per tex. in §. Sed & hoc præſenti auth. de Sanctis, epiſ. de quo in authen. niſi rogatum C. ad S.C. Trebel. vel de Adoptiuis infra q. 103. ſub nu. 15. limita. 2.

2 Si vero dixerit, Si ſine filijs ex ſuo corpore deſcendentibus, hoc caſu eſt turpis, & reijcitur, nam ex ea videtur Teſtator inuitare hæredem ſic inſtitutum ad delinquendum, pro habendis filijs, & conditione purificanda. Bart. in dicto §. Titius. num. 4. Angel. & Caſtren. in fine Pariſ. conſil. 109. in princ. lib. 3. Berous in conſil. 107. nume. 30. lib. 2. Caſtren. in l. 1. §. lex Falcidia num. 4. ff. ad l. Falcid. loquitur ibi Alex. & Roma. in conſil. 438. num. 8. Gabriel. in conſi. 126. numer. 1. lib. 2. Quod extenditur etiam ſi tempore talis conditionis nõ fuerit Clericus, & ex matrimonio filios non habuerit, & poſtea Clericus ſufficiatur, ita Butr. Anch. & Imola in cap. in præſentia de probatio vbi Felyn. nu. 56. Decius num. 54. in fine Capra in conſi. 20. numer. 12. Ruy. conſil. 153. columna, 1. libr. 4. Decius conſil. 73. numer. 10. Rubeus conſil. 147. num. 16. Durandus de Arte Teſtandi in tit. de ſubſtitutionibus, cauſ. 18. numer. 5. Si ex matrimonio filios habuit, & poſtea efficitur clericus, erit honeſta, & ſeruando vt per Doctor. in d. §. Titius.

3 Sed hic opportune quæritur an talis conditio adiecta conſtitutis in ſacris ordinibus qui ex matrimonio filios non habuerunt, antea, an vitiet diſpoſitionem, ſeu vitietur, & quidem reijci ſupra dictum eſt, eruitur, non autem vitiare dixit tex. in l. conditiones 9. & 14. ff. de condit. Inſtit. & in leg. non dubium ff. de legatis. 3. facit tex. in l. reprahendenda C. de inſtitu. & ſubſt. Emanuel a Coſta teſtatur de communi in repet. l. cum tale, ampliat 6. ff. de condit. & demonſtr. Ruyn. in conſi. 98. num. 21. lib. 2. & in conſi. 50. nume. 19. & 53. nume. 26. & in conſi. 22. nume. 14. libro. 3. Berous in conſil. 73. numer. 12. libro 1.

4 Si Teſtator dixerit ſi deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus, & ex matrimonio, antea contracto, & poſtea ſoluto non habeat, tunc reputatur impoſſibilis Ruyn. in conſi. 144. nume. 5. & 11. lib. 3. Berous dicto conſil. 73. num. 12. Cardinalis Paleotus de Notis, & ſpurijs cap. 28. num. 9. Rota diuer. decis. 697. num. 1. par. 1. pro qua eleganter ſcripſit Gabr. dicto conſi. 126. lib. 2.

5 Non deſunt, qui dicant conditionem iſtam. Si ſine liberis deceſſerit, cuicumque adiectam, per ingreſſum religionis, ac per aſſumptionem ſacerdotij eſſe purificatam, ad tex. in dicta l. hæreditas & in l. ex facto. §. ſi quis rogatus ff. ad Trebel. Alex. conſ. 100. lib. 4. Boerius decis. 3. num. 13. Ripa in dicto §. Si quis rogatus num. 12.

Sed hos confutat Cardinalis Mantica de coniect. lib. 11. tit. 7. numer. 23. vbi oſtendit Alex. & ſupra citatos hoc non dicere, & adducit Alex. in conſ. 2. lib. 1. & Ruyn. in conſ. 85. nume. 4. lib. 2. Illos tamen defendit, & cum Cardinale Mantica conciliat Peregr. de fideicommiſſis, articulo, 28. numero 83. fol. 265.

Nam cũ ſint duo conditiones mortis ſcilicet, & liberorũ, non poſſunt dici verificate per ingreſſum monaſterij, vel per aſſumptionem Sacerdotij, vt probat Peregrinus vbi ſupra & ſupra par. 1. cap. 12. nume. 31. & cap. 13. nume. 19. Gabr. dicto conſ. 126. nume. 17. & ſequen. in quo caſu dicit Clemen. inſtitutum, & recipere ſubſtitutum cũ alijs, filijs a Patre ſub conditione illa contineri in ſubſtitutione ex parte actiua, & paſſiua.

S V M M A R I V M.

1 *Conditionis euentum cui probare incumbat. 5.*
2 *Mandatum ſpeciale requiritur ad agendum, in fideicommiſſo vniuerſali.*
3 *Ordinatio conditionalis teſtamentaria quomodo probetur.*
4 *Solemnitas probatoria a legibus requiſita, non poteſt a patribus remitti.*
6 *Implemẽtum conditionis debet declarari probatum per Iudicem.*
7 *Conditione non impleta, diſpoſitio habetur pro non facta.*
8 *Euentus conditionis eſt de ſubſtantia probationis.*
9 *Et id procedit in omni conditione.*
10 *Conditionis implementum non eſt aliter probandum quando implementi extat præſumptio.*

Caput 1. Quæſtione, 92.

1 ONus probandi euentum conditionis cui incumbat. Et quidem Agenti ex iure proprio, ſiue ex iure alieno incumbit, probandi onus, tam circa ordinationem cõditionalem, quã etiã circa perſonas, & circa res, & conditionis implementum, Agens enim ex fideicommiſſo vniuerſali debet in primis illud probare, ipſo nanque non probato agitur fruſtra. vt eſt text. in l. ille a quo 13. §. ſi de teſtamento ibi quid ergo ſi de iuribus fideicommiſſi et ibi gloſſæ ff. ad S.C. Trebell. vbi Bart. num. 3. & 4. Alberic. Ang. Imola Caſtren. & cæteri omnes l. e. fin. C. de edic. diui Adrian. tollen. vbi Bart. numer. 9. verſi. Ad vnum tamen & num. 10. & ſequẽ. et ibi addentes, et poſt alios Zucchar. num. 211. et 213. dat modum probandi. Franciſ. Marcus quæſt. 445. par. 2. Corneus in dicta leg. fin. num. 17. Alba. nume. 10. in fine Mãtica in 1. lect. num. 101. Riminal. conſi. 248. nume. 2. lib. 2. Soccin. conſi. 89. lib. 3.

Et ſi agat ex iure alieno ſibi ceſſo, quia tũc debet probare et ius cedentis per nõ allegata, et per tex. in l. ſi nomen C. de hered. vel actio. vẽd. nã oẽ ius ceſſionarij metitur ex iure cedẽtis in quo ceſſionarius ſuccedit l. emptor 5. vbi Bal. in 1. notab. C. eod. l. Ager. in fine vbi Dy. Bar. et alij ff. de rei vind. l. ſi donare §. 1. ff. de dona. inter vir. vxor. et ceſſionẽ ſibi factã Alex. in cõſ. 188. col. 1. li. 2. Soc. cõſ. 89. li. 3. Pariſ. in cõſ. 107. nu. 88. li. 3. Decius in cõſ. 439. n. 3. in fine Galleſ. de oblig.

Camer.in 2.quæſt.ad primam part. formal. nume.3.Menochius de adipiſcenda remed. 4.numer. 255. Rota in Romana Cenſus 4. Decembris 1595.verſ.non obſtat quod in officio coram Cardinale Pamphilio. Non enim ſufficit dicere extat ordinario conditionalis pro me, vel nullis ceſſa fuit, niſi vtique id, quod dicitur, probetur. gloſſa vulgaris in verbo, dicetur l.1. ff. ſi quadr. pauper. fecif.dicat etſi quis agat pro alio ad fideico-
2 miſſum debet probare non ſolum premiſſa; ſed etiam in primis oſtendere ſpeciale man datum ad agendum l.qui ita 66.§.etiam abſentis ff.ad S.C.Trebel.& l. ſi quis mihi bona.25.§.iuſſum & §.ſequen.ff.de acquiren. hæreditate.Theſaurus deciſ. 155. num.2.& fideicommiſſum ſeu alia quæcunque condi-
3 tionalis ordinatio probatur per oſtenſionem Teſtamenti in forma probante leg.fin. ff.de edict.diui Adr.tollen. vbi communiter omnes ſcribentes; item per codicillos ſub ſolemni forma oſtenſos, nam & codicillis fideicommiſſaria hæreditas dari poteſt directe autem non vtique §.codicillis Inſtit.de codicillis.l.hæreditatem 2.C.eod.Item ſine ſcriptura, dummodo per quinque teſtes mares, vel fœminas, quæ praſto fuerint, probetur l.& ſine ſcriptura 5.C.ad S.C.Trebel. leg.fin.C.de codicillis leg.& in epiſtola 22. vbi Salicet.poſt alios C. de fideicommiſſis etiam quod ſolo nutu fuerit coram eis ſic de ponentibus celebratum l.nutu 21.in princ. ff.de legat.3. & dicta l. & in epiſtola & ideo ſcriptura imperfecta illud non excludit, ſecundum diſtinctionem, quam facit tex.in l. ſi vnum 69.§.ſi omiſſa ff.de lega.2.l.ſi in Teſtamento 103 ff.de legat.1.l.verbum 10.C. de fideicommiſ. l.cum Pater 29.§.cum imperfecta.ff.de legat.2. Nec minus non obſeruata ſolemnitas verborum l.: in legatis 21. C.de legatis l.2.in princ.C.commu.de lega. §.ſed olim.Inſtit.de legatis §. fin.inſtitu.de ſing.rebus per fideicom. relic.leg.fideicommiſſa. 11.ff.de legat 3.late Vigellius libro 32. ff, capitul.6. except. 74. per totam, folio 3615.

Dicitur etiam probatum per minorem, quinque teſtium numerum, ſi iura localia ita diſponant, vt probatur, exemplo capit. cum eſſet de Teſtamentis, & leg.ſi non ſpeciali 9.C.de Teſtamentis. Nam de iure communi in omni vltima voluntate, excepto Teſtamento, quinque teſtes ſunt adhibendi leg.fin.§. In omni autem C.de codicillis & leg.fin.& leg.fin.C.de fideicommiſ. alias nulla exinde datur actio leg. Si verſas 23. & leg. ex Teſtamento, 29. C.de fideicommiſſis.

4 Et eſt adeo verum, vt ſine quinque teſtibus non ſufficiat confeſſio grauati ad illud probandum l. fin. C.de fideicommiſſis vbi communiter Doctor. & ratio eſt, quia ſolemnitas hæc probatoria authoritate legis requiſita non poteſt priuatis pactionibus remiſſ.leg.1.& ibi Docto.ff. de Teſtamen.l. nemo poteſt 58.ff.de legat.1.

Sed hoc limitatur in duobus caſibus dictæ l.fi. C.de fideicommiſſ.iuxta dictas eiuſdem leg. lecturas communiter approbatas vbi Caſtren. dat modum illos practicandi, quos repetit Peregrin.in tract.de fideicommiſ.articul.43.numer.4.fol.396.& quando probatur hæredem promiſiſſe Teſtatori fideicommiſſum præſtare, quod per duos teſtes probare ſufficit, & ex hac promiſſione poterit conueniri, quia ex ea tenebitur leg. quidam cum filium ff.de hered. inſtit. l.ſpadonem §. 1. ff. de excuſat. Tut. & in ſpecie Barto.in dicta leg. nemo poteſt in 3.oppoſi. cum ſequntur Alex.Aret. & Iaſ. ibi in 1.& 2.lect. Crotus & Ripa num.3. & alij & cum non agitur de fideicommiſſo inducendo, Sed de illo iam inducto interpratando confeſſio grauati probat ſecundum Decia. poſt Bart.Soccin.Ruyni & alios in conſi. primo nume.310.& ſequen. libr.1. & in conſil.44. nume.74.lib.3.& in conſi.89. nume.21.lib. 3. ſequitur Cardinalis Mantic. de coniect. lib.3.titu. 1.numer.28. quod eſt intelligendum in illis tantum caſibus in quibus nocet iuris ignorantia, nocet confeſſio grauati, alias non Decian.in conſil. 10.nume.90. lib. 3. Quia alias res videtur aſpera nimis, quod confeſſio grauati etiam in præiudicium aliorum poſſit interpretari fideicommiſſum vbi non eſt, vel dubitatur, quia quæſtio voluntatis Teſtatoris ſpectat ad Iudicem l.voluntatis.C.de fideicommiſ l.non aliter §.1. & l. Sthicus ff.de legat.3.& hominis opinio non poteſt alterare iuris conſtitutionem l. ornamentorum ff.de auro & argen. legato. vt plene argumentatur, & decidit Ruyn.in conſil. 167.numer.19. libro 2. Curtius Iun. conſil.92.nume.11.& in conſi. 96. nume.6. Soccin.Iun.in conſi.112.in 1.dub.libr.1.& in conſi.180.nu.82.lib.1.Marzar.conſ.3.in fine.Alex.conſi.81.li.6.Corneus conſ.188. num.6.lib.3.Decia.conſi.10.num.77.& ſequen.

Digitized by Google

quen.lib.3.Menoch.in conſil.86.nume.94.
Mantica conſi.273.num. 6.& ideo ſenten-
tia, quæ tranſiuit in iudicatum illud bene
probat, quia habetur pro veritate.l. res iudi
cata.ff.de reg.iuris.leg. ingenuum. ff. de ſta-
tu homin. & eſt tex.in terminis in leg.Ser-
uo inuito 65.§.cum prætor.ff.ad S. C. Tre-
bellianica.

5 Poſt probatam conditionalem ordinatio
nem oportet ex ea agentem probare, illius
implementum, atque euentum; Nam ſi ordi
natio ſit facta in diem debet ipſius diei ad-
uerſus probari, ante autem non competit
aliqua actio.leg.quod ſi.ff.de condit. indeb.
leg.decem leg.ita ſtipulatus.ff.de verborum
oblig.l.cedere diem.ff.de verborum ſignifi.
vbi Rebuff.& Alciat.& in legatis & fideicõ
miſſis habentibus diem ſeu conditionem.
eſt tex.in l.is cui.ff.de actio.& obligat.& in
l.vnica.§.ſin autem ſub conditione.C.de ca
duc.tollen.& in contractibus; & alijs diſpo-
ſitionibus; Bal.in l.cauſam colum.vlt.C. de
execut.rei iudi.Alexan.conſi.119.lib.1.De
cius conſi.421.num. 5. Tiraquell. qui alios
citat de retract.lignag.§.1.glo. 2. num.22.
& ſequen.dixi ſupra par.1.c.6.& 7. et quod
Agens ex fideicommiſſario habente diem,
vel conditionem teneatur euentum diei, &
implementum conditionis probare ex tex.
in l.in fideicommiſſi.§.Pollidius .ff.de vſu-
ris.l.ex his.C.quando dies legat. cedat. leg.
qui hæredi §.Plautius.ff.de cond. & demo.
Socc.in leg.ſi quidem.C.de except.ibi con-
ditionem extitiſſe.Bald.& Salycet.in l.cum
te.C.de probat. Decius in conſil.177.colũ.
1.conſi.405.colum.2.conſil.585.num.1.&
conſi.629.num.2.Soccin.iun.conſ.122.nu-
me.17.lib.1.Cephal.conſil.631.nume. 26.
Menoch.conſi.262.nume.1.Roland.conſil.
58.nume.21.lib.3.Beccius in conſi.45.nu.
18.Oldrad.& allegati ſupra quæſt.23.num.
6.& quod teneatur probare quod fuerit im
pleta de facto, & de iure, id eſt cum effectu
voluit Imola in l.3.§.ſi quis ita.ff.de hæred.
Inſt.quem ſequitur Decianus in conſil.10.
nu.28.& ſeq. lib.1.de hoc re ſupra in q.54.
Et probationes debeãt eſſe certæ, & con
cludentes pro earum natura. l. neque natu-
rales.C.de probat.& l.non hoc.C.vnde le-
git.nam probatio non concludens non dici
tur probatio, vt notat Bald.in l.matrem.C.
de probat.& in ſpecie ita arguit.Decianus
in conſi.76.num.3.& ſequen.lib.3.& Reo,
& poſſeſſori ſufficit dicere non loquitur de-
te, ſeu non euenit caſus, ſicuti poſt Io.And.
dixit Soccin.conſ.62.col.3.conſil.63.col.8.
conſi.116.col.5.lib.3.Oldrad.antea conſil.
21.Ondedeus conſi.60.num.13. Hoc idem
dixit Bald.in l.ſi pater Mantic.5.num. 2. &
3.C.de dotis promiſ.vbi Ang.& ceteri ſcri-
bentes Gozzad.conſil.2. numer.8.Rubeus
Alex.conſi.28.num.1.Decia.conſ.75.num.
9.lib.3.Benedictus de Barziſ.de Guarenti-
giã quæſt.9.col.6.verſi.etſi velit ſe fundare.
Galleſ.ad formam Cameræ quæſt.2.nume.
8.fol.21.Et de liquidatione nume.13. & ſe-
quen.fol.76. & in hoc quod negat habet in
tentionem fundatam.l.Actor.C. de proba.
Bald.in l.1.colum.1.C.de iur.& facti ignor.
Ruy.in conſi.63.nume.4.lib.4.Soccin.iun.
conſi.67.nume.8.lib.1.quod & antea dixit
Bald.in conſi.122.col.1.lib.3. Nec ratione
caret, quia conditio ex ſui natura ſuſpendit
diſpoſitionem, & diſpoſitionis effectum in
euentum ipſius conditionis per adducta ſu
pra in par.1.c.88.num.1.Addo Soccin.iun.
6 in conſi.33.num.2.lib.1. Et ipſa non imple
ta diſpoſitio habetur pro non facta per ad-
ducta ſupra in par.1.c.7.nume.7.Addo tex.
in l.hęc venditio.ff.de contr.empt.et in leg.
in l.item quia.ff.de pactis.Crauetta in conſ.
15.num.13.Soccin.iun.in conſi.4.num.16.
lib.2.Cephal.in conſi.145.num.26.Rimin.
iun.conſi.171.nume.19.Ondede.conſi.78.
num.26.Menoch.conſil.1.nu.410. Et ideo
7 debet implementum liquidari per pronun
ciationẽ iudicis ſuper hoc præcedentib.pro
bationib.proficiantis.l.ſi ita ſtip.ff.de ver-
borum obligat.Bal.in l.item quia in 2.lectu
ra num.3.ff.de pactis. & ſic liquidatione fa-
cta petitur executio, vt dicit ibidem Bald.
Ripa in l.in illa nu.78.ff.de verborum obli-
gat. Et in obligatione conditionali quis nõ
obligatur niſi conditio extiterit.l. res hypo
thecæ.ff.de pignor.l.legata ſub conditione.
ff.de cond.& dem.Caſtr.conſi. 1. de verbo-
rum ſignifi.Aymon.conſil.10.num.15.Iaſ.
conſi.48.late Maſcard.concluſ.890. per to-
8 tum lib.2.de probat.Eſt enim euentus con-
ditionis de ſubſtantia probationis Bald. d.
conſi.122. Vtrum.col.1.lib.3. ſiue conditio
9 ſit expreſſa ſiue tacita gloſſ.in d.l.item quia
ff.de pactis.vbi Alex.nume.5.Iaſ.nume.21.
Barto.in l.nemo poteſt.col.vlt.ff.de legat.1.
Decius conſi.2.num.4.& conſil.487.col.2.
& in l.in omnibus.num.5.de reg. iur.Socc.
iun.in conſi.122.num.17.& in conſil.172.
num.15.lib.1.& in conſi.78.num.15.lib.3.
quod

quod & antea dixit Bald. in d. l. iren quia in 1. & 2. lect. nume. 2. & ſequent. ff. de pactis. Siue ſit negatiua, quia ſemper quis tenetur ſiue agat, ſiue excipiat, probare id, quod eſt fundamentum ſuę intentionis l. 1. & 2. & l. in exceptionibus. ff. de probat. ſiue ſit ſubſtantia actionis, ſiue tempus, ſiue conditio, vel alia qualitas. Bart. in leg. 1. ff. nequid in flumi publ. & in leg. in illa. ff. de verborum oblig. & in l. denunciaſſe. §. quid tamen. ff. de Adulter. per tex. in l. Prætor §. docere. ff. vi bonorum rapt. idem Bar. in l. non ſolũ. §. ſed vt probari. ff. de oper. noui nunc. Felyn. in cap. auditis numer. 55. de præſcript. Alexan. conſil. 82. num. 14. lib. 3. Decius in conſi. 629. num. 2. Surdus conſi. 238. nume. 1. & deciſ. 276. nu. 2. Rota diuer. deciſ. 172. nume. 1. par. 1. & in ſpecie in deciſ. 262. nu. 2. par. 2. & deciſ. 551. n. 1. par. 1. & 470. n. 8. par. 1. & 123. num. 3. par. 2. Siue ſit affirmatiua per mox allegata ſequitur & alios citat Peregrinus de fideicommiſſis artic. 43. cum diſtinctione Didaci & aliorum ſub nume. 48. 49. & ſequentibus fol. 402. Crauetta in conſil. pro Genero nume. 142. Corneus in conſi. 105. col. penult. lib. 2. Decius in conſ. 177. num. 1. in fine Soccin. iun. conſ. 67. nu. 1. lib. 4. late Gabr. de probat. libr. 1. concluſ. 6. in prin. & per totum, Viuius opi. 538. lib. 2. Rota diuer. deciſ. 132. nu. 6. par. 1. & 775. num. 2. par. 1. Surdus deciſ. 260. nume. 8. & 316 num. 14. Maſcardus de probationibus concluſ. 70. lib. 1. & 890. & 1086. & 1087. lib. 2. & ſupra par. 1. c. 15. in fine.

Et id quod ſupra dictum eſt, neceſſarias eſſe probationes concludentes, non excludit præſũptionẽ iuris, quia hęc hẽtur pro liquida probatione, quæ transfert onus probandi contrarium in aduerſarium leg. licet Imperator. ff. de legat. 1. l. neque natales. C. de probatio. et notatur. in l. non hoc C. de legit. Decius in conſi. 296. nu. 6. & conſi. 482. num. 15. eſt tex. in l. Titia cum teſtamento. §. Caius & §. Lucius & in l. ſi ita ſcripſiſſet, & in l. Sempronius Proculo. ff. de legat. 2. Nec minus præſumptionem neceſſariam, aut valde probabilem. vt poſt Bald. & Caſt. Iaſ. in l. poſt num. 8. ff. de vulgar. ſequitur Alciat. in conſi. 46. col. 1. conſi. 71. col. 1. & conſil. 64. num. 2. lib. 9. Alba conſil. 31. nume. 9. Ceph. conſi. 447. num. 14. & 482. nume. 16. Decian. in conſil. 76. nume. 35. & 36. lib. 3. Menoch. conſi. 399. nu. 5. & præſumpt. 182. in fine lib. 4. de pręſumpt.

SVMMARIVM.

1 *Conditio neceſſaria iure, ſiue natura non impedit tranſmiſſionem.*

2 *Conditio neceſſaria impedit curſum obligationis, & actionis ad effectum conſequendi in continenti.*

Caput 1. Quæſtio 93.

De conditione neceſſaria multa dicta ſunt ſupra in par. 1. c. 2. num. 24. c. 3. num. 8. & cap. vlt. num. 2. & in par. 2. c. 1. qu. 45. 46. & 47. Dum ibi de Tacita, & iuris expreſſa dictum fuit, & quia in d. c. 2. num. 24. fuit conſideratum fraternizare cum Tacita, & cum Intrinſeca, de quibus ibi dum de illis, ac de earum natura, & effectu dictũ fuit, quod idem vtique de Neceſſaria dictum eſſe credimus, ut videatur ſuperfluũ de illa circa idem, quod de illis fuit ſtatutum verba facere. Attamen ne diuerſitas nominis hæſitanti difficultatem pariat, quia propter diuerſitatem vocabulorum, diuerſimode iudicatur. Speculat. de empt. & vendit. §. 2. verſi. ſed, pone Alex. conſi. 76. nu. 5. lib. 5. Decius in conſi. 18. num. 3. Guido Pape deciſ. 257. in fine Iaſ. conſi. 150. num. 2. lib. 4. Afflictus de iure prothomiſeios. §. licet num. 16. verſ. Sed iuxta prædicta. & eſt tex. in l. Curiales. C. de prædijs Decurio. lib. 10. & ibi Lucas de Pẽna. Ideo occurrere volui idem de ipſa, quærendo, quod de tacita, a iure ſubintellecta, expreſſa ab homine, & intrinſeca, fuit dubitatum.

1 Et primo an ipſa neceſſaria conditio impediat relicti tranſmiſſionem, & non impedire probant allegati ſupra in dictis locis, & in ſpecie in cap. vlt. num. 2. part. 1. & part. 2. cap. 1. quæſt. 45. num. 1. quibus addo exẽplum l. ſi dies 2. §. fi. ff. quoad. dies lega. ced. de legato ſcilicet ibi relicto a Titio hęrede, ſub conditione. Si Titius hæres erit, & de legato relicto ſub eadem conditione, ſub qua Titius hæres inſtitutus fuit. Nam licet legatarius decedat ante conditionis euentum, legatum nihilominus tranſmittitur. ratio eſt, quia conditio eſt neceſſaria ad actũ legati, quia legatum non poteſt legatario, deberi, niſi hæres hæreditatem adeat leg. ſi nemo 141. vbi Decius et Cagnol. ff. de reg. iuris l. ſi nemo la 2. ff. de Teſtam. Tut. l. eam quam et ibi Iaſ. poſt alios colu. 6. in 2. nota.

C. de

41.num.4. Niſi forte Teſtator ipſe diſpoſuerit, quod legata debeantur etiam, hæreditate non adita Decius ex Alex. in d. l. ſi nemo in fine. ſequitur ibidem Cagnol. in finc. ff. de regul. iur. Iaſ. in d. l. eam quam vbi etiam Corneus. Sunt etiam exempla de legatis relictis a ſubſtituto per vulgarem ſub conditione ſi primus hæres non erit, Item a ſubſtituto per pupillarem, ſub cōditione, Si pupillus, deceſſerit in pupillari ætate. Nam tales conditiones, quia ex diſpoſitione legis neceſſariæ, vt in ſpecie in d. cap. 2. num. 24. & in d. quæſt. 47. transmiſſionem non impediunt. l. hæredis aditio. ff. quand. dies legat. ced. & in ſpecie Bart. in l. qui filio. §. ſi quis. ff. de hæred. Inſt. Riminal. ſen. in conſi. 123. num. 9. Card. Mant. de coniect. lib. 10. tit. 5. num. 5. & 6.

Quod idem eſt de neceſſarijs ex natura rei prouenientibus ſine quibus legatum deberi nōn poteſt, nam & iſtæ ſicut præcedentes ex diſpoſitione legis transmiſſionē non impediunt exemplo legati partus Arethuſæ, & fructuum naſciturorum de quibus ſupra par. 1. c. 3. nu. 10. Inſpecto tempore præſenti legata non conſiſtit, ſed quia Teſtator ſe retulit ad tempus partus, & fructuū, & vt legatum debeatur neceſſe eſt quod naſcantur, ipſis non natis legatum eſt inutile, & quamuis natiuitas ſit omnino incerta, & cōditionalis, Attamen quia conditio iſta reſpicit rem legatam, & ſine ea legatum deberi non poteſt, ideo conditio iſta prædecente legatario legati transmiſſionem non impedit l. 1. in fine, ff. de cond. & demon. leg. cum illud, aut illud. §. 1. ff. quan. dies leg. ced. leg. firmio Eliodoro in princ. ff. eod. Cardinalis Mantica ubi ſupra. n. 5. & 6. cum alijs allegatis ſupra in d. c. 2. num. 24. & c. 3. num. 10. & in quæſt. 45. & 47.

2 Secundo quęritur an neceſſaria conditio ſiue ſit talis ex diſpoſitione legis, ſiue ex rei natura impediat ortum obligationis, & actionis. Et impedire probant, allegati ſupra in par. 1. c. vlt. num. 2. & in par. 2. c. 1. qu. 45. & 46. quibus addo tex. in l. 1. ff. de condit. & demon. in l. cum dies. ff. quand. dies legat cedat. in l. is cui. ff. de actio & obliga. & in leg. quæ ſub conditione. §. quoties. ff. de condit. Inſtitut.

Eſt tamen id intelligendum quoad effectum conſequendi in continenti; Non autē die, ſeu conditione adueniente per allegata ſupra in q. 38. in princ. & in fine.

S V M M A R I V M.

1 *Venditio artis facta ad corpus, vel ad menſurā quomodo cognoſcatur.*

2 *Venditio facta ad corpus pro vnico pretio totius corporis reſpicit ſolum commodum emptoris.*

3 *Venditio facta ad corpus, ſi pretium ſit diſtributum in ſingula iugera reſpicit commodū vtriuſque emptoris, & venditoris.*

4 *Venditio ad menſuram eſt conditionalis.*

5 *Venditio ad menſuram eſt conditionalis non ad effectum recedendi ab emptione.*

6 *Venditio ad menſuram eſt conditionalis reſpectu translationis dominij & periculi.*

7 *Venditione rei ad menſuram venditę ante mē ſurationem transfertur periculū in emptorem.*

8 *Niſi traditio fuit per conſtitutum.*

9 *Menſuratio cuius exſpenſis ſit facienda.*

Caput 1. Queſtio. 94.

SAEpe euenit quod rerum venditiones fiant ad corpus, ſiue ad menſuram ſecundum ipſorum contrahentium beneplacitum. Et quomodo uno, ſeu altero modo facta) eſſe dignoſcatur colligitur ex diſpoſitione tex. in l. ſi quis teſtamento in princ. & ibi Doct. ff. de legat. 1. & aliorum allegatorum per Oldradum in conſi. 197. In conceſſione, num. 2. & 3. & per totum, vbi dicit cōſiderandum eſſe an contrahentes inceperint a corpore, vel ab ipſius corporis menſura, & ſecundum inceptum eſt dicendum factū ad corpus, vel ad menſuram eum ſunt ſequti Iaſ. in conſi. 73. num. 2. & conſil. 79. num. 1. lib. 1. Bertrand. conſi. 30. lib. 3. Neuizzan. qui alios infinitos citat in conſi. 38. num. 1. Straccha de mercatura in titul. de Nauibus par. 3. num. 6. Cotta in memor. incip. Quis, vel qui Fabia. de monte de empt. & vendit. in 6. quæſt. princ. col. 6. verſi. in ſuper attendas Natta in conſ. 568. num. 7. Didacus qui hos & alios citat Practic. q. 2. c. 3. num. 1. 2. & 3. Cagno. in l. 2. C. de reſcind. vend. num. 178. hos & alios citat Surdus in deciſ. 64. in prin. Cumque facta ad corpus ſiue pretium ſit vnicum pro toto corpore deſignatum, ſiue ſit diſtributum in ſingula iugera ſit vndequaque perfecta, ſed primo caſu cum reſpiciat ſolum commodum emptoris, quia ſi

2 menſura enunciata a venditore pro vnico

præ-

pretio totius corporis augeatur, non augebitur pretium, ſed ipſius menſuræ augumẽtum cedit lucro emptoris. Caſtren. in leg. ſi duorum poſt medium. ff. de act. emp. l. ſi ſeruum. §. 1. ff. eod. Fely. in c. ſignificante colu. 3. verſic. & dum Alex. de reſcriptis Salycet. in l. 2. num. 7. C. de contrah. empt. Soccin. in l. demonſtratio falſa nume. 10. ff. de cond. & demon. Iaſ. in conſi. 55. num. 10. lib. 1. Ruy. in conſi. 83. num. 3. lib. 1. Pariſ. conſi. 64. nu. 39. lib. 1. & nu. 42. dixit eſſe tex. in l. qui fundum. ff. de euict. Soccin. iun. in conſi. 42. nu. 21. lib. 2. vbi num. 28. dicit communem. Cagnol. in d. l. 2. num. 186. & 187. C. de reuoc. vbi Pinell. par. 3. cap. 2. nume. 7. Gabr. conſi. 64. nume. 6. lib. 2. Benintend. deciſ. 30. Burſatus in conſi. 441. num. 29. Si vero menſura a venditore pro vnico pretio totius corporis enunciata deficiat, & nunciatur, tunc fauore emptoris diminuetur pretium Caſt. in l. Iulianus. §. ſi Titius. ff. de act. empt. & in l. 2. poſt medium. C. de peri. & commod. rei vendite & in l. ſi duorum. ff. de actio. empt. vbi dicit, poteſt reperi pretium ſi ſit ſolutũ. idem dixit in l. ſi venditor. ff. eod. Alexan. in conſi. 8. num. 3. lib. 4. Decius in conſil. 500. num. 4. Pariſ. in d. conſi. 64. nume. 39. lib. 1. Soccin. iun. d. conſi. 42. nu. 21. lib. 2. Papien. in forma libelli in cauſa venditionis in verbo Perſicarum num. 2. Capicc. deciſ. 14. nu. 3. Benintend. d. deciſ. 30. Gabriel. d. conſil. 64. num. 7. lib. 2.

Et hanc ſententiam per ſupradicta iura quatuor rationibus ex illis deſumptis defendit Surdus in d. deciſ. 64. ſub num. 16. & ſequen. Vbi etſi ſub num. 2. adducat Alexan. Cor. Boerium, & alios tenentes cõtrarium, idque defendere conentur rationibus ab eodem Surdo adductis ibi ſub num. 22. & ſequen.

Tamen ipſe primam defendit ſub nume. 23. & ſequen. quę videtur magis tuta, & maioribus, ac validioribus authoritatibus fulcita, cum pro ea ſtent vltra allegatos Spec. de empt. & vendit. §. ſciendum nu. 74. Odofred. Bar. & alij quos adducit Benintend. in d. deciſ. 30. glo. & Salycet. in l. qui libertatis ff. de euict. Cardinalis in cap. 2. de procurat. Soccin. in conſi. 32. colum. 2. lib. 4. Dida. Couar. practicarum qq. c. 3. verſ. Quintus caſus in fine & verſi. Sextum erit, & verſi. vndecimo. & pro hac allegatur etiam Bart. in leg. Iulianus. §. ſi Titius. ff. de actio. empt. Neuizzan. in conſi. 38. num. 6. in fine.

3 Secundo caſu ſi pretium ſit diſtributum in ſingula iugera, tunc augetur, & minuitur ſecundum augumentum, & diminutionem iugerum in commodum vtriuſque venditoris ſcilicet, & emptoris. Specul. de empt. & vendit. d. §. ſciendum num. 73. Bald. in rub. C. de contrah. empt. num. 23. l. qui fundum. §. qui agrum. ff. de contr. empt. l. ſi duorum. ff. de act. empti. Papien. vbi ſupra num. 2. l. ſi fundo traditio. ff. de act. empti. Socc. in l. demonſtratio falſa nu. 10. ff. de condit. & demõ. Fely. in d. c. ſignificante col. 3. verſic. & dum Alex. de reſcriptis Ruyn. conſi. 83. nume. 3. lib. 1. Socc. iun. in conſi. 42. num. 27. lib. 2. Et ratio eſt ſecundum allegatos, quia totus contractus pendet a menſura, quæ fieri de-
4 bet vt late per Socc. in conſi. vlt. lib. 3.

Hinc dubitari contingit, Vtrum venditio facta iuxta menſurationẽ faciẽdam ſit pura vel potius conditionalis. Et conditionalem eſſe defendit Soccin. d. conſi. vlt. Et fuit etiã de mente Bartol. in d. l. Iulianus. §. ſi Titius. ff. de act. empt. & Baldi in l. 1. C. de peric. & commod. rei vend. Alex. in conſil. 33. col. 2. lib. 6. Pariſ. de Puteo de feudi redintegr. ca. 26. num. 3. Purpur. in conſi. 43. nume. 10. & in conſi. 105. num. 4. Berous in conſil. 159. num. 8. lib. 1. Ruy. in l. ſi ex toto in fine. ff. de legat. 1. Grat. in conſi. 90. num. 6. lib. 1. Mazzol. in conſi. 79. nume. 12. Oddus conſil. 56. num. 11. Pariſ. conſ. 59. num. 1. lib. 1. Gabr. d. conſi. 64. num. 21. et ſequen. & num. 1. & ſe-
5 quen. lib. 2.

Non quidem conditionalem dicunt ad effectum recedendi a contractu ob menſurationem non factam, quia venditio quoad obligationem vendendi, & emendi ad menſuram dicitur perfecta. gloſ. in leg. 1. C. de peric. & commod. rei vend. glo. in l. neceſſario. §. quod ſi pendente verſ. ſi ita res. ff. eod. Bald. Salycet. & Caſtren. in l. 2. C. quando liceat ab empt. diſced. Afflic. deciſ. 280. Decius conſ. 279. Socc. d. conſi. vlt. lib. 3. Pariſ. d. conſi. 59. in primo dubio lib. 1. Capic. deciſ. 14. num. 7. Didac. Practic. qq. c. 3. nume. 7. Burſattus conſi. 100. num. 22. Marcobru. conſi. 30. num. 232. Oddus d. conſ. 50. num. 14. Et tantum erit venditum, quantum mẽſura facienda continebit, & pro menſurata quantitate dicitur perfecta pro ea quæ deficit dicitur nulla venditio l. quod ſæpe. §. in his. ff. de contrahen. empt. Alexan. conſi. 90. num. 4. lib. 5. Curtius iun. conſil. 76. nume. 8. d. leg. Iulianus. §. ſi Titius, vbi Barto.

Gabr. dicto conſil. 64. num. 21. & ſequen. libro 2.

Contrariæ opinionis, quod in propoſito caſu poſſit in totum ab emptione recedi n͡e ſuratione non facta per tex. in dicta. l. quod ſæpe. §. final. & alia iura quæ in id adducit fuit Neuizzan. in d. conſi. 38. num. 24. & ſequent. ſed poteſt ſaluari in eo, quod deficit ab ipſa menſura enunciata, ſecundum Gabriel. vbi ſupra.

6 Ad effectum enim vt non ſit tranſlatum dominium in emptorem menſuratione nõ ſequuta, & vt periculum interim ſpectet ad venditorem, illam conditionalem, & imperfectam dicunt præallegati Doctores. Et Pariſ. in d. conſi. 59. num. 15. & ſequent. Neuizzan. dicto conſi. 38. nu. 25. & ſequen. Didacus Practic. qq. d. cap. 3. nu. 6. in princ. & nu. 7. verſi. Decimo ex his.

7 Niſi forte ante menſurationem traditio rei ad menſuram venditæ facta ſit, quia ex facta ante menſuram periculum, & commodum eſt emptoris leg. 2. C. de peric. & commod. rei vendi. vbi Ang. & Paul. de Caſtro Corneus conſil 50. colum. 5. libr. 1. Decius conſi. 175. Didac. vbi ſupra num. 6. verſicu. quæ quidem concluſio.

8 Id tamen eſt intelligendum de reali traditione, non autem de ea, quæ fit per conſtitutum Pariſ. d. conſi 59. num. 20. & ſequen. lib. 1. Neuizzan. d. conſi. 38. num. 26. & 27. Didacus vbi ſupra num. 6. verſicul. quæ tamen non procedit. Rota diuerſorum in deciſ. 132. num. 5. par. 1.

9 Menſuratio enim fieri debet expreſſis vtriuſque venditoris ſcilicet. & emptoris. l. 3. §. in hoc iudicio vbi Flor. ff. finium regun. quem allegat Iaſ. in leg. etiam in vltimo no t. ib. ff. de eden. Pariſ. de Syndicatu. verſi. Salarium colum. 5. in fine. Idem vult Salycet. in d. leg. 3. C. finium. regund. quem ſequitur Fely. in cap. quia iudicante eo lgm. 1. de præſcript. Et omnibus præſentibus, vel citatis ad certum locum. & horam Alexand. conſi. 90. colum. final. lib. 5. Bauer. in tract. de mora 3. par. colum. 4. quæſt. 6. & 7. Poteſt bene Agrimenſor. referre Iudici partibus abſentibus Iaſ. in §. quædam actiones colum. fin. Inſtitut. de actio. Et ille in cuius fauorem refert recuperabit expenſas ab Aduerſario Bald. in leg. 3. ante finem. C. de adulterijs.

SVMMARIVM.

1 *Venditio iuxta æſtimationem fienda ſi non fuerit additum per quem eſt nulla.*

2 *Intellige & declara vt ſub num.*

3 *Venditio iuxta æſtimationem per talem fiendam, valet. ſed illo non æſtimante nulla eſt facta venditio.*

4 *Tertio illo non æſtimante non poteſt recedi ab eius perſona.*

5 *Secus eſt de iure canonico, & re non integris vt qui aliquid ſit datum vel ſolutum.*

Capur 1. Quæſtio 95.

VTrum venditio iuxta æſtimationem fiendam ſit conditionalis. Et in hac quæſtione ſunt diſtinguendi caſus; Aut enim ſit venditio iuxta æſtimationem fiendam, nec ſuperadditur per talem, et tunc eſt
1 conditionalis immo nulla §. pretium vbi glo. in verbo nominatus Inſtit. de empt. & vend. vbi. Faber. Ang. & ceteri Doct. l. ſi merces in princ. ff. locari Bald. in l. in vendentis num. 6. C. de contrah. empt. vbi Salycet. nume. 4. idem Bald. in l. Contractus num. 8. C. de fide Inſtru. additio ad Bald. in d. l. in vendentis vbi antea Cyn. column. 2. numer. 2. Ioan. Faber. circa medium Salycet. nume. 4. Butrig. in leg. ſciendum nume. 17. ff. de verborum obligat.

2 Niſi forte venditionem ſic factam præcedat aliquis alius contractus validus, & perfectus, cuius occaſione deuentum ſit ad talem venditionem, quia tunc ſuper declaratione pretij poterit, implorari officium Iudicis. leg. domnm. 57. ff. de contrahen. empt. Ang. in dicto. §. pretium ſub nume. 1. & 2. Inſtitut. de empt. & vendit. quem ſequitur ibi additio ad glo. in verbo nominatus. Nam quando iſtud pactum eſt pars alterius cõtractus ualidi dicitur nihilominus perfecta venditio & periculum in emptorẽ translatum æſtimatione non dum ſequta. l. ſi fundus §. fi. de pignor. ubi Bar. & Alex. in addit dicit mirabile. Bartol. in d. l. ſi merces. Cornel. conſi. 50. num. 4. & 5. lib. 1. Rota coram Car. Seraphino in Bononien. pecuniaria 1. Decem. 1603. in fine ver. Non obſtat. Vel in rei ueritate pretiũ certũ ſit in totũ licet cõtrahentib. ſit ignotũ, quia tũc erit perfecta uenditio l. hæc uenditio. 7. §. huiuſmo

di.ff.de contrahen.empt.vbi gloſſ.in verbo quantum facit uim in eo quod dicit quantũ ff.de cont.a hen.empt.quod ſecus erit ſi fuerit dictum pro eo pretio gloſſ. ſunt ſequuti. Bart.in l.ſeruus. 1 1 1.§.quicunque.ff. de legat. 1.Iaſ.in l.vlt.num. 1 2.ff.de condit.cauſ. data Fabia.de monte de emptione,& vend. in 5.quæſt.princ. numer. 34. Et fundamentũ fit in eo,quod verba illa,eo pretio, quod in Arca habeo,deſignent corpus, ſiue ſpeciem non quantitatem pro pretio neceſſariam.leg.plane.§.1.leg.ſed etſi certos. & le. ſi ſeruus.§.qui quinque. ff. de legat. 1.quia emptio ſine quantitate nulla eſt. dicto. §. Pretium. & leg.empti. 9. C. de contrahen. empt.Sed veritas eſt in contrarium, vt probant Alberic. & Salycet. in dicta leg. hæc venditio §.1.& Fabia.de monte vbi ſupra, & alij quos refert. Pinell. in leg. 2. C. de reſc.vendit.Part.1.rubricę cap. 1.num. 1. & 2.& probatur quia non eſt differentia inter verba, quãdum pretij in arca habeo, & illa verba, eo pretio, quod in arca habeo. quia vtroque modo deſignatur, quantitas pro venditione neceſſaria,& verba non ſunt cauillanda leg.penult.ff. ad exhiben. Accedit quod verba ſunt accipienda ſecundum ſubiectam materiam, leg. ſi vno. ff. locati, & eo modo quo actus ſubſiſtetur.leg.quoties ff.de rebus dubijs.& ff.de verborum ſignif. Quod idem erit ſi pretium ſit certũ pro parte d.l.hæc venditio.§.fin.

Itidem ſi fuerit conuentum, quod iuſto pretio vendatur, hoc enim caſu etſi dicant non eſſe venditionem ſed contractum innominatum Bald.in leg.vltim.numer.8. C.de contrahen.empt.Alexand.ad Bart. in dicta. leg.hæc venditio,& in leg. ſciendum, num. 17.vbi Roma.num.33.ff.de verborum obligat.Soccin.in leg.ſi quis arbitratu. nume. 19.ff.eod.Fabian.vbi ſupra quæſt.5. princ. num.25.& 26.Ripa.in leg. ita ſtipulatus numer. 20. ff. de verborum obligat. Ruyn. in conſi.144.num.1.lib.1.Rimin.in conſi.412. lib.3.Crauetta in conſil.272.nume.19.Cephal.conſi.10.num.14.& 15.lib.1.Gomeſ. Variar.reſolut.de contract.cap.2. numer. 9. Immo nec contractum innominatum dicat Pinel.in leg.2.C.de reſcind.vend.in 2. par. rubricæ cap.1.nume. 21. quia pretium non eſt certum,& contrahentes tantum de venditione cogitarunt per tex.quem allegat in l.verbis ciuilibus,ibi ne fiat contra voluntatem. ff. de vulgar. & pupill. & ſubiungat. cum Gomeſ.non eſſe dandam actionem ad iuſtum pretium etiam traditione ſequuta; quia cum illa conuentio, vt ipſe inquit,ſit nulla ex defectu ſubſtantialium,non poteſt per obliquum ſuſcitari ex traditione ſubſequuta.l.obligationes,quæ proprijs uiribus ff.de actio,& obligat.l.nunquam nuda.ff.de acquir.rerũ domi. Tamen etſi uenditio non ſit,quia pretium non eſt certũ d.§. pretium Inſt.de emp.& vend.l.fin. C. de contrahen. empt.agi poteſt ut uendatur,non ex contractu venditionis,ſed innominato l. ſi fundus 16.§.fi.ff.de pign. & hypot.l. etſi æquo 65. ff.de lega.1.Nam ubi contrahentes ipſi uẽditionem appellant eam conuentionem, quæ non eſt uẽditio, intelligitur eſſe contractus innominatus.l.Inſulam.ff.de præſcrip. verbis.ubi glo.Caſtren.& Iaſ.& facta traditione dico actionem eſſe dandam præſcriptis uerbis ad pretium conſequendum,quæ datur,ut fiat id,quod eſt conuentum l. Naturales §.& ſi quidem.ff.de præſcriptis uerbis uti declarat ibi Bar.Caſtren.num.7.Iaſ. nu. 6.& infra num.5.uerſi.quod utroque iure.

3 Aut uenditio ſit iuxta æſtimationẽ faciendam per Titium,& tunc quicquid dicat Pinellus ubi ſupra num.6.argumento l.fin.C. de contractu empt. & le.ſi merces. ff. locati. Deciſio Imperatoris conſtituit quod uenditio ſic fieri poſſit,& quod contractus uenditionis ſub hac conditione perſiſtat, & ideo conditionalis, & ualida dicitur dict.§.Pretium.ibi ſed noſtra deciſio ubi Faber.& Angel.Inſtit.de empt.& uendit.leg.fin. C. de contrahen.empt.ubi Doctores leg. neceſſario.§.ff.de peric.& commod. rei uenditæ. l. ſi quis.35 ff.de contrahen. empt. Bartol. & Caſtren.in dicta leg.ſi merces Corne.conſi. 50.libr. 1. Decius conſil. 648. Burſatus in conſi.149.num.25.lib.2.Simon.de Prætis. conſi.6.num.16.Afflictus deciſ.280. per totum. Quod ampliatur, etiam ſi fuerit dictum iuxta æſtimationem faciendam per æſtimatores communiter eligendos ſecundum Bart. Caſtren. Corn. Decium & Burſatum ubi ſupra, & non videtur diſcrimen inter uenditionem factam iuxta æſtimationem faciendam per Titium, ſiue per æſtimatores eligendos. quia uidentur iam electi, aut pro electis ſunt habendi, quia quod ex pacto, iam deſtinatum, & conſtitutum eſt,habetur pro iam facto leg. etſi non ſunt §.quid ergo leg.lana leg.veſtimentorum.ff. de auro,& argen. legat. leg. Ligni. §.1. leg. ſi cho-

Digitized by Google

ſi chorus.n.1.ff.de legat. Afflictus dicta deciſ.280.

Sed Titio non æſtimante, ſiue poſtea electis non æſtimantibus. & ſic conditione æſtimationis faciendæ per electos non purificata, nulla tunc intelligitur facta venditio, vt dicit tex.in d.l.fin.vbi gloſſ. Odofred. Cyn. Ioannes Faber. Bartol. remiſſiue ad tex. in leg.ſi quis arbitratu.ff. de verborum oblig. Bald. Ang. Salycet. Caſtren.& cæteri omnes C.de contrah.empt. vbi dicunt idem eſſe in locatione. Io.Faber.& Ang.in d.§. Pretium & allegati Doct.in d.l.fi. Rota diuer. in deciſ.132.num.2.& 3.par.1.

4 Nec ſecundum præallegatos, Titio non æſtimante poteſt recedi ab eius perſona, & alijs committi niſi forte fuerit ex contrahentibus, vt bene per Ioannem Fabrum.in d.§. Pretium.num.5.Ang.nu.3.Cyn. Bal. Ang. Salycet.& Caſtren.in d.l.fin.

5 Secus autem eſt de iure canonico, quo poteſt & debet recedi, & ad arbitrium boni viri eſt recurrendum vt tenet Soccin. in l.ſi quis arbitratu col.16.ff.de verborum. obliga.& in conſi.44.num.9.lib.1. poſt Archid. in c.ſunt nulli, 1.q.1. Abbas in cap. de decimis, quos ſequitur Pariſ.in conſil.132.nume.5.lib.4.

Quod vtroque iure procedit ſi res non ſit integra, quia eſt deuentum ad traditionẽ rei, ſiue ſolutionem pretij in totum, vel pro parte per allegata ſupra ſub num.2. in fine. Bald.in d.l.final.quem ſequuntur Imola in d.l.ſi arbitratu. colum.6.in fine Iaſ.in d.l.ſi mitat. Soccinus colum.8. in fine. & colum. 14.& d.conſi.44.nume.9.lib.1.quos ſequitur. Pariſ.in dicto conſil.132.nume.2.& 3. lib.4.

SVMMARIVM.

1 *Pactum reſeruatiuum dominij, facit venditionem conditionalem.*

2 *Pactum reſeruatiuum dominij valet.*

3 *Pactum reſeruatiuum dominij non valet, & quando.*

4 *Venditio ob pactum reſeruatiuum quandoq; tranſit in locationem.*

5 *Venditor cum illo pacto poteſt alteri vendere, & rem venditam vendicare.*

Caput 1. Quæſtione 96.

Solent venditores rerum venditarum ſibi dominium reſeruare donec integrum pretium ſibi ſoluatur, quod pactum maiores noſtri dominij reſeruatiuum appellant. Huius occaſione quæritur. An pactum reſeruatiuum dominij faciat venditionem ipſam conditionalem. Sed quia nemo poteſt videri eam rem vendidiſſe, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem trãſeat; ſed hoc aut locatio eſt, vel aliud genus contractus vt eſt de hoc tex.in l.cum manu.80.§.nemo vbi gl. Odof. Alber. Bald. Saly.& cæteri ſcribentes. ff.de contr.empr. Mauis dubium inde reſultat an iſta venditio nuncupari poſſit cum illo pacto, quia ex diſpoſitione d.§.nemo.cõtra naturam venditionis eſſe dignoſcitur vt ab ea, vt valeat veniat reijciendũ, ac pro nõ adjecto habeatur, vt colligitur ex allegatis

1 per Afflictum in deciſ.338.in princ. Verum conditionalem venditionem ob illud pactũ dominij reſeruatiuum, donec ſoluatur pretium appellant ex Bald.in l.1.in princ.C.de legatis Abbas in conſi.66.col.1.lib.1.Emil. in conſi.120.nu.3.Magonius in lucanis deciſ.31.num. 10.Surdus deciſ.305.num. 39.

2 Nam tale pactum dominij reſeruatiuum temporale donec integrum pretium ſoluatur valet, & naturæ contractus venditionis, conuenit, & tacite ineſt Fabia. de monte de empt.& vendit.qu.5.num.37. Quod fuit de mente Cyn.in leg.inciuile.C. de rei vendicat & in l.ſi non donationis.C.de contrah. empt.& Bald.dicit tale pactum eſſe naturale in rubr.C.eod.quæſt.13.per tex.in §.venditæ Inſtitu.de rerum diuiſione etſi ibidem in quæſt.11.dubitet de eius validitate idem tenet Afflic.in deciſ.338.ſub num.4.& ſeq. Tiraq.de retract.conſang.§.1.glo.2.nu.36. Quãdo enim reſeruatio eſt facta ad tempus, non autem in perpetuum ceſſat diſpoſitio. d.l.cum manu.80.§ nemo.ff.de contrah.emptio.Io.And.in addit.ad Specu.de empt.& vend.§.1.col.4.incipien.facile ergo erit. Fabia.d.tract.q.7.col.5.verſi.ſequitur tertium Decius conſi.440.in prin. Bertazz.de Clau.

3 clauſ.15.glo.3.& 4.num.2. Ceſſat etiam diſpoſitio d.§.Nemo.& valet pactum quoties venditio cum illo pacto non poteſt tranſire in contractum locationis, vel aliud genus contractus, quia tunc pactum annullatur, ſecus ſi poteſt tranſire in aliũ contractũ Affli.

1. par. 1. Niſi forte ſolutio ſit facta non impleta, illa conditione, quæ erat implenda
in perſona Pupilli, & non conſtet de verſione in vtilitatem ipſius Pupilli, vt probat caſibus medijs Soccinus in dicta leg. ſi fundus
num. 2. per totum. Nam ſecundum eum eſt
magna differētia quod ſoluatur Tutori per
debitorem obligatum Pupillo, & quod ſoluatur Tutori pro conditione implenda. Pri
mo caſu ſoluēs Tutori liberatur ſine dubio
per iura deducta, ſecundo non vtique niſi
conſtet pecuniam ſolutam fuiſſe verſam in
vtilitatem pupilli, vt probauimus ſupra in
prima parte num. 17. capi. 6. cum declaratio
ne, de qua ibi & in hac 2. parte hoc eodem
cap. 1. q. 52. in fine faciunt allegata in q. 53.
num. 2. & ſequen.

S V M M A R I V M.

1 *Tempus ſtatim currere videtur non expectato conditionis euentu.*

Intellige, & declara nu. 10. & 11.

2 *Conditionis implemento non contrahitur, nec quaſi.*

3 *In contractibus conditionalibus debet inſpici tempus contractus, non tempus conditionis impleta.*

4 *Venditio conditionalis ſtatim eſt perfecta.*

5 *Contrahentes non poſſunt recedere à venditione conditionali, altera parte inuita.*

6 *Creditor conditionalis in cauſa diſcusſionis, debitoris tenetur opponere de ſuo credito intra tempora alijs creditoribus ſtatuta.*

7 *Tempus currit ante impleta conditionis. 9.*

8 *Dominium non transfertur, niſi conditione impleta.*

10 *Tempus non currit pendente dubio euentu.*

11 *Conditio poteſtatiua ſi pars grauata negligit implere, habetur pro impleta.*

Caput

Caput 1. Quæſtione 99.

SI eſt appoſitum tempus in contractibus
conditionalibus, dubitatur an debeat
currere a die celebrati contractus, vel po-
tius impletæ conditionis. Et videtur ſtatim
1 currere non expectato conditionis, euentu
l. 1. §. Biduum. ff. quand. appell. ſit c. biduum
in princ. 2. qu. 6. Facit Guido Papen ſ. in de
ciſ. 257. col. 2. verſ. Sed iuxta præmiſſa, & al-
legata ſuperius in quæſt. 59. Quia per adim
2 plementum conditionis, non contrahitur,
nec quaſi contrahitur per allegata ſupra in
quæſt. 53. & in qu. 95. Quod comprobatur,
3 quia in contractibus conditionalibus debet
inſpici tempus ipſius contractus, non tem-
pus conditionis l. ſi filiusfamilias vbi Bart.
& alij ff. de verborum oblig. l. 2. § ea quoq;
ff. de collat. bonor. l. 2. ff. de ſtipulat. Seruo l.
quæ legata. & l. ſequen. ff. de reg. iuris glo. &
Doct. in l. ſi Vxor C. de condit. inſert Bar. in
l. Si rem meam ff. de verbor. obligat. Et ven-
4 ditio conditionalis eſt ſtatim perfecta ante-
quam conditio exiſtat l. neceſſario, §. ſi ita
res ff. de peric. & commod, rei vend. in fine
vbi glo. in verbo perfectam eſſe. Neque li-
5 cet alteri contrahentium inuito altero ab ea
diſcedere vt dicit d. gl. & l. 1. in prin. C. eod.
§. 1. Inſtit. de empt. & vendit. l. 1. & 2. C. quã
do liceat ab empt. diſced. Oſtien. in ſumma
de empt. & vendit. §. 2. in fine l. ſi in vendi-
tione ff. de peric. & commod. rei vendi. cum
alijs allegatis in ſpecie per Salycetum in l.
ſicut col. 2. nu. 3. verſi. Quæro ab extra C. de
actio. & obligationibus.
6 Hinc eſt quod creditor conditionalis te
netur opponere ius ſuum aduerſus, ſubha-
ſtationes intra tempus ſtatutum creditori-
bus, ad deducendum eorum creditum, non
aliter expectata conditione, ne ipſa poſtea,
eueniente excludatur a ſuo credito, quia nõ
oppoſuit in tempore creditoribus ſtatuto,
vt notanter voluerunt Iaſ. poſt alios in l. ſi
ſtipulatus, fuerim §. cum ſtipulamur ff. de
verborum obligat. Catell. Cotta in memor.
incipien. ſtatuto, vel Decreto in prin. & mit
titur in poſſeſſionem l. in poſſeſſionem vbi
gloſ. hoc declarat & l. filiofamilias ff. quib.
ex cauſ. in poſſeſſeatur, & poteſt petere ſepa
rationem bonorum §. creditoribus ff. de ſe
parat. & alia multa de quibus ſupra in q. 38.
nume. 10. & ſequen. licet contrarium ſit in
vltimis voluntatibus, in quibus inſpicitur,
tempus euenientis conditionis per allegata
ſupra in quæſt. 36. ſub nume. 5. & ſequen. &
in quæſt. vlt. in princ. & fuit reſolutũ in Ma-
ceratem hæreditatis coram meu. d. Iuſto.
7 Verum tamen Cuman. in l. 1. §. annuſ. ff.
quand. actio de pecul. dicit tempus currere
a die impletæ conditionis per tex. in leg. Ti
tius 48. §. procedit autem ff. de excuſat. Tu-
tor. qui tex. eſt in propoſito valde notabilis
Alberic. in d. l. 1. §. annus. ff. quand. act. de pe
cul. & in par. 1. ſtatu. quæſt. 97. Sed nunquid
proximior in fine, allegaut etiam tex. in l. ta
li in princ. C. de iure dotium in l. Bouem. §.
ſi ſub conditione ff. de ędilic. edict. & in leg.
Caius 19. ff. de excuſat. Tut. qui vtique nota
bilis mihi videtur. Sequitur Bald. in Tract.
prothomis col. 5. verſi. ſed quæro quid ſi ali
qua res, qui allegat tex. in l. 1. ff. de iure de-
liberan. Bellame. in cap. conſtitutus colum.
12. verſi. quarta pars. de reſtit. in integr. Ce-
polla In d. l. Bouem. §. ſi ſub conditione nũ.
6. l. cum notiſſimi §. illud C. de pręſcript. 30.
vel 40. anno. Afflictus de iure Prothomis in
verſic. licet enim ſupra diximus col. antepe-
nult. verſi. ſed an ſi vendita Corneus in con
ſilio 245. col. penult. verſi. & ideo decet. lib.
4. Mohed. deciſ. 218. alias 1. de Tranſact. im
mo potius de pactis per dictum conſ. Corn.
& in conſ. 445. eod. volu. & per doctrinam,
Bart. in l. ſi cui legetur ff. de legatis 1. Puteus
8 deciſ 6. de tranſact. Quia non transfertur do
minium niſi conditione impleta ex contra-
ctu conditionali l. hæc venditio. ff. de con-
trah. empt. §. ſub conditione vbi Arc. & My
ſing. Inſtit. de verbor. obligat. l. cedere diem
ff. de verbor. ſignifi. l. ei qui ita hæreditatem
ff. de condit. Inſtit. l. qui heredi §. vlt. ff. de cõ
dit. & demon. l. qui abſenti §. 2. vbi Bartol. &
alij ff. de acquir. poſſeſ. c. ſuper eo. de condit.
appoſ. vbi gloſſ. allegat concordantes Facit.
tex. in l. fin. §. ſin autem auaritiæ cauſa. C. cõ
mun. de legatis quem allegat Bald in conſi.
9 351. lib. 3. & ideo Bart. in d. l. 1. §. biduum in
fine ff. quando appell. ſit firmat tempus pe
tende reſtitutionis in integrum, incipere a
die impletæ conditionis, non autem celebra
ti contractus conditionalis, ſeu latæ ſenten-
tię ſub conditione, quod nã pluunt Odofr.
de reſtit. in integ. q. 19. artic. 6. nume. 40. Et
eſt regulare vt tempus non currat niſi con-
ditione impleta, ut probãt allega. ſupra ſub
num. 7. & uoluit Barto. in l. ſi cui legetur in
fine princ. & poſt eum ibi Bal. Ang. Cuma.
Florian. Alexa. Franci. de Aretio & Iaſ. ff. de
legat.

legat. primo Bald. in leg. id quod pauperibus column. 13. verſicul. an iſte annus. C. de epiſcop. & cleric. & in l. 1. in 12. quæſt. C. de hjs quæ pænæ nomi. & in rubr. C. de cõtrahenda empt. quæſt. 23. Nam tempus appoſitum actui ex futuro euentu, vel facto
10 alterius dependenti nõ currit dubio illo euẽtu futuro pendente d. l. 3. §. ſi quis, ff. de ſtatu libe. l. ſi cui. ff. de leg. 3. leg. ſi rom. §. ſi. ff. de pignor. actio. l. ſi mandaucro ff. mandati. gl. in l. in illa ſtipulatione ſi Kalendis, ff. de verbo. oblig. cum alijs per Socin. conſi. 76. Verſa facti contingentia; column. 3. num. 7. verſic. confirmatur alia bona ratione libr. 1. & faciunt allegata per Caſtren. in conſi. 21. in 1. dubio. libr. & per Angel. in conſi. 26. in fine. & hanc tenuit Rota in pluribus cauſis, vt in Roma. Domus corã Bruno 26. Octob. 1579. & in alia Romana Detractus Palatij. 10. Nouembris 1604. verſ. quantum ad ſecundam difficultatem; & coram vbi pendente conditione dicunt non eſſe locum retractui nec ideo curiere tẽpus datum ad retrahendũ quia nam Valenti agere nõ currit tempus datum ad agendũ. l. 1. ff. de dival. except. l. 1. C. de bonis mater. Tiraq. de retrat. lignag. §. 1. gl. 2. n. 2. & ſeq. gl. num. 44. 55.

Neque obſtare videtur tex. in d. l. 1. §. biduum, & in c. biduum ſupra in princ. allegati. Quia loquuntur de ſententia lata ſub conditione, quod eſt ſpeciale in ea propter rem iudicatum, vt notat Bar. in d. §. biduum Alexand. in d. l. ſi cui legetur. §. 1. in prin. Iaſ. column. vlt. ff. de legat. 1. gl. in d. c. biduum. 2. quæſt. 6.

11 Et alia iura loquuntur in conditione poteſtatiua, quam ſi pars grauata negligat adimplere iura, habent pro impleta, & ſtatim currit tempus leg. 1. §. qui ſub conditione vbi Cuma. ff. ſi quis omiſ. cauſ. Teſta. Bald. in l. cum qui. C. eod. Rim. in l. quandiu inſtitutus col. 2. verſ. nota. ff. de acquiren. hæred & in conſi. 9. & 84. col. 2. verſicul. 2. & ibi addentes litera; C. Balbus de præſcript. in 3. quæſt. 4. par. princ. colum. 2. num. 7. verſic. ſecundo per ea Bald. & Ang. in d. leg. 1. §. qui ſub conditione. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtamen. & ſupra. quæſt. 29. numer. 4. & 31. & 6 8. & ſequent. & numer. 17. faciunt notata per Tiraquel. de retractu. conuentional. §. 5. glo. 4. num. 21. & ſequen. & num. 27.

S V M M A R I V M.

1 *Locus celebrati contractus, non purificatæ conditionis eſt attendendus: contrarium in dote.*

2 *Gabella eſt ſoluenda in loco contractus non in loco conditionis, & inſpicitur tempus contractus.*

3 *In vltimis voluntatibus attenditur locus euenientis conditionis; ac tempus.*

Caput 1. Quæſtio 100.

Eſt in aliquo loco celebratus cõtractus ſub aliqua conditione, quæ poſtea in alio loco euenit. Huius facti occaſione non incongrue quæritur cuius locus ſit attendendus, ſcilicet celebrati contractus, vel implementi conditionis.

1 Et attendendum eſſe locum celebrati contractus trad. e gloſſ. in leg. ſi vxor. 42. ff. de iudic. quam communiter ibi ſequuntur Odofred. Bartol. Alberic. & Bald. extenſiue ad tex. in leg. exigere 65. ff. eod. vbi etiam Angel. & Caſtren. in dicta leg. ſi vxor. & in dicta leg. exigere. Verum in dote attenditur locus purificatæ conditionis, quia actio de dote eſt priuilegiata quantum ad ius fori in hoc, vt per purificationem conditionis factam in aliquo loco maritus efficiatur de foro illius loci, vt non poſſit illud declinare, ita ex gloſ. probat Angelus in d. l. ſi vxor. & ibi addentes. & omnes pręallegati in d. l. exigere. Sed in taxando valore monetæ dotis reſtituendæ attenditur locus celebrati contractus, non autem purificatę conditionis dotem reſtituendi, vt late, & eleganter defendit Surdus. in deciſ. 227. Valorem Aurei &c. per totã, vbi in indiuiduo dubitabatur, an diſpoſitio tex. in d. l. exigere dotem procedat in taxando valore monetæ ſolutæ, & fuit reſolutum non procedere per iura, & rationes late ibi adductas.

2 Hinc eſt (ſalua, & exceptuata dote ut ſupra) Vt ſtante ſtatuto, q nõ ſoluatur Gabella de contractu celebrato in Nundinis. Si in illis fiat cõtractus ſub conditione, quæ eueniat poſt nũdinas, non ex eo debebitur gabella ſolui ſolita inſpecto tẽpore cõditionis euenĩetis ut tradit Bal. in l. vnica nu. 5. C. de nũdinis & idẽ in effectu dicit Bar. ĩ l. sãcimus. C. de cõſulib. li. 12. Aret. in l. hæres quãdoq; alias hæres quoq; in fine ver. et ad illã quæ-

Gg ſtionem

tionem.ff.de acquirend. hæredit. & in conſil. 11. Procedendum eſt breuiter. ſub num. 2. verſi. & ideo per prędictas leges. glo. in d. l. ſi vxor. 42. ff. de iudicijs. & arg. l. ſi filiusfamilias. ff. de verborum obligat. Tiraq. de retractu conuentionali. §. 5. gl. 4. nu. 27. verſic. Quod autem ſi quis interim &c. Et ideo debet ibi ſolui gabella, vbi eſt initus cōtractus conditionalis, non vbi exiſtit conditio, vt per Bertach. in tract. de Gabel. in 5. par. prin. q. 11. & in 6. par. q. 1. vbi allegat concordantes, & in 3. par. 8. partis princ. q. 27. quod tamen intellige, & declara ſecundum diſtinctionem, quam facit Bald. in d. l. vnica ſub. num. 5. C. de nundinis.

2 Idem eſt, ſi ſtatutum prohibeat contrahi ſuper bonis rebellium, quia & ſuper eis contractus conditionalis non valet, etſi cōditio exiſtat poſt rebannitionem, vt notat Bal. in d. l. vnica. in fine. C. de nundinis Iaſ. in d. l. ſi filiusfamilias num. 2. ff. de verborum oblig. folio mihi. 109.

3 Secus tamen eſt in vltimis voluntatibus, in quibus ſitut attenditur tempus euenientis conditionis. Iaſ. vbi ſupra, num. 3. & allegatr ſupra in q. 36. ſub nume. 5. & ſequen. & infra in quæſt. vlt. in prin. ita & eiuſdem cōditionis euenientis locus debet attendi per eandem rationem.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres ſiue legatarius ſub conditione facienda poteſtatiua debet ſcire illius implementum vt poſsit adire, legatumue conſequi.*
2 *Ignorantia implementi ſuſpendit aditionem.*
3 *Conditio caſualis ſufficit, quod ſit impleta ſiue ignoranter ſiue ſcienter.*
4 *Credulitas quando concurrit cum veritate idem operatur, quod veritas.*
5 *Aditio facta ex vno capite ſubſtinetur ex alio.*
6 *Conditio iuris ſufficit, quod ſit impleta quocumque modo ſcienter, vel ignoranter.*
7 *Scientia quomodo probetur.*
8 *Hæreditas vt poſsit adiri, debet eſſe delata, & id hæres ſcire debet.*
9 *Hæres, vt poſsit valide adire hæreditatem, debet eſſe certus de ſuo iure, & non errare.*

Capvt 1. Quęſtio. 101.

AD hoc vt hæreditas ſub conditione relicta adiri poſſit, & legatum conſequi; oportet conditionem eſſe impletam; eſt. n. hoc de natura conditionis, vt prius impleatur, quam quis emolumentum conſequatur ut ſæpe fuit dictum ſup. Quod tamen velim intelligas ſecundum diſtinctionem traditā ſupra in q. 36. Huius dicti occaſione dubitatur, An hæres, ſiue legatarius ſub aliqua conditione, quæ fuit impleta, honorati debeant illius conditionis implementum ſcire, vt poſſint hæreditatem adire, ſiue legatum conſequi. Et tex. in leg. multum intereſt. 21. ff. de condict. & demonſtrat. ita diſtinguit.

Aut enim conditio eſt hæreditati, ſeu legato expreſſe a Teſtatore appoſita, Aut tacite intelligitur appoſita a lege, Ideſt Aut eſt conditio facti, aut conditio iuris de quibus ſupra in part. 1. cap. 3. in princ. Primo caſu ſi eſt conditio facti eſt iterum diſtinguendum, Aut enim hæres ſciebat ſe ſub conditione inſtitutū, vel ſibi fuiſſe relictum legatū; ſed tamen ignorabat conditionem fuiſſe impletam, Aut putabat ſe pure inſtitutum fuiſſe, vel ſibi pure fuiſſe relictum legatum, cum eſſet ſub conditione.

1 Primo caſu, aut conditio eſt poteſtatiua, aut caſualis, ſi eſt poteſtatiua debet eſſe impleta ſciente hærede; ſiue legatario, ita dicit tex. in dicta leg. multum intereſt. 21. & gloſſ. 1. ibi primo caſu. & gloſſ. in verbo facti, quam ſequuntur ibi Odofred. Barthol. Alberic. Bald. in princ. Imola nume. 1. Soccin. ſub num. 5. verſi. aliquando ſciebat. per tex. in leg. ſed etſi de ſua. §. final. ff. de acquirend. hæred. & in leg. 2. in fine. ff. de condit. & demonſtr. quod comprobat multis rationibus, & authoritatibus, & diluit contraria. Quia ignorantia adimplementi ſuſpendit aditionem. leg. hæres. 32. §. ſed etſi ſcit. ff. de acquirend. hæred. Soccin. in d. leg. multum intereſt numer. 4. ff. de condict. & demonſtr.

3 Si conditio eſt caſualis ſufficit, quocumque modo, ſiue ignoranter, ſiue ſcienter impletam fuiſſe, leg. 2. & l. hæc conditio & ibi Doctor. ff. de condit. & demonſtr. glo. Odofred. & Bart. in d. l. multum intereſt in prima oppoſitione Alberic. & Soc. numer. 2. & ſupra in qu. 39.

4 Si vero

4 Si vero putabat ſe pure hęredem inſtitu-
tum, cum eſſet inſtitutus ſub conditione, &
conditio erat adimpleta, valet aditio hęredi
tatis, quia credulitas concurrit cum veritate
vt ex Dyno & Bart. communiter approba-
tis firmat Soccinus in d. l. multum intereſt.
nu 5. verſi. In glo. ſecunda ff. de condit. & de
monſtr. & eſt tex. notabilis in l. ſed ſi 34. §.
ſed & ſi cum ff. de acquir. hęred. & quidem
valet aditio, non ex capite, quod credebat
ſe pure fuiſſe inſtitutum, & ſic hæreditatem
ſibi delatam, ſed ex capite hæreditatis ſibi
delatæ conditione purificata ita gloſ. in d. l.
multum intereſt in verbo ignorauit, & in ad
dit. & Bart. in 2. oppoſi. Quia aditio facta ex
5 vno capite ſubſtinetur ex alio. l. ſi quis extra
neus. §. fin. ff. de acquir. hæred. quam allegat
d. glo. & Bart. ibi & Soccin. in d. num. 5. ver
ſic. notabis tamen. Ex quo Bart. Imola Soc-
cin. & alij ibi inferunt ad multa extra mate-
riam circa credulitatem & opinionem con-
currentia in aliquo actu cum veritate, quæ
ſine veritate non infetrent vt patet ex alle
gatis per notam diuer. in deciſ. 42. num. 35.
& ſequen. par. 2.

6 Secundo vero caſu ſi conditio tacite in-
telligitur appoſita a lege, quæ ideo dicitur,
conditio iuris, & tunc ſufficit, quocumque
modo fuiſſe adimpletam, ſiue ſcienter, ſiue
ignoranter, vt aperte dicit ibi tex. in d. l. mul
tum intereſt verſic. quæ vero ex iure vbi gl.
in verſi. ſecundo caſu. Bart. Alberic. Bald. in
princ. Imola num. 1, & Soccin. numer. 3. Ex
quo ibi Imo. & Soccin. inferunt, quod mi-
tius agitur cum leg., quam cum hom ine.

7 Quomodo enim probetur ſcientia tradi-
dimus ſupra in dicta quæſt. 39. num. 3. & de
ipſa probanda multa tradit poſt alios Ma-
ſchard. li. 3. de probationibus cõcluſ. 1293.
Scientiam per totam & in d. quæſt. 39 po-
ſuimus multa ad propoſitum huius queſtio-
nis facientia, quæ poterant coniungi, ſed
dum de illa diximus, de hac non ſumus re-
cordati.

Et ratio quare conditio facti ignorante,
hærede purificata faciat aditionem hæredi-
tatis non valere eſt, quia talis conditio non
ſolum ſuſpendit aditionem, quando non eſt
purificata ſecundum eius primum effectum
de quo ſupra in prima par. capit. 8. in prin.
Verum etiam illam ſuſpendit, ſi eſt purifi-
cata, & ignoratur, vt de mente Barol notat
Caſtren. in dicta leg. Multum intereſt, quos
8 ſequitur ibi Soccin. num. 4 Nam hæreditas
ad hoc vt poſſit adiri non ſolum debet eſſe
delata, ſed & etiam debet hæres ſcire dela-
tam eſſe l. 1. §. ſcientiam ff. de bonorum poſ-
ſeſ. ſecund. tab. glo. & communiter ſcriben-
tes in l. is poteſt ff. de acquir. hæred. Et qui
ignorat conditionem ſub qua hæreditas eſt
relicta fuiſſe adimpletam, ignorat vtique
fuiſſe delatam, quæ ignorantia ſecundum,
Imolam in dicta leg. multum intereſt num.
3. verſic. Immo etiam, impedit acquiſitio-
nem, eum refert, & ſequitur ibi Socc dicto
nume. 4. verſic. Vel dicamus Secundum Io.
9 de Imola. & eſt regulare vt quis poſſit vali-
de hæreditatem adire, quod debeat eſſe cer-
tus de iure ſuo, & quod non erret dicta l. 1.
§. ſcientiam ff. de bonorum poſſeſ. ſecund.
tab. l. qui. hæreditatem 15. ff. de aquiren. hæ
red. l. hæres 32. ff. eod. ubi in §. fin. leg. ſed &
ſi 34. l. Pater 92. l. ſi is 22 ff eod. l. Nec noſ.
4. C. de poſt lim. reuer. §. pro hærede Inſt. de
hæred. qualit. & different.

SVMMARIVM.

1 *Actus legitimi diem, uel conditionem non recipiunt.*
2 *Actus legitimi diem, uel conditionem recipiunt.*
3 *Actus quidam legitimi non omnes diem, uel conditionem recipiunt.*
4 *Actus legitimi qui diem, uel conditionem non recipiunt, qui ſint & qui non ſint, & quomodo cognoſcantur.*
5 *Actus omnes legitimi recipiunt diem, uel conditionem conſiſtentem in iure.*
6 *Actus legitimi recipiunt tacitam, conditionem.*
7 *Expreſſa tamen uitiaret.*
8 *Etiam ſi eſſet appoſita de præſenti, uel de præterito.*
9 *Niſi expreſſa reſpiceret exequtionem actus.*
10 *Tutor a Iudice non poteſt dari ſub conditione in Teſtamento ſic, & rationem aſſignat.*

Caput 1. Quæſtione 102.

VTrum ſit ſemper verum, quod ſupra
in prima parte capit. 6. in fine, & a-
libi ſæpe notatum, dimiſimus, quod ſci-
licet actus, legitimi non recipiant diem,
neque conditionem, & quod per adiectio-
nem temporis, vel conditionis, in to-

tum vitientur. Et eſt diſtinguendum. Aut enim intelligimus de omnibus actis legitimis, aut de aliquibus notatis in leg. actus 78. ff. de reg. iur. & in cap actus 50. de reg.
1 iur. in 6. & in alijs iuribus. Primo caſu, aut dies, vel conditio eſt contra ſubſtantiam, vel naturam ipſorum actuum, vt ipſos, actus vitiet, atque inficiat, & procedit generalis regula in omnibus actis legitimis, vt diem, vel conditionem non recipiant, ita Ioan. And. poſt Dyn quem allegat. in dicto cap. actus nume. 1. & 4. de reg. iur. in 6. Cuman. in conſil. 99. nu. 1. & ſequen.

2 Aut dies, vel conditio non eſt contra ſubſtantiam, vel naturam actuum, quia ipſos non inficiat, & tunc procedit alia generalis, regula proxime pręcedenti contraria. Quod omnes legitimi actus diem, vel conditionem recipiant. §. omnis vbi gloſſ. in verbo, omnis Aretin. & cæteri ſcribent. Inſtitu. de verborum obligat. l. 1. C. de iure emphiteut. leg. 2. ff. de in diem adiect. §. emptio Inſtitu. de empt. & vend. Dynus in dicto cap. actus 50. de regu. iur. in 6. eum ſequitur ibi Ioan. Andr. in princ. & nume. 4. Cuman. dicto cõſil. 99. Decius in dicta leg. actus 78. nume. 3. & 4. Cagno. numer. 4. multos adducit ff. de reg. iuris.

3 Id enim, quod dicitur ibi in tex. Actus legitimi, qui non recipiunt diem, vel conditionem &c. reſtringitur ad certos actus, ut procedat, regula in contrarium, omnes ſcilicet legitimi actus diem, vel conditionem recipere, ita poſt glo. in dicta leg. actus determinat Dynus in dicto cap. actus nume. 11. vbi Ioan. And. in princ. de regul. iuris in 6. Decius in dicta leg. actus. 78. numer. 4. huc pertinent allegati ſupra in quæſtio. 59.

4 Difficultas itaque eſt an reſtringitur ſolummodo ad caſus emancipationis, acceptilationis, aditionis hæreditatis, optionis Serui, & dationis Tutoris enumeratos in dicta leg. actus. ita vt omnes alij, præter iſtos, diem uel conditionem recipiant, & pro affirmatiua fuerunt Cardinalis in conſi. 103. Caſus ſuper quo colum. penult. uerſic. ad Secundum, Cuman. in dicto conſil. 99. Suppoſito tenore. Curtius Iunior in l. cum quid. columm. 5. nume. 14. ff. ſi certum petat. Dum præallegatis in locis affirmant. Actus illos pro quibus ſe ſubſcribunt poſſe fieri, ſub conditione, quia non ſunt de quinque enumeratis in dicta leg. Actus. 78. Quod, & comprobauit Alexan. in leg. a Diuo Pio, §. in uenditione colu. 6. in fine ff. de re iud. & Decius, in dicta leg. actus ſub numer. 4. Hanc tamẽ opinionem affirmatiuam, (amplectendo negatiuam) alios ſcilicet præter, ibi enumeratos actus adeſſe, qui diem, & conditionem non recipiant, reprobauit ex gloſ. & Doctor. in dicto cap. actus de regul. iuris in 6. Cagnolus in dicta leg. actus ſub numer. 4. uerſic. Nec ſe reſtringere oportet, ff. de regul. iur. Quo loci ideo Firmat regulam, quod omnes legitimi actus poſſint fieri pure, in diem, uel ſub conditione, prout & nos ſuperius affirmauimus, niſi in caſibus a iure expreſſis, quorum aliqui non omnes ſecundum eum ponuntur in dicta leg. actus 78. aliqui per glo. in dicto cap. actus, & in alijs locis, quos ibi proſequitur. Sed non omnes ponit actus, & non omnes clare alibi apparent, ut in dicto textu. Ideo ad illos cognoſcendos conſtituamus regulam, quam poſuimus, in princ. huius Quæſtionis, qua inſpiciendum ſit, an dies, uel conditio ſit contra ſubſtantiam, uel naturam ipſorum actuum, ut ipſos uitiet, atque inficiat, & tunc actus illi erunt de compræhenſis ſub iſta regula. Actus legitimi. ff. de reg. iuris. Si dies, uel conditio, non ſit contra ſubſtantiam actuum, ut illos non uitiet, neque inficiat, & tunc non erunt de compræhenſis ſub iſta regula, ſed ſub regula contraria. Quod ſcilicet omnes, legitimi actus diem, uel conditionem recipiant, per iura ſuperius allegata. Ita ut non ualeat conſequẽtia, non eſt de enumeratis in dicta leg. actus ergo recipit diem; uel conditionem, eſt de enumeratis ergo, diem, uel conditionem non recipit, ut uoluerunt Cuman. Cardinalis Curtius Iun. in præcitatis locis, & Decius ex eis in dicta leg. Actus num. 3. & 4. ff. de reg. iur.

Cognoſcuntur, etiam actus illi ex eo, quod non poſſunt ſtare in ſuſpenſo, ut colligitur ex traditis per Cagnolum, in d. leg. actus numer. 12. 13. & 18. & tamen dies, & conditio ſuſpendunt Actus ut ſupra parte 1. cap. 1. & cap. 88. & alibi ſæpe extat firmatum.

5 Verum enim vero id, quod dicitur de legitimis actis qui diem, & conditionem contra eorum ſubſtantiam, & naturam non recipiunt, eſt intelligendum de conditionib. quæ in facto conſiſtunt, non de illis, quæ cõſiſtunt in iure, quia valet aditio hæreditatis

ſub

ſub iſta conditione, ſi poſſum illam de iure adire arg. l. multum intereſt. 21. ff. de cond. & dem. Bar. licet dubitando in l. etſi conditionalis. ff. de auth. Tutorum.

6 Cum enim non ſit conditio extrinſeca, ſed Intrinſeca, & neceſſaria, non habetur pro conditione vt in iſtis terminis late firmat Bald. in l. potuit 5. in q. 8. nu. 15. & 16. C. de iure deliber. & cum ſequitur Decius. in d. l. actus nu. 6. Cagno nu. 6. verſi. non obſtat. nu. 11. 25. & 26. ff. de reg. iur.

Quod idem pariter procedit in conditione tacita quæ ex natura actus intelligitur, & dicitur legalis, & intrinſeca. Decius in d. l. actus. nu. 8. Cag. nu. 28 & ſup. in par. 1. c. 2. num. 27. & c. 3. nu. 8. & ſequen.

7 Quæ quidem tacita tamen expreſſa vitiaret actus omnes in d. leg. actus. dirimentos. Bald. & cæteri ſcribentes in l. 3. ff. de legat. 1. Bart. in l. in diem in fine. ff. de acceptilat. Alex. in conſi. 59. Attentis verbis col. penul. num. 15. lib. 3. Decius in ca. Clericum col. fi. de Iudicijs, & in conſi. 416. col. 3. & in d. l. actus. num. 12. vbi Cagn. nu. 10. 11. & 16. ff. de reg. iur. Surdus in deciſ. 72. nume. 21. & 22. Quod velim intelligas, vt ſupra in q. 47.

8 Etiam ſi eſſet expreſſe appoſita in actis legitimis in d. l. actus. dinumeratis de tempore præſenti, vel de preterito, vt ſublatis contrarijs determinat Dec. in d. l. actus. ſub nu. 13. & 14. quem ſequitur ibi Cagnol. ſub num. 31.

9 Item eſt intelligenda de conditione reſpiciente ſubſtantiam actus, non de illa, quæ reſpicit ipſius actus exequutionem, quoniã iſta licet expreſſa non vitiaret. l. muto. §. ſub conditione. de Tutelis. vt declarat Barto. in l. 1. col. 1. verſic. ſecundo. ff. de cond. & dem. quod idem de conditione reſpiciente exequutionem notat idem Bar. in l. item quia. ff. de pactis. & in l. ita demum. ff. de arbitris. cum alijs adductis per Decium in c. 2. de reſcript. Ratio eſt quia exequenti actus non tribuitur. ſed ordinanti l. item eorum. §. decuriones. ff. quod cuiuſque vniuer. nomi. ca. cum aliquibus de reſcriptis in 6. Tiraquel. de legibus. Connub. gl. 8. num. 184. & 194. Crauetta in conſi. 144. nu. 3. Surdus in conſil. 19. num. 3. & in deciſ. 292. num. 9. & 10. Et attribuitur primæ cauſæ Bar. in l. 1. num. 2. ff. de conſtit. princ. Surdus in conſil. 116. num. 66. & in conſil. 196. num. 14. & ab ipſa regulatur. Bal. in l. Iubemus. C. ad Velleian. Soc. in conſi. 24. nu. 12. lib. 1. Pariſ. in conſi. 89. nu. 45. lib. 1. Rimual. in conſi. 338. num. 63. Et ideo conditio reſpiciens exequtionẽ non conſideratur per prædicta.

10 Quod idem dicendum eſt de datione Tutoris per adiectionem diei ſcilicet, vel conditionis. expreſſæ vitiari. d. l. muto. §. ſub cõditione. ff. de Tut. Secus tacitę vt dicit gloſ. in d. l. actus. Quod & ſupra in alio caſu aditionis hæreditatis per alia multa iura extat firmatum ſub nume. 5. Et gloſſa illa pariter declarat id debere intelligi de Tutore Datiuo, non autem de Teſtamentario, quia in teſtamento poteſt dari ad certum tempus, ex certo tempore, in diem, vel ſub conditione. §. furioſus. ubi gloſ. Aret. & Myſſing. nu. 6. & §. ſequenti vbi gloſſ. Aret. & Myſſing. nu. 1. 2. & 3. Inſt. qui Teſtam. Tut. dar. poſſ. Quod Iudex dum Tutorem dat facere non poteſt Cyn. in rubr. C. de Teſtam. Tut. Bar. in d. l. Muto §. . ff. de Tut. Arc. & Myſſing. in §. ad certum tempus. Inſt. Qui Teſta. tut. dar. poſſ. & ratio eſt ſecundum Ioan. Fabrũ. in d. §. ad certũ tempus, quia actus Iudiciarius non poteſt ſtare in ſuſpenſo l. quemadmodum. ff. de Iudicijs. quod reprobat Bart. in d. l. Muto. §. ſub conditione per tex. in l. 1. §. biduum. ff. quan. appell. ſit dicens poſt Petrum de Bellaper. rationem eſſe, quia factum Teſtatoris in eo, quod deficit poteſt per Iudicem suppleri, conſtituendo interim Tutorem datiuum, ita quod nullo tempore pupillus reperiatur ſine Tutore §. ſed etſi in Teſtamento. Inſt. de Attil. tuto. vbi gl. Aret. & Myſſing. & §. ſequen. Inſt. eod. Myſſing. in §. ad certum tempus num. 4. Inſt. qui teſt. Tut. dar. poſ. Sed factum Iudicis non poteſt per alium suppleri; Ideo ſi daret tutorem ſub conditione, non eſſet qui suppleret iſtũ defectum, quod Pupillo eſſet damnoſum, & Ideo Iudici iniũgitur quod tutorem det pure, & perfecte, vt per Cyn. in d. rubr. C. de teſtam. tutc. & per gl. in d. §. ad certum tempus in verbo poſſe dari & gloſſa ſequen. Aldobran. & per Ang. Aret. Inſt. qui teſt. tur. dar. poſſ. & verba illa, ſi ſatis dederit. de quibus in d. l. Muto. §. ſub conditione. non faciunt ibi conditionem ſuſpendentem dationem Tutoris, ſed ſuſpendentem adminiſtrationem Tutelę, alias ex ea uitiaretur Tutoris datio, ut ibi, & per Bartol. in l. 1. circa princ. ff. de condit. & demon. Decius in conſil. 119. colum. 2. in princ. & in l. præcibus, colum. 5. C. de impub. et alijs ſubſtit. Ruy. in l. 3. colum. 10. et 12. ff. de legat. 1. ubi poſt

Imol.

Imol.dicit fuiſſe ibi ad cautelam expreſſum illud, quod tacite inerat executioni, & eo modo quo inerat & ideo nihil operatur. le. hæc verba & ibi Iaſ.ff.de legat.1.& ſupra in q.47.ſub num.1.in fine.

SVMMARIVM.

1 *Conditio ſiue ex clara, ſiue ex præſumpta voluntate teſtatoris eſt implenda præciſe, vel per æquipollens.*

2 *Voluntas Teſtatoris etiam præſumpta totum facit.*

3 *Conditionum alia neceſſaria; alia voluntaria.*

4 *Neceſſaria quæ ſit, & quæ voluntaria.*

5 *Neceſſaria poteſt impleri per æquipollens.*

6 *Relictum a Matre filio ſi morte Patris ſui iuris efficitur, delectus ſui viris effecto per emancipationem.*

7 *Relictum a matre filio ſi fuerit emancipatus a Patre debetur ſi Pater moriatur naturaliter, ſeu ciuiliter.*

8 *Conditio neceſſaria certo tempore implenda non poteſt alio tempore impleri.*

9 *Conditio voluntaria non poteſt impleri præciſe in caſu expreſſo ſufficit impleri per æquipollens & de conditione ſi promiſerit.*

10 *Conditio voluntaria poteſt impleri in caſu ſimili expreſſo ut ibi.*

11 *Conditio voluntaria non poteſt impleri in caſu ſimili expreſſo vt ibi.*

12 *Conditio voluntaria non extenditur ad aliũ caſum ut ibi.*

13 *Filij naturales non ſunt uere, & proprie filij.*

14 *Filij adoptiui large dicuntur filij.*

15 *Filij adoptiui non excludunt ſubſtitutũ, limita, & declara vt ibi.*

16 *Conditio voluntaria extenditur ad alium caſum vt ibi.*

17 *Declara, & limita vt ibi.*

18 *Verbum inteſtatus conditionaliter poſitum verificatur in eo, qui non poteſt teſtari.*

19 *Verbum probatio, conditionaliter prolatum in materia filiationis extenditur ad præſumptionem.*

20 *Legatum vxori donec caſte vixerit, an ei debeatur ad ſecundas nuptias tranſeunti.*

21 *Filius grauatus reſtituere ſi clericus efficitur an clerico non effecto & ſine filijs decedente teneatur reſtituere.*

22 *Teſtator ſi filios naſcituros inſtituat, & caſu quo naſcerentur, & ſine filijs decederent ſubſtituat vxorem uulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum, ſi nulli fiat nati filij an uxor admittatur.*

23 *Conditio appoſita in gratijs, Priuilegijs, & reſcriptis, an poſſit impleri per æquipollens.*

24 *Conditio appoſita in contractibus, legibus, & ſtatutis an poſſit per æquipollens impleri.*

25 *Caſus omiſſus quis dicatur & plura de eo.*

Caput I. Quæſtio 103.

SVpra in quæſt.29. Viſum eſt an fictione iuris conditio habeatur aliquando pro impleta Quod & in ſequentibus factum dimiſimus. Et in q.41. diſſeruimus an conditiones poſſint vnquam adimpleri per æquipollens. poſt quam multis in locis notatum dimiſimus eſſe præciſe, & in forma ſpecifica obſeruandas, & ibi in d.q.41. plures poſuimus caſus, in quibus ſufficit implementum per æquipollens; Sed quia id aliquando fieri poſſe contingit non ſolum ratione ſpecialitatis caſuum, de quibus in d.qu.41. Sed etiam ex volũtate conditiones apponẽtis clara, vel coniecturata, ideo quod ibi fuit prætermiſſum hic quærimus, An quando conditio ex præſumpta mente Teſtatoris
1 poſſit impleri per æquipollens, vel ſit in forma ſpecifica, & præciſe obſeruanda.

2 Et pro euidentia eſt præmittendum, quod & præſumpta voluntas Teſtatoris eſt Regina, & totum facit. l. in conditionibus. ff. de condit. & demonſt. cum alijs late cumulatis per Cardinalem Mantic. de coniect. li.3. tit. 3. Porro inter omnes &c. per totũ, & ſupra in q.50. in princ. & per totam.

3 Secundo eſt præmittendum in propoſito, quod duo ſunt conditionis ſpecies vltra alias multas de quibus ſupra parte 1. cap.2. per totum. Neceſſaria ſcilicet, & voluntaria de quibus in d.c.2. num.24. & 31. vt notat Bart. ibi allegatus, & in leg. Gallus §. & quid ſi tantum num.2. ff. de liber. & poſthu. vbi Soccin. nume.6. Ruyn. nume.25. & 60.
4 Et neceſſariam in d.c.2. nume.24. diximus eſſe illam, quæ ineſt rei naturæ. Vt ſi Teſtator vulgariter ſubſtituendo dixit. Si Titius a me inſtitutus hæres non erit, ſubſtituo Caium. Hæc conditio, ſi titius hæres non erit, eſt conditio neceſſaria in vulgari ſubſtitutione, cum ei ex ſui natura inſit. Idem in pupillari, Vt ſi dixit. Si in pupillari ætate deceſſerit, nõ recedẽdo ab alio illo exemplo

plo ibi in d.nu.24.dato,quia quadrat.& ne
ceſſariã cõditionẽ oſtẽdit vt faciũt hic ꝓpo
ſita exempla,& alia, quæ afferri poſſent.

Voluntariam in d.c.2.nume.31.diximus
eſſe illam,quæ poteſt admitti, & quam Te-
ſtator ſua voluntate adijcit,& apponit,vt ſi
dixit,relinquo fundum Titio, Si decem de-
derit hæredi meo,vel ſi ex Caia filius naſce-
tur,vel ſi Titius efficiatur Clericus, & ſimi-
les,& de ipſa habetur ſup. in q.63.64.& 65.

Et ideo reducendo hanc noſtram quæ-
ſtionem ad duo capita ut duo ſupra in par.1.
d.c.2.num.24.& 31.& c.finali num.2.inter
cæteras poſuimus conditionis ſpecies. Ne-
ceſſariam ſcilicet & voluntariam, dicimus,
5 quod quando conditio ipſa eſt neceſſaria,
ad actum,uel ad effectum ipſius actus,quod
tunc eſt licita extenſio ad alium caſum,& ſic
per illum caſum æquipollentem,ad quem,
extenditur poteſt obſeruari.l. Gallus 29. §.
& quid ſi tantum ff. de liberis. & poſthum,
vbi Bart.Alberic.Bald.Ang.Imol. Caſtren,
Alex.Aret.Iaſ.Socc.Ruyn. in prima Lectu-
ra num.25.& 60.verſi. Aut conditio eſt ne-
ceſſaria Emanuel a Coſta in 5.parte nu.37.
6 98.& 99. Et hoc probatur exemplo tex.in
l.mulier in princ.ff.ad S.C. Trebel. vbi reli-
ctum a Matre filio, ſi filius fuerit morte Pa-
tris ſui iuris effectus, debetur etiam in caſu
emancipationis, quia,& ipſa emancipatio-
ne ſui iuris efficitur, vt & in d.quæſt.41.ſub
num.4.verſic.limita.2.per illum tex.& alios
concordantes in hac ſpecie firmauimus.

Hoc idem probatur exemplo tex. in l. ſi
7 Mater C.de inſtit.& ſubſtit. vbi Inſtitutio,
facta a Matre de filio. Si a Patre fuerit emã-
cipatus dicitur purificata,ſi Pater moriatur,
naturaliter,ſeu ciuiliter, quia vtraque mor-
te filius ſui iuris efficitur. Ioann. And.in ad-
dit.ad Spec.de Secundis Nuptijs Cynus in
d.l. ſi Mater vbi Bart. remiſſiue Alberic. nu.
2. Bald.Ang.Salycet. Caſtren. & Alexan &
cæteri omnes., ubi inferunt ad multa Socci.
in conſi.5.nu.1.lib.3. Aldobrand. in conſil.
30.numer.10.facit & l.vlt.C.de donat.quæ
ſub modo quo caſu donatio facta a Matre,
filiæ ſi intra biennium fuerit emancipata de
betur etiam ſi morte Patris efficiantur ſui iu
ris. confert ad hoc & le. Gallus.§.& quid ſi
tantum & §.vlt vbi Bart.Alberic.Bald.& cę
teri omnes ff. de liber. & poſthum.dum ibi
poſteriores poſthumis, qui ſunt vocati ſub
conditione mortis præcedentium, libero-
rum admittuntur non ſolum euenientе ex-
preſſo. Sed & altero eiuſdem effectus. Itẽ
probatur & alio exemplo de quo in l.vlt.C.
de Inſtit. & ſub dum ibi ſubſtitutio vulga-
ris Facta, ſi filius non naſcatur,compræhen
dit alium caſum vulgaris; Si ante aditam,
hæreditatem moriatur, vel repudiet, vbi
Cyn.& Salicet.Bar.in d.l.Gallus §.& quid
ſi tantum num.2.Alex.num.3.& ita intelli-
git tex.in l.ſi ita liberis.ff.quand.dies legat.
ced.Ruyn.(licet aliter explicauerit Coſta.)
in d.§.& quid ſi tantum in 5. parte nu.84.

Et conditionem illam, quæ pupillari in-
eſt ſubſtitutioni; Si in pupillari ætate deceſ-
ſerit purificari,& extendi pupillo ingrediẽ-
te religionem incapacem bonorum affirma
uit Bar.in l.in pupillari nu.7.ff. de vul.& pu
pil. quia eſt eiuſdem effectus ſecũdum eum,
quem ibi ſequuntur Imola Cuman. & Iaſ.
numer. 8.& ſequen. faciunt et allegata per
eundem Iaſ.in d.§.et quid ſi tantum nu. 12.
et ſequen.et per Soc.in princ.
8 Verum præmiſſa non procedunt in con-
ditione neceſſaria certo tempore termina-
ta, quia alio tempore non poteſt adimpleri
et ideo ad illud aliud tempus non extendi-
tur. Azzo in ſumma. C.de condit.inſertis
num.7.Bart.in l.ſi in diem ff.de condit.et de
monſtr.vbi Soccin.nume, 6.et addentes ad
Bart.ibi Salycet.in l.2.C.de contrahen.em-
pt.Ruy.in d.l.Gallus §.et quid ſi tantum in
prima Lectura num.25.verſi.vnde tertia col
ligitur ff. de liber.et poſthum. Et ita ibi in-
tellexit tex.in l. commodiſſime vbi Aret.ff.
eod.facit Bald.in conſi.153.num.3.lib.5.Be
rous in conſi.98.nume.5.et 6.libr.2.Cardi-
nalis Mantica de coniect.lib.10.tit.6. num.
26.Peregrin.de fideicommiſ.artic.15.num.
8.ſo.137.alios citat, quos ſum ſequutus,in
cauſa Maceratenſis fideicommiſſi quatri-
duana,et ſupra in quæſtio.36.numer. 5.&
ſequent.
9 Si conditio eſt voluntaria,& ſunt diſtin-
guendi caſus; Aut enim non poteſt ſpecifi-
ce impleri in caſu expræſſo,& tunc poteſt,
& ſufficit impleri per æquipollens Ruyn.in
d.l.Gallus d.§.& quid ſi tantum num.30.ff.
de liber.et poſthu. ubi allegat Imol.et Cu-
man.quos ſequitur. Emanuel a Coſta in d.
§.num.37.et ſequen.facit ibi Iaſ.nume. 30.
Et hoc probatur exemplo l.in conditionib.
§.Si Patronus ff.de condit.et demonſt. quo
vtitur Coſta ubi ſupra d.num.37. vbi heres
in conditione voluntaria verificatur in bo-
norum poſſeſſore,qui improprie,et ficte eſt
hæres

hæres l.2.ff.de bonorum poſſeſ.quia.Patro-
nus non poteſt, ſuccedere; alio iure quam
Prætorio, et ideo ex qualitate perſonæ Pa-
troni hæres conditionaliter poſitus impro-
priatur leg.quibus diebus §. Dominus,et l.
Pater Seuerinam. §.conditionem ff.de con
dit.et demonſtrat.et ſupra quæſt.7.num. 6.
ratione vitandæ abſurditatis ſupra in part.
1.c.6.num. 15.& 16. Coſta vbi ſupra d. nu-
mer. 37.Item probatur exemplo l.Stichus,
qui hæredi ff.de ſtat.liber. Vbi libertas reli-
cta ſeruo. Si decem promiſeris, debetur ex
promiſſione ſimplici; Licet non efficaci,
quia ſeruus efficaciter non poteſt obligari,
vbi glo.in uerbo obligatio.& Albericus,ni-
ſi ſit addita clauſula ita quod promiſſio ua-
leat Alberic.ibi in fine & ſupra parte 1.cap.
87.in fine.

Item probatur exemplo l. ſi fundus ff.de
condit.& demonſt.quo loci conditio de dã
do Pupillo, uel furioſo purificatur, atque,
impletur dando Tutori, uel Curatori, quia
in perſonam Pupilli, uel furioſi non poteſt
ſecure impleri d. l.ſi fundus quam, ad hoc
Coſta ubi ſupra num. 24. & ſequen. Alciat.
lib.3.de Verborum ſignifi.num. 22. uel ſicu-
ſic conditioni. Sed ratio prædicta non pla-
cet reſpectu Pupilli, in quo poteſt impleri,
ſecundum diſtinctionem, de qua ſupra in
parte 1.c.6.num.17.& cap.19.num.4.uerſi.
Item uerum eſt et hac 2.par.capit. 1.q.98.e
faciunt notata ſupra in queſt.8.num.2.et 3.
et in queſt.9.

10 Si vero conditio voluntaria reſpectiue,
ad grauamen poteſt ſpecifice impleri. Tunc
poteſt impleri etiam in caſu ſimili a Teſtato
re expreſſo Ruyn.in d.l.Gallus §. & quid ſi
tantum in prima Lectura num.34.& 60.ver
ſic.aut impleri poteſt ſpecifice, ex l.qui hæ-
redi §.cum hæreditas ff.ad S.C.Treb.quem
Ruyn.vbi ſupra nu.32.33.& 34.

11 Niſi caſus eueniat præter, vel contra mẽ
tem Teſtatoris, ad quem tunc caſus expreſ-
ſus non extenditur Iaſ.in d.§.& quid ſi tan
tum num.13.& 27.Ruyn. nume. 60.qui ita
intellexit tex.in l.4. in princ.in l.ſub diuer-
ſis §.vlt.& in l.cum ita datur ff.de condit.&
demonſt.ibi nu.31.& 57.

12 Si vero conditio voluntaria per ſe ſubſi-
ſtit, non autem reſpectiue ad grauamen, &
eſt negatiua,& agitur de conſeruando iure,
quæſito; Tunc non habet locum extenſio,
& non poteſt impleri in alio caſu nõ expreſ
ſo Angel.in l.generaliter 6. §.cum autem nu

me.3.C.de Inſtit.& ſubſtit.Ruyn. in d.§. &
quid ſi tantum in prima Lectura numer.60.
verſi.ſi vero implementum, & nume. 40.&
42.vbi cum Angelo. vbi ſupra ita intellexit
13 tex.in l. ex facto §.ſi quis rogatus il 1. ff.ad
S.C.Trebell. In quo relictum. Si grauatus
decederet ſine filijs expirat per ſuper exiſtẽ,
tiam filiorum naturalium tantum, licet ve-
re & proprie non ſint filij ſui, uel alieni iu-
ris, quia ibi agitur de lucro iam quæſito cõ-
ſeruando, & conditio illa eſt negatiua. Rui.
in d.§.& quid ſi tantum numer. 40.& 42.&
num.60.Eman.a Coſta in 5.par. num.57.e-
tiam quod conditio ſit affirmatiua ut dicit
in numer. 58.& 59. vbi Ruyn..opinionem,
quod procedat ſolum in conditione negati
ua nimis ſcrupuloſam appellat.ſub dicto
numer.59.

Sed iſte caſus non habet locũ quando ali
qui eſſent filij in poteſtate grauati, ſub illa
conditione, qui eam facerent deficere l.ſi ita
quis ff.de legat.2.& l.fideicommiſſum ff.de
condi.& demon.Quo loci conditio illa ſi de
ceſſerit ſine liberis non extenditur, nec po-
teſt impleri in filijs adoptiuis licet large di-
14 cantur filij l.filio quẽ Pater ubi gl. ff.de li-
ber.& poſthu.& ſup.par.1.c.12.n.11.& ſeq.
& c.13.nu.13.Alias eſſet in poteſtate graua
ti facere deficere conditionẽ per adoptionẽ
quod non eſt ferendũ, vt declarat Ruy.in d.§.&
quid ſi tantũ nu.60.verſ.fallit in caſu & nu.
44.Eman.a Coſta in 5.par.d.§.Et quid ſi tã
15 tum nu.52.et ſeq. Nam Adoptiuus non ex
cludit ſubſtitutum ſub illa conditione Si ſi-
ne liberis deceſſerit. Bart.in l.ſi cognatis nu.
1.ver.oppono ff.de reb.dubijs Cuma. in l.ſi
ita quis §.1.ff.de lega.2.Alexan.in l.ex facto
§.ſi quis rogatus il 1.nu.12.ff.ad S.C. Treb.
& in conſ.2.nu.51.li.1.Riminald.ſen.in cõ-
ſil.324.nu.9.lib.2. Calcan.in conſ.20.nu.7.
& 11.Soc.ſen.in conſ.226.nu.9.lib. 2.Ruy.
in conſ.173.nu.6.lib.2.Curtius Iun.in con-
ſil.145.nu.10.& 11.Anguſſ.in conſ.77.nu.
6.lib.6. Tiraquel.in l ſi vnquam in verbo ſu
ſceperit liberos nu.3.C.de reuocand.donat.
Coſta vbi ſup.Oddus de compendioſa in vl.
art.et pro hac ſententia eſt tex.in l.fideicom
miſſum ff.de condit.et demon.

Extenditur etiam ſi Teſtator dixerit. Si
hæres meus deceſſerit ſine filijs legitimis,
et naturalibus, ac legitimis, ſeu legitimis tã-
tum. Ripa in d.l.ex facto §.ſi quis rogatus,
il 1.ff.ad Treb. Decius in conſ.399. num.4.
Curt.Iun.d.conſ.145.nu.11.Anguſ.d.cõſi.

77.nu.

77.num.8.li.6.Limita primo non procedere,quando filius eſt adoptatus ante conditũ teſtamentum iuſſu Patris teſtantis,quia tũc ille adoptatus excludit ſubſtitutũ Bar. in d. l.ſi cognatis n. 1.verſ.oppono.ff.de reb.dub. Socc.nu.20.verſi.Nam hoc limitatur.Imol. in l.fideicommiſſum.ff.de cond.& dem. Ripa in d.l.ex facto.§. ſi quis rogatus il 1.nu. 34.ad Trebel. Tiraq.vbi ſupra.Idẽ eſt quando teſtator ipſe poſt conditum teſtamentũ liberos adoptaſſet in locũ Nepotũ, quaſi ex filio hærede inſtituto,& grauato,qui filius eum ſolum ſic adoptatum reliquit.Coſta in d.§.& quid ſi tantũ in 5.par.nu.54.& faciũt allegata ſup.in par.1.c.12.nu.15.& ſeq.

Limita.2.non procedere,quãdo teſtator inſtituit,& grauauit eũ,qui non poterat habere niſi filios adoptiuos Are.in l.ſed & quęſitũ.ff.de libe.& poſth. Decius in c.in pręſẽtia n.58.de proba.Ripa.in d.§.ſi quis rogatus n.35.Mar.ſin.350.& in rub.de fideiuſſorib. nu.197.Oddus de Cõpendioſa in 6.par. ar. vl.ver.Limi.2.& faciũt allegati ſup.in q.91.

Limita 3.non procedere quãdo adoptio facta fuiſſet ſciente,& volẽte ſubſtituto,tũc ipſe excluditur ab adoptiuo Imol.in d. l. fideicom.ff.de cond.& demo.Socc.in d.l.ſi cognatis nu.20.verſi.tenendo tamẽ. ff.de reb. dubijs Marſ.ſing.350.Tiraqu.in l.ſi vnquã in verbo ſuſceperit liberos n.23.C. de reuocan.donat.& ſup.par.1.c.12.nu.19.

Si vero voluntaria cõditio ſtat de per ſe, non reſpectiue ad grauamen, & eſt affirmatiua.& agitur de lucro quærendo, & caſus omiſſus eſt idem ficte cum expreſſo introductus iure ordinario ad eundem effectum, & hoc caſu eſt permiſſa extenſio huius volũtarię conditionis ad illum alium caſum.Ruy. in d.l.Gallus. §. & quid ſi tantum in prima lectura nu.60.verſi.ſi vero conditio eſt affirmatiua.& nu.56.ff.de lib.& poſth. & ita ibi intellexit tex.in l.ſi fundus.ff.de cond.& demo.& in l.Arethuſa.ff. de ſtatu. homi.& in l.vlt.ff.de cond.& Inſt.

27 Sed ſi conditio voluntaria eſt affirmatiua, & agitur de lucro quærendo,& caſus omiſſus eſt idem ficte cũ expreſſo,ſed tamen non habet eundem effectum,vel eſt introductus iure ſpeciali,& extraordinario,& tunc cõditio non extenditur,& non poteſt impleri in caſu non expreſſo. Doct.in d.§.& quid ſi tãtum.vbi poſt alios Ruy.in 1.lectura.nu.60. ver.ſi autem non ſit eiuſdem effectus.vbi ita intelligit tex.in l.vl.C.de ijs qui veniã ętat. & melius in nume.47.Coſta num.46. Rota diuer.deciſ.433.num.3.par.1.& per totum multos citat.

Et idem eſt ſi conditio voluntaria eſt affirmatiua,& agitur de lucro quęrendo,& caſus omiſſus nõ eſt idem ficte cum expreſſo & tunc conditio non extenditur ad caſum omiſſum Doct.& Ruy.in d.§.& quid ſi tantum nu.60.verſi.ſi vero caſus omiſſus,et ita intellexit tex.in l.qui hæredi in princ. ff. de cond.et dem.ibi,et in nu.34.verſi.4. immediate,et nu.58.quod idem ex Decio.Croto et cum probat Emanuel a Coſta in dict.§.et quid ſi tantum in 4 par.nu. 5.et melius nu. 13.verſi.ſecundũ quod,et ſup.q.41.in fine.

Limita primo caſum iſtum non habere locum quando conſtat de contraria coniecturata mente teſtatoris,quæ totum facit.l. in conditionib.ff.de cond.et dem.quia tunc extenditur,et poteſt impleri in caſu omiſſo Ruy.vbi ſupra nu.60.verſ.fallit ſi de mente et hanc limitationem probat per tex.in leg. mulier.§.vl.ff.de cond.inſt.ibi et nu.55.idẽ probat tex.in l.Meuius.ff.de cond.et demo. vt oſtendit Ruy.vbi ſup.nu.39.et Coſta in 4.par.nu.14.et ſeq.et clarum huius limitationis exemplum eſt quando Teſtator conſiderauit ſolum effectum,qui ſequitur ex implemento,vt poſt Bart. Caſtr. et alios ſenſit Socc. in d.§.et quid ſi tantum in vlt. notab. Ruy.conſi.74.num.5.lib.5. Decius in conſ. 427.nu.11.communem dixit Pariſ.in conſ. 20.nu.41.lib.3 Socc.iun.in conſil. 181.nu. 30.et 51.li.2.qui dixit eſſe veriſſimam idem in cõſ.145.nu.32.li.3.Ceph.in conſ.166.n. 49.li.2.Menoch.in conſil.131.nu.25.lib.2. Alexand.in d.§.et quod ſi tantum. num. 5. alios citat.

Limita ſecundo non procedere fauore teſtamenti conſeruandi Bartol.in dicta leg. Gallus.§. et quid ſi tantum.num.2. 3. et 4. Bald.num.3.Angel.num.4.et 5.Alexan.nume.3.et ſequen. Ruy.in prima lectura num. 60.verſi.Secundo fallit,et id authoritate d. §.et quid ſi tantum ubi Inſtitutio poſthumi facta ſub conditione ſi filius uiuo Patre teſtatore decederet extenditur,et impletur In caſu in quo filius nõ deceſſit,ſed hereditatẽ repudiauit,et id contingit,ne teſtamentum reddatur nullum, et ut conſeruetur, et quia Bar.et alij multi intellexerunt quod dictus. §.et quid ſi tantum loquatur de conditione neceſſaria,vt ibi nu.2.quod fuit de mẽte Petri Bal.n.5.et ſeq.Iaſ.nu.10.Ideo Limitatio

prædita videtur melius probari. in l. iã hoc iure.ff.de vul.& pupill.vbi fauore Teſtamẽti,ne teſtator;ſ.vel pupillus decedat inteſtatus vulgaris expreſſa extenditur ad pupillarem tacitã,Pereg.de fideico.ar.11.nu 48.& ſeq.fol.91.& ita declarante Caſt.in d.l. iam hoc iure.& Ruy.in d.§.& quid ſi tantum in 1.lectura nu.27.in fine Alex.nu.5.verſi. vel ſecundo reſponde.

Limita tertio,vt caſus iſte non habeat locum qñ qualitas perſonæ,vel rei ſuadent cõditionem extendi debere ad alium caſum, & in eo poſſe impleri per æquipollẽs. Ruy. poſt alios vbi ſupra num.60.verſ.3.fallit,& probatur per tex.in l.ſi vero.§. credendum. ff.qui petam tuto.vbi verbum inteſtatus poſitum conditionaliter purificatur in eo, qui teſtari nõ poteſt,qui impropric dicitur mori inteſtatus.l.1.§.1.ff. de ſuis. & legit. cum allegatis ſupra in par.1.c.54.per totum . Et hoc ob qualitatem perſonæ Pupilli, ad quẽ verba conditionalia fuerunt directa, vt declarat Ale in l.generaliter in pri. C. de Inſt. & ſubſt.Ruy.d.§.& quid ſi tantum.nu.52.

19 Hoc idem videtur probari per tex.in l.Lucius.ff.de cond.& dem.in quo verbum probatio conditionaliter prolatum in materia filiationis extenditur ad probationem præſumptam,vt declarat Ruy.vbi ſup.nu.53.& Coſta n.41.Nã coniecturis,& præſumptionib.probatur filiatio,late,poſt alios Maſca. de prob.concl.787.Vidimus & 788.cũ pluribus ſeq.li.2.Idẽ per tex.in l.Pater Seuerinam.§.cõditionũ.ff.de cond.& dem.in quo conditio appoſita tutorib.datis puberi iã effecto extenditur,& impletur in perſona Curatorũ,quia id ſuadet qualitas perſonæ ipſius Puberis,vt inſpecie etiã ſup.in par.1.c. 49.nu.6.facit Rota diuer.dec.141.n.6.pa.1.

20 Ex præmiſſis infertur,quod ſi vir legauit vxori ſcuta mille fruenda toto tempore ſuæ vitę donec caſte,& honeſte vixerit,& ei ſubſtituat Titium.Ipſa tranſeunte ad ſecundas nuptias.Titiũ ſubſtitutũ nõ debere expectare tẽpus mortis;ſed ſtatim eſſe admittẽdũ,Ale. in d.§.&quid ſi tãtũ.n.6.& ibi addẽtes Rui. in 1.lect.n.61.ubi allegat Io.And. Bar.Caſ. Sal.& Alex.Alber.in auth.quod locũ.C.de ſecund.nupt.vbi etiã Bar.& oẽs in l.3.C.de Inſt.& ſubſt.Decia.in conſi.1.nu.89.li.1.& ratio eſt ſecundum eos;quia voluntaria cõditio expreſſa per æquipollẽs dicitur impleta,de qua re ſupra in par.1.c.11.nu.21.

in tract. de teſt. gl. 53. V. g. Creditor legat de
bitori certam quantitatẽ, quã ab eo ſibi de
beri dicit, ſi ei nihil debeatur, nõ valet lega
tum

Digitized by Google

tum ſecundũ Bar. in d.l. dem. nu. 4. quia cen ſetur legatũ liberationis, quę non cadit, vbi nõ eſt debitũ, vt late ibi per eum. Verũ hoc dictũ eſt cum diſtinctione intelligendũ; aut n. teſtator ſciuit demonſtrationem illã fuiſſe falſam, debitũ. ſ. non ſubſiſtere, quia iam erat ſatisfact us. Aut ignorauit; ſi ſciuit valet nihilominus legatũ. l. 3. et l. fi. C. de falſa cau. adie. l. Ita Pet. in l. ſi ſic §. 1. ff. de l. 1. Soc. in d. l. dem. nu. 5. Ruy. d. conſ. 70. nu. 5. lib. 2. Si ignorauit, & nõ valet legatũ arg. l. 1. C. de falſa cau. adiect. leg. Ale. in d. §. 1. Bar. in l. fi. in prin. ff. de liber. leg. Socc. vbi ſupra nu 5. Præterea ſi nullũ vnquã ad fuit legatæ quãtitatis debitũ, dubitatur an nihilominus valeat legatũ? & eſt aduertẽdũ, an teſtator habuit reſpectũ ad ſolam quãtitatẽ, vel ad quãtitatẽ debitã. Si ad ſolam quãtitatẽ, licet nũquam fuerit debita, vel non inueniatur in loco vbi adeſſe dixit, valet nihilominus legatũ, ita Bar. in d. l. demonſtratio ſub nu. 4. ver. ſed contra iſtam oppoſitionẽ. faciunt allegata p Tindarũ de compẽſatione n. 13. & ſeq. & in d. l. demonſtratio. ibj illationis Soc. ſub n. 6. & 7. Qui licet hoc relinquat cogitãdũ, nec abſolute figat pedes, ego puto verũ per gl. in l. 1. §. nã & ſi quis. in verbo deberi conſtat. verſ. aut vt quantitas in genere certa, ff. de dote prçle. & per ea, quæ proponuntur p Imo. in d. l. ſi ſic. §. 1. ſub nu. 2. verſi. itẽ nota. per Caſt. nu. 3. Alex. nu. 19. ſaſ. nu. 1. ff. de l. 1. l. legaui. §. fi. ff. de lib. l. Sur. dec. 142. in pri. & 161. nu. 27. Cuiac. in trac. 5. ad Africanũ verſi. multum intereſt. to. 3. fo. 77. littera F. vſq; ad literã F. ſeq. pag & allegatas per Pereg. de fideicom. ar. 7. nu. 41. & in inſ. c. 4. q. 3. nu. 7. & ſeq.

Si vero habuit reſpectum ad quantitatẽ debitã. ſi nihil aliud debetur, nihil eſt relictũ d. §. 1. & ibi præallegati Doct. & Surd. in d. decaſ. 142. nu. 4. & 161. nu. 6. multos cumulat Ang. vbi ſup. gl. 51.

7 Si vero adijcitur pſonę honoratę, & eſt diſtinguendũ. Aut. n. demoſtratio eſt deſignatiua affinitatis, vel conſanguinitatis, aut eſt deſignatiua alterius accidentis.

Primo caſu falſa demõſtratio vitiat. l. quotiet. vbi gl. Bal. Caſt. & alij. ff. de here. inſt. l. neq; profeſſio. C. de teſt. & quęad. teſt. ord. l. ſi pater. C. de hęred. inſt. vbi Bart. nu. 2. idẽ Bart. in l. dem. falſa nu. 7. ff. de cond. & dem. Cat. Man. in tra. de cõie. li. 4 ti. 5. n. 2. & ſeq. Surd. dec. 144. nu. 1. Pariſ. in conſi. 4. nu. 10. li. 1. Meno. lib. 4. præſump. præſump. 24. ſub nu. 5. Franc. Marc. in decif. 83. li. 2. ſed præ ſumitur vera, & ideo ſi dicatur falſa, hoc dicens probare debet. ita ex Petro determinat Imo. in l. falſa. eo. in prin. & Soc. late ibi, & horũ ſequitur. Surd. in decif. 145. nu. 8. Niſi per affectionem perſonam honoratã affinẽ, vel conſanguineũ vocauerit. Lucmo. vbi gl. ff. de hæred. inſtituen.

8 Si demõſtratio eſt deſignatiua alterius accidentis, falſa non vitiat. l. demõſtratio. §. falſam, & ibi Bar. ff. de cõd. & dem. l. his verbis §. fi. ff. de hęred. inſtituen. & Bar. in d l. dem. nu. 9. in fine Surd. conſi. 1. nu. 5.

9 Tertio caſu ſi adijcitur conditionaliter falſa vitiat Bal. in d. l. demonſtratio in prin. Caſtren. nu. 1. & nu. 9. & ſup. c. 4. nu. 5. par. 1. & c. 5. nu. 4. quia tunc regulatur cõditio, cuius defectus facit deficere diſpoſitionem, vt ieſt multoties firmatum ſuperius par. 1. c. 7. per totum, & in multis locis, & id, quod dictũ eſt in teſtamentis, intelligas etiam in legatis per allegata ſuperius, & per Angel. in d. tract. de teſtam. gloſ. 52. & gloſ. 53. late per diſcurſum.

SVMMARIVM.

1 *Demonſtratio falſa circa ſubſtantialia cõtractus quando vitiet contractum late.*
2 *Demonſtratio falſa circa nomina contrahentium quando vitiet contractum late. 3.*
4 *Demonſtratio falſa patris mortui, cũ ſit viuus quia fuit dictum quondam Seu Vivi, cum ſit mortuus an vitiet contractum late.*
5 *Demõſtratio falſa Patris an vitiet contractũ,*
6 *Demonſtratio falſa Agnationis an vitiet contractum.*
7 *Demonſtratio falſa in nomine artificy an vitiet contractum.*
8 *Ciuitas qua dicatur, & quis dicatur Ciuis.*
9 *Demonſtratio falſa quod aliquis ſit Ciuis, cũ non ſit, non vitiat.*
10 *Demonſtratio falſa contratæ, ſeu Parrochiæ non vitiat contractum.*
11 *Demonſtratio falſa circa propria nomina Teſtium vitiat Inſtrumentum.*
12 *Demonſtratio falſa circa pranomina ſeu alia, accidentalia teſtium eſt eiuſdem effectus, quae eſt circa pranomina, & alia accidentalia contrahentium.*

Caput 2. Quæſtio. 2.

Vtrum falſa demonſtratio in contractibus inter uiuos vitiet contractus? Pro

Pro reſolutione huius q.eſt animaduertendũ,quod falſa demonſtratio poteſt cõtingere circa propria nomina contrahentium,circa cognomina,circa prænomina, circa noĩa Parentum puta Patris,vel Aui,circa noĩa officij,artificij dignitatis,ciuitatis Parrochię, & aliorum ipſorum contrahentium. Itẽ poteſt contingere falſa demonſtratio circa nomina propria teſtium,prænomina, vt ſupra circa noĩa contrahentium,vel circa alia accidenralia contractus. Item poteſt contingere circa ſubſtãtialia ipſius contractus, puta rei in contractũ deductę. Et diſcurrẽdo. Primo
1 de hac vlt.eſt pro reſolutione diſtinguendũ aut.n.ſumus in contractib.ex altera tantum parte obligatorijs,vt puta in donatione ſtipulata ex mera liberalitate,aut ſumus in cõtractib.ultro,citroq; obligatorijs. Primo caſu falſa demonſtratio uitiat diſpoſitionem, ſicut in vltimis voluntatib. Bar.in l. demonſtratio.n.3.& ſeq.ff.de cõd.& dem.vbi Soc. nu.9.& ita debet intelligi Bal.in l.nec apud. C.de hæred.inſt.& in l.eam, quam nu.21. in fine.C.de fideicom.ubi Iaſ.nu. 15. & 16. Surd.in deciſ.104.nu.31.& 32.

Secundo caſu iterum eſt diſtinguendum aut,n.falſa demonſtratio facit deficere ſubſtantiã,puta rem,vel pretiũ, & tũc vitiat cõtractũ.l.in uenditionib.& l.ſi quis fundũ.ff. de contrah.empt. Fabia.de monte in trac.de emp.& vend.in 3 q.prin.n.19.facit Barb.in conſi.17.nu.13.lib.3. Iaco.Cuiac.ad Africanum trac.5.to.3.fo.78.ſub litera B.in verſi. idẽ vero in ſtipulationib.aut vere ſubſtãtiã contractus non peremit,& iterum eſt diſtinguendũ;aut res,cui falſa demonſtratio adijcitur,non reperitur in rerũ natura,& tunc ille,qui falſam demonſtrationẽ adijcit,tenetur.l.ſi quis cũ fundũ.ff.de act.emp.l.ſi fundo vendito.ff.eo.l.ſi venditor, & l. ſciendũ. ff.de ędilict. Speculator in ti.de emp.& ven. §.ſciendum.nu 74.vbi arguit à qualitatib. enunciatis ad quantitatẽ expreſſam. Cor.in conſi.59.in prin li.4. Natta in conſi.569.n. 5. qđ talis falsã demonſtrationẽ adijciẽs teneatur,probat tex.in l. ſi quid. ff. de ędiliti. edic.gl.in l.quod ſi venditor.ff.de dolo.l.ea, quæ commendãdi.ff.de contrah.empt.gl.in l.cui venderes.ff.de actio.& empt.l.1.§.cauſa.ff.de ędilict.edic. Surdus in dec.185.ſub. nu.10.ver. Pręterea nu.11.aut rei ſubſtantia reperitur, ſed non cum illa qualitate, cum qua fuit demonſtrata,& contractũ ſimiliter non vitiat,ſed ille qui falſas qualitates demonſtrauit, tenetur.d.l.ea,quæ commendãdi.ff.de cõtrah.emp.cũ alijs ſuperius allegatis. Surdus in dec.104.nu.31.in fine, Verum pręſtando intereſſe,liberatur,ſecundum gl. in.§.pretiũ.Inſt.de contrah.empt. Iac.Petr. Butr.& Dyn.in l.ſtipulationes non diuidũtur.ff.de verb.oblig.vbi Bar.nu.39.Alex.n. 30.& Iaſ.nu.35.dicit communem Ang.in l. 4.§.Cato.ff.eo.vbi Imo.num.6.verſi. Item aduerte.Soc.nu.10.dicit communem.Hottom.nu.184.Rebu.in l.vnica.nu.385. C.de ſent.quę pro eo quod intereſt.Pinel.in rub. C.de reſcind. vend. in 2.par.nu.25. in fine Gomeſ.de contractib.c.10.nu.12.ver.ſeptimus caſus.Tiraq.de retra.conuen.in fine n. 155.Rol.in conſ.53.nu.2.lib.1.Menoch.in conſi.92.nu.63. Ceph.in conſi.407.nu.39. Gaill.lib.1.obſer.49.num.5.

Deueniendo modo ad falſam demõſtra-
2 tionẽ,quę poteſt contingere circa noĩa contrahentiũ,cognomina, prænomina &cę.de quibus ſupra in prin.huius qu. Eſt ſciendũ, qđ eorum noĩa ita ſunt in contractibus deſcribenda,vt clare demonſtrentur,ne poſſit circa illorum perſonas aliqua oriri dubitatio,vt animaduertit Spec.in tit. de emp. & uend.§.1.verſi.Primo autem nota hoc. Cũ ,n.nomina ſint inuenta ad recognoſcendas perſonas.l.ad recognoſcẽdos.C.de ingenu. & ad quoſcunque demonſtrandos habeamus in iure quatuor uocabula adinuẽta;nomen.ſ.Prænomen; Cognomẽ,& Agnomẽ, vt eſt tex.in §.ſi quis in nomine. Inſt. de l. vbi gl.& in l.ſi in nomine. C. de teſtib.& l. 1.ff.de libe.& poſthu. ſufficiet vno, ſed magis noto uocabulo illos demonſtrare, et ſi nomen ſit mutatũ aliqua de cauſa, vtrumq; ſcilicet nouum,et vetus eſt apponendũ arg. l. Lucius Titius.ff.de fideicom.libe. Bart. in Proœm.ff.nos vero vbi Cagn.nu. 182. et in l.demonſtratio.in prin.vlt.quæſt.ff.de condit.et demonſt.

Eſt tamen ſciendum,quod modica differentia in nomine non uitiat.l.qui habebat. in princ.ff.de manu.teſt. Bar.vbi ſupra Doc. in l.1.ff.de l.1. Vital.de clauſu.in tit.de errore nom.prop.in prin. Caſſane.conſ.10. nu. 13. Cra.in conſ.564.nu.4.qđ idẽ eſt,quando quis duplici noĩe appellatur, Crau. poſt Caſt.vbi ſup.nu.5.et Fran.Marc.in q.211. lib.1.Neque neceſſe eſt apponere nomẽ Patris contrahentiũ,ſed ſufficit ipſos demonſtrare per demõſtrationem Patrui, Fratris, vel affinis.Bar.in l.ſi nominatim, quem ibi ſequi-

ſequitur Soc. ff. de cond. & dem. T ñ ad inducendã firmã certitudinẽ, & ad tollẽdum oẽ dubium expedit apponere nomẽ patris, aui nec nõ prænomen, & cognomen contrahẽtium cum alijs accidentib. ciuitatis, dignitatis, officij, artificij, & ſimilium, eſt cuilibet vltra conformitatẽ noĩs, prænominis dãda particularis demõſtratio, q̃ differat & ſegreget eos ab illa cõformitate, quę poſſet cauſare illã incertitudinẽ, ꝑ quam actus corrueret exemplo. l. duo ſunt Titij. ff. de Teſtam. & vt not. Cor. de mente aliorũ in l. hac conſultiſſima. C. qui teſt. facere poſſ. his ſic præmiſſis deſcendendo mõ ad particularia quęſtionis noſtrę, de quib. in principio, quæritur. Si ſtatutũ diſponat, qđ apponatur in inſtrumentis noĩa propria contrahentiũ, patris, ac aui eorũ, ſeu prænomina vel cognomina an ſufficiat, qđ apponatur nomẽ ſingulare, quod niſi in illo loco reperitur, & eſt facienda diſtinctio; aut. n. ſtatutũ hoc inducit pro forma, aut nõ. Si nõ inducit pro forma, cum alias illud ſingulare nomen ſit certũ, ſufficit eius ſingularis deſcriptio Bald. quẽ communiter ſequũtur alij in l. 1. ff. de lib. & poſth. gl. & Doct. in d. l. hac conſultiſſima C. qui teſt. facer. poſ. vt de Cerbero Bidello tradit Imo. in c. ex tranſmiſſa derenũciat refert Fel. in proœm. Greg. nu. 31. & de Gallo preſſo Bidello dicũt gl. & Doc. in d. l. hac conſultiſſima. & in d. l. 1. Si uero ſtatutũ id ĩducat pro forma, quia apponat decretũ irritãs, q̃ aliter factum nõ ualeat, & tunc appoſitio noĩs licet certi, & ſingularis non ſufficit, ſed eſt apponendũ, ut dictat ſtatutũ Bal. in d. l. 1. quem ſequitur Alex. in d. l. hac conſultiſſima. Pely. vbi ſupra. Socc. in conſi. 24. col. 7. ver. verum prędictis. & in cõſi. 33. col. 2. ver. & pro parte negatiua. Qđ Ang. & ali nonnulli indiſtincte hoc tenuerunt, etiã quod ſtatutũ non habeat decretum irritãs.

3 Si in demonſtratione proprijs noĩs cõtrahentium ſit erratum ſeu quid falſo appoſitũ, an uitiet contractũ? & eſt diſtinguendũ: aut. n. cõſtat de corpore, aut nõ cõſtat. Si de corpore conſtat, videtur dicendum nouitiae. l. ſi quis in nomine. C. de teſt. §. ſi quis in nomine. Inſt. de lega. & ibi Doct. Bar. in cõſil. 179. Martinus Baroncij. col. 2. Verũ iura hæc loquuntur quando contrahens, ſeu diſponens errauit in perſona legatarij, ſeu hęredis, uel alterius tertij, quod ſecus videtur ſi errauit in perſona propria, quia præſumitur fatuus, q̃ errat in noĩe ſuo ꝓprio, ut eſt tex. in l. fi. C. de hęred. inſt. vbi poſt Bar. tenẽt magis cõiter oẽs & in d. l. ſi quis in noĩe C. de Teſtam. & in §. ſi quis in noĩe. Inſt. de lega. Doct. in l. ſi in nomine. ff. de verb. obli. & in l. 4. ff. de leg. 1. q̃ extendit Bal. & ſequuntur alij in d. l. fi. C. de hæred. inſt. & in locis pręalleg. procedere ẽt ſi ſit erratum in noĩe, filij Teſtatoris, vel diſponentis, q̃ etiam tenet Socc. in reg. 119. error. 1. & 2. fallen. & Vital. de clauſu. in verſi. nunc uidendum de errore nominis proprij. fol. 40. col. 2. & Roman. in conſ. 179. Amphil. Docto. col. 2. per d. l. fi. vult nõ valere codicillos, in quib. eſt erratũ in nomine Patris codicillantis, quẽ, multi allegãt in d. l. fi. maxime addentes. & Iaſ. Neq; ſecũdũ Ro. in d. cõſ. obſtat, q̃ huiuſmodi verba ſint verb. Notarij, cuius error nõ vitiet l. errore. C. de teſt. l. ſi librarius. ff. de reg. iur. cũ ſimilib. quia verba quæcunque ſcripta à Notario præſumuntur ante a prolata à parte Bar. in l. quid ſi Nepotes cũ l. ſi quis filiab. ff. de Teſta. tuto. & quia pertinet ad partes nomẽ ſuum, & Patris declarare, & ideo error interueniẽs in eorũ expræſſione præſumitur error partis, nõ error. Notarij. Bal. in d. l. errore, cuius cõtrariũ voluit, ante eũ Bar. in d. conſ. 179. Baldũ ſequuntur. ibi Caſtren. col. 2. & Arét. in l. ſciendum col. 5. ver. & idem ſi verba. ff. de verb. oblig. vbi idem Bal. in fine, & in l. Mater. col. 3. ver. pręterea nu. 6. C. de rei vend. c. & in l. unica col. fi. ante finẽ. C. de priuileg. dot. & in l. 2. in fi. C. de exequt. rei Iud. & in §. notandum c. 1. de his qui feud. dare poſſ. vbi Afflict. nu. 42. c. dudum de conuer. coniug. Socc. conſ. 20. col. 3. nu. 12. lib. 3. Cur. ſen. in conſ. 56. num. 373. ver. dum autem vlt. loco Dec. in conſi. 450. Fel. in prohem. Decret. Greg. nu. 38.

Sed inherẽdo primę opinioni, ſ. cõtractũ ualere, ẽt q̃ ſit erratum in noĩe cõtrahẽtium ſi de corpore cõſtat ꝑ alias demõſtrationes de quib. infra particulariter dicitur. Dico; q̃ aut partes ipſæ, ideſt cõtrahẽtes, in quorum noĩe eſt erratum, redarguunt Notarium de errore, quia ſcripſerit aliud nomẽ, quã ipſi dixerint; Aut dicunt ſemet ipſi erraſſe Primo caſu darum eſt cõtractũ ualere, quia tollitur præſũptio fatuitatis, de qua in d. l. fi. C. de hęred. Inſtituẽ. q. apparet. Notuũ erraſſe, & ex iſta cõfeſſione tollitur ẽt illud q̃ ſcilicet uerba Nontij cẽſeãtur uerba Partium; Quando enim pars, & Notarius fatereẽtur cõtrarium, magis ueritati quã præſumptioni, ſeu maiori præſumptioni dãdum erit. l.

[illegible] par [illegible] & de uero gl. [illegible] nullo modo. C. [illegible] allegatis per Al [illegible] Secun- [illegible] errasse, quia [illegible] exprimêdo & [illegible] nihilominus contra [illegible] quia, ut dicit Abb. [illegible] sunt inuenta gratia, [illegible] §. ſi quis in nomi [illegible] quia cõſtat de corpore, [illegible] de nomine, & quod actus va [illegible] mutat nomẽ, tenet Bald. in [illegible] nos. quod c. dicit eſſe [illegible] legis. ſequitur Fel. in proœm. [illegible] n. 38. Nec obſtat d. l. ſi. quia non habet locũ quando ex verbis contrahẽtium ſeu diſponẽtiũ aliter cõſtet de corpore. & q proprium nomẽ eſſet mutatũ, ut tenet ibi Bald. in 2. q. quem ſequitur ibi Corne. & declarat Ruy. in d. l. ſi quis in fundi vocabulo. in prin. ff. de leg. 1. Et pro hoc facit, quia error in nomine appellatiuo, ſi res eſt præſens, & oſtendatur ad oculum, non vitiat gl. in l. ſi extrinſecus, vbi cõiter omnes, & Iaſ. late ff. de verb. obli. Bar. in d. l. ſi quis in fundi vocabulo. nu. 6. vbi Ruy. poſt alios. Præterea Aret. & Fulg. in d. l. fin. firmant, illa nõ procedere, ſi cõtrarium probetur. quod idẽ tenet Corn. in d. l. ſi quis in fundi vocabulo. licet per eos damnentur. Sed in hoc conueniunt, quando ex verbis cõtrahentiũ de corpore apparet, non procedere ut ſupra dictũ eſt. Plus enim attẽditur corporis præſentia, quam nominis ignorantia. ut notant Bal. in l. ſi quis in nomine ff. de verb. oblig. & ita ẽt videtur ſentire Rom. in conſ. 343. col. 3. ver. 4. principaliter moueor. vbi dicit quod quãdo conſtat de perſona actum faciẽte, & quę actum facere poteſt, error in nomine, prænomine, cognomine, vel in alia eius qualitate, nõ vitiat actum, & allegat l. ſi in Iudicis nomine. ff. de Iudicijs.

Nec crederem, quod ſi conſtaret aliter, quam per confeſſionem partium de errore, Notarij, ut puta per teſtes, uel alio modo, ut not. in l. errore. C. de Teſtam. & in l. ſi librarius. ff. de reg. iur. quod uitiaretur cõtractus, quamuis ex Roma. in d. conſ. 179. Verba cõtractus cenſeantur uerba Partium, non Notarij, & quod error in nomine proprio non uitiet contractum ſecundum dictam l. fin. & dictum conſ. Rom. tenet in terminis Barba. in addit. ad Bal. in c. 1. §. notandũ. de his, qui feud. dare poſſ. in addi. incip. in glo.

4 Si in Inſtrumẽto dicatur, Thomã quondã Marij cõtraxiſſe, & poſtea reperiatur Marium uiuere, an ex hoc uitietur Inſtrumẽtum? Et circa hoc quęſitũ eſt ſciẽdũ, q. & ſi dictio quondã ſecũdũ Grãmaticos contineat tria tẽpora, put dictio Olim, Iãdudũ, & ſimiles, ut per Albe. in Dictio. in uerbo. Olim ubi allegat hos uerſus. Olim, Iamdudũ, Quõdam tria tẽpora portat Præsẽs, Preteritũq; ſimul dicẽs, atq; Futurũ. Et per Fulgoſ. in cõſ. 21. Teſtator legauit uxori, & per Cora. in conſ. 163. col. 3 li. 1. Attñ ſcd'm legiſtas ex ſua propria ſignificatione reſpicit tẽpus præteritũ. glo. in l. nec emptio. ff. de cõtrah. emp. Albe. in loco preallег. Saly. in l. cui eorũ. §. affinitatis de poſtulã. But. & Imo. in c. cum cõtra de pigno. Fel. plures allegãt in c. ſi. de Teſtib. cogẽ. Ale. & Iaſ. in l. 1. §. 1. ff. de oper. noui nũc. Ruy. in cõſ. 70. nu. 12 li. 2. Iacob. Budrig. in l. cum aliquis. C. de iure deliber. vbi ſubdit, q ex d. verbo Quõdã appoſito in Inſtr. probatur mors Patris cõtrahẽtiũ inter ipſos, ẽt ſi ſit enunciatiuũ, ſequitur eũ Ale. in d. §. 1. q idem eſt, qñ eſt ſcriptum in actis ſcd'um, Crauet. in cõſ. 148. nu. 9. & late per Fel. poſt alios in c. ex parte nu. 2. de foro cõpetẽ. Are. in l. Pantonius §. pro hærede ff. de acqu. hæred. & idem de uerbo Olim dicit Fel. in c. ex inſinuatione col. 1. de Simon. & ſequuntur, hanc opinionẽ ante eum nonnulli in l. eius qui in prouincia ff. ſi cer. pet. licet Bar. & alij in d. l. 1. §. 1. ff. de nou. oper. nunc. tenẽãt etiã de iure importare tria tẽpora; et ideo ex hoc eſt dicendum, Inſtrumẽtum non uitiari, ſed ſubſtineri, ut decidit Bar. quem magis communiter ſequuntur alij in d. l. 1. §. 1. qui licet loquatur de dictione. Olim nil refert. quia idem importat; & de dictione Quõdam, tradit Are. & cõter alij in d. l. eius, qui in prouincia ff. ſi cer. petat. Canoniſtæ communiter in d. c. ex parte de foro competẽ. licet ibi Fel. in 2. intelligentia dicat eſſe cogitãdum, propter cõmunẽ uſum loquendi. & Barbat. in c. cum olim de off. deleg. quem uidetur ſequi Iaſ. in d. §. 1. teneat cõtrarium. Sed cum Bart. ſtant canoniſtæ, & Abb. in d. c. cum cõtra de pignor. & Iaſ. in d. §. 1. dicit, quod & in conſulendo, & in iudicando non eſt recedendum à deciſione Bart. communiter approbata. Et idem erit, ſi dicatur, Thomas, filius Marij, licet Marius fuerit, mortuus, quia, ſubaudiatur, dictio. Quondam.

l. In-

l. Inſula. in fin. vbi Bar. ff. de acq. rerũ domi. Spec. in §. reſtat. ver. p. & plenius in §. inſtr. ver. quid ſi ita de Inſtru. ædit. idẽ tenet Bar. & cõmuniter omnes in d. l. eius, qui in prouinc. & Canoniſ. in d. c. cũ cõtra. & c. ex parte, vbi late Fel. nu. 3. quę interpretatio facile fit cũ pſona ſit certo noĩe deſignata vt dicũt Dec. & Alcia. in d. l. eius, qui in prouinciam.

5 Si in inſtrumẽto ſit falſa demõſtratio Patris alicuius ex contrahẽtib. Sed tñ appareat de certitudine perſonæ cõtrahentis. An iſta falſa demonſtratio vitiet contractũ? Et eſt diſtinguendum; Aut enim eſt erratum in nomine Patris alicuius partis abſentis, ut contingit in legatario ſiue hęrede aut eſt erratũ in nomine Patris alicuius partis pręſentis. Primo res eſt clara, ſicut. n. error proprij nominis ipſius nominati ꝑ aliquẽ tertiũ in Inſtrumẽto nõ vitiat d. l. ſi quis in nomine. C. de teſta. & d. §. ſi quis in noĩe Inſti. de lega. cũ alijs ſupra alleg. multo magis error nominis Patris contrahentiũ ꝗ de iure nõ eſt neceſſarium, ut diximus ſupra. Et ꝗ talis error nõ noceat, qñ alias perſona eſt certa firmat, Bar. in d. l. demonſtratio. in 6. q. in prin. ff. de cõd. & dem. & in l. 1. §. fi. ff. de dote prælega. ſequitur & et. de Malef. in gl. Caium Sepronij col. 3. ver. qd ãt ſi erratũ fuit in nomine.

Secũdo vero caſu ſi eſt erratũ in nomine Patris alicuius cõtrahentis pręſentis; & tũc ſecundum conſ. Rom. 179. vitiat contractũ, per rationem d. l. fi. C. de hæred. inſt.

Verum tñ ego teneo et in hoc caſu valere ſi perſona alias ſit certa ex alijs demõſtrationib. per allegata ſuperius in ver. Sed inhęrendo primæ opinioni. Maxime quia nõ eſt neceſſe apponere nomẽ Patris cõtrahentiũ, vt dicũt Bart. & Dec. in d. l. ſi nominatim. ff. de cõd. & dem & ideo cũ iſta demonſtratio nõ ſit neceſſaria ſi erronee ſeu falſe apponatur, nõ nocet. Bar. in d. l. demõſtratio in 4. q. per tex. in l. vnica in prin. C. de rei vxor. actio. ſequitur. Maria. in repet. c. qualiter il 2. qu. 11. ar. 21. de accuſatio. & Fel. in c. cũ ordinẽ col. 3. de reſcriptio. Et ad hoc facit regula, quod erronea expręſſio in actibus in quib. nõ erat neceſſaria, non nocet ut per gl. & Doct. in l. vitũ in fi. ff. ſi cer. pet. & per Fel. in d. c. cum ordinẽ & Marſi. in l. vnius. §. ſi ff. de queſtionibus & quod demõſtratio falſa non neceſſaria non noceat firmat etiã Aret. in d. gloſſ. Caium col. 3. q. quęro quid ſi plures, vbi addẽtes, & ad hoc facit quod notat Soc. in d. l. ſi nominatim in fine, quod ſtante ſtatuto diſponente, quod in libello exprimẽre nomẽ Patris, & ſi non exprimatur, accuſatio ſit nulla, quod ſi nomen fuerit expreſſum erronee, & conſtet de corpore perſonæ accuſatę, erit ſatisfactum ſtatuto, & procederet accuſatio, per eã, quæ notat Bar. de indictione erronee appoſita, quod eſt notandum pro limitatione eorum, quæ firmauimus ſupra in ver. his ſic præmiſſis. ſub nu. 2.

6 Si ſit facta falſa demõſtratio agnationis, puta cũ eſſet de Campanis, ſit dictũ de Foreſtanis, eſt idem dicendum quando perſona, alias ex alijs demonſtrationibus, eſt certa, quia illa falſa demonſtratio nõ nocet veritati. Bar. in d. l. demonſtratio. q. 6. Aret. ubi ſupra, & ibi addentes, quod idẽ eſt dicendum ſi loco proprij nominis apponatur agnomẽ cũ prius ſit poſitum propriũ nomen. Bar. in conſ. 109. Martinus Baroncij per totum.

7 Si ſit facta falſa demõſtratio in noĩe Artificij, nõ nocet l. qui habebit. pe. ff. de reb. dub. vbi Bar. & alij. Si alias de corpore cõſtet, ꝗ idẽ tenet Bal. & Aret. in l. ſi quis in fundi uocabulo ff. de leg. 1. Aret. in d. gl. Caiũ col. pe. ver. quid ſi erratum eſt in noĩe artificij, vt in §. ſi quis in nomine. Inſt. de legata. Vital. de Clouſu. fo. 40. ver. Nunc videamus de errore nominis in fin. ſequitur Rom. in cõſ. 343. quod idem eſt de nomine dignitatis, & officij. Eſt tñ aduertendũ, quod aliquãdo nomẽ Artificij, ſeu dignitatis magis attẽditur, quã proprium, qñ ſcilicet magis ex ipſo artificio, vel dignitate cognoſcitur perſona, quã ex proprio nomine, vt eſt tex. in d. l. qui habebat. Et ideo ſi ſit erratum in nomine proprio, & nõ in nomine officij, vel dignitatis, valet nihilominus contractus, ut in exẽplo Bar. ibi, quod confirmat in l. demõſtratio. 7. q. in prin. nu. 17. quem ſequitur Are. in d. gl. Caiũ. col. pe. ver. quid autẽ ſi ſit error in nomine proprio delinquẽtis, vbi addẽtes. Fel. in c. ſignificauit col. 2. de reſcriptis.

8 Quamuis iura Vrbis Romanæ ex conſtitutione Antoninij ad omnes in orbe Romano exiſtẽtes fuerit cõceſſa, ut eſt de hoc tex. in l. in vrbe Roma. ff. de ſtatu homi. quæ debet legi in orbe Romano, ut declarat Alcia. lib. 2. Diſput. ca. 21. & in l. poteſtatis verbo. ff. de verbor. ſignific. reſpectu honoris, non etiam reſpectu immunitatis, vbi originem, ciuilitatis ex hiſtorijs, & legib. late proſequitur; attamen ſecundum noſtra tempora, nõ omnis homo poteſt dici Ciuis, ſicut nec omnis locus põt dici ciuitas, ſed illa eſt dicẽda,

quam princeps uult eſſe Ciuitatem, ut dicit Innoc. in ca. cũ ab Eccleſiarum de off. ordin. & Bar. per illum tex. in l. 1. C. de Metropol. Berito. lib. 11. etiã q̃ non habeat Epiſcopũ, quia põt eſſe Ciuitas ſine Epiſcopo; Tñ in Italia ex cõſuetudine illa dicitur Ciuitas, q̃ habet Epiſcopũ ſcđm Bar. in l. 2. ff. de verb. ſignif. in l. Sodales, nu. 5. de colleg. illicit, & in l. ſi hæres. §. vicis ff. de leg. 1. 10. Andr. Archid. Gemin. & alij plura ponunt de Ciuitate in c. ſi ciuitas, in prin. de ſent. exco. in 6. & Bar. in extrau. Qui ſint rebelles, in verbo. Lombardę. Ille igitur dicitur propriè Ciuis alicuius Ciuitatis, qui eſt originarius eius vbi Bar. C. de incol. lib. 10. gl. & Bal. in l. Ciues C. de appel. & ita proprie accipitur. Are. in cõſ. 77. incipit, Et tũ, & ibi, qui Ciuilitatẽ cõſequitur aliquo ex trib. modis, de quib. in d. l. Ciues. C. de incol. & maximè 1. modo, ſcilicet electione, qui modus declaratur per Bar. in l. 1. nu. 17. ad municipal. procedere, quando quis efficitur Ciuis per receptionẽ, à Ciuitate, vel per priuileg. ſibi factũ, vbi poſt Bar. notãt Doct. in d. l. ciues. Talis n. caſu habetur pro Ciue originario, & vero quoad cõmoda. Bar. & alij in l. ſi is, qui pro emptore, vbi Cro. in nu. 4. & ſeq. ff. de vſucap. & omnes poſt Bal. in l. ſi Ruffinus C. de Teſta. milit. Alex. in conſ. 57. viſo inſtrumento col. 4. lib. 2. Dec. in conſ. 283. n. 10. & late Pariſ. de more in conſ. 71. lib. 1. Nec ſufficit habitatio ēt longiſſimi temporis ad ciuilitatem cõſequendã, quando quis nõ participat de honorib. & oneribus. Aret. in conſ. 77. incipiẽ. & ratio ſcribendi. Fely. in c. quoniã nu. 3. de off. ord. Pariſ. in conſ. 53. nu. 90. lib. 3.

9 Vnde ſi in cõtractu ſcriberetur aliquẽ ex contrahẽtibus eſſe ciuẽ illius Ciu. qui vere, nõ eſſet, ualeret nihilominus contractus, ſi alias cõſtaret de eius perſona per ſępe allegata ſuperius, & quia error in Patria nominati nõ vitiat. l. quoties. in prin. ubi Doct. ff. de hæred. Inſt. l. his verbis. §. 6. vbi Ange. & Imo. ff. eod. Aret. in d. gl. Caiũ Sẽpronij col. 4. ver. quid ſi eſt erratũ in Terra, & in d. §. ſi quis in nomine, Inſt. de lega. Niſi alias eſſet neceſſe, cõtrahentes eſſe ciues illius ciuitatis ut puta quia forenſes nõ poſsẽt in illa acquirere, vt extãt de hoc ſtatuta in multis locis, & in ciu. Politiana. Tũc n. falſa demo. ciu. vitiaret cõtractũ p ea, quę notat Ang. in addi. ad Aret. in d. ver. quid ſi eſt erratũ, & Doct. in c. ſignificante de reſcriptis. Veruntamen, in dubio quis præſumitur eſſe de illo loco, in quo reperitur, & in dubio quis præſumitur ciuis nõ forenſis, ut notãt in l. ſi cũ exceptione, §. in hac ff. quod met. cau. Aret. in d. tract. de Maleficijs in verbo. Ang. de Bononia 2. q. & ibi addentes dicunt procedere, ſiue quis ſit uiuus, ſiue ſit mortuus. Fely. in d. c. quoniam nu. 3. Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 15. Et ſi quis in aliquo inſtrumẽto deſcribitur ciuis alicuius ciuitatis, inter ipſos contrahẽtes inſtrumẽtũ probat illum eſſe ciuẽ l. optimã. C. de cõtr. & cõmit. ſtipu. Dec. in conſ. 283. n. 8. uer. & hoc cõfirmatur. Sequitur Alc. in d. tract. præſũp. reg. 2. Præſumpt. 24. nu. 8. & in l. 1. §. nunciatio, nu. 12. ff. de oper. nou. nunc. Fel. in c. cũ uenerabilis nu. 23. Dec. nu. 22. de except. Alc. in conſ. 3. nu. 14. lib. 2. Quo fit, ut talis nõ poſſit declinare forũ illius loci, cuius enunciatur ciuis, in aliquo inſtrumento, niſi contraria probatione tollat illam preſumptionẽ. Bal. in l. fi. in fine C. ſi à nõ competen. Iudic. Fel. in ca. cum cauſam nu. 6. ubi Dec. n. 8. de probatio. & Alc. in d. præſumpt. 15. nu. 2. Verũ ſi quis nomine proprio uocetur Romanus, nõ per hoc cenſetur Romanæ Vrbis originarius ciuis, nec de Rom. l. fi. §. pen. ubi Bar. ff. ad municipal. Secus, ſi uocetur nomine appellatiuo, ut puta Ceſar. Rom. tunc enim cenſetur, originarius ciuis Romanæ Vrbis. Sed & reprobari §. amplius cum gl. ff. de excuſa. tuto. Bar. & alij in rub. ff. ſol. matr. Bal. in c. ſignificante ubi Fely. col. pe. de reſcriptis. Bar. in l. prouinciales. ff. de uerb. ſign. ubi Alc. in fin.

10 Quid ſi ſit facta falſa demõſtratio contratę, ſeu Parochiæ, an ex hoc uitiabitur cõtractus? Et ſi cõſtat de corpore cõtrahentiũ nõ uitiatur, l. ſi ita diſtinctur l. his uerbis. §. 1. ubi Ang. & Imo. de hered. inſt. Are. in d. gl. Caiũ Sempronij col. 4. uerſ. quid ſi eſt erratum in Terra.

11 Quid ſi contingat falſa demonſtratio circa nomina propria Teſtium? Et dic, quod nomina propria Teſtium debẽt exprimi in Inſtrumentis, alias inſtrumenta nõ ualẽt §. Sed & ſi Inſtrumẽta. auth. de Inſtru. fide, & caute. & incertitudo uitiat l. duo ſunt Titij, ff. de Teſta. tut. l. Ita fidei. de iure fiſci. Bal. in terminis in conſ. 108. Domina Ioanna in 2. dubio lib. 3. Marſi. in conſ. 20. nu. 25.

12 Si uero ſit facta falſa demonſtratio circa prænomina, cognomina, nomina Officij, Artificij & Dignitatis Teſtium, dic ut ſupra diximus ſi falſa demonſtratio contingat circa hæc prænomina contrahentium.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Indictio eſt in quolibet inſtrumento apponenda.*

2 *Indictio dupliciter accipitur, & quomodo hic accipiatur, & de ea multa dicuntur.*

3 *Indictio falſe, corrupte, ſeu erronee appoſita non vitiat.*

4 *Indictio omiſſa vitiat, ſed poteſt illam Notarius quandocunque propria authoritate apponere.*

Caput 2. Quæſtio. 3.

1 VTrum erronea, ſiue falſa demonſtratio de Indictione in contractib. appoſita vitiet contractum. Occaſione huius queſtionis videtur de neceſſitate predicēdū, qđ Indictio eſt in quolibet inſtrumento apponenda, vt valeat, & ſubſtineatur, vt eſt tex. in auth. Vt preponatur nomē Imperatoris, cum cōcordantib. de quibus per Spec. in §. 2. verſi. poſt annos Domini, de Inſt. edi. gl. & Fel. poſt alios in c. inter dilectos. de fide Inſtr. & omnes in c. 1. eo. vbi Dec. nu. 11. allegat concordantes, & in conſi. 447. Soc. in conſi. 98. num. 15. lib. 3.

2 Et pōt capi dupliciter. Primo modo pro munere, ſeu onere per Principem ſeu Imperatorē ſubditis indictō, vt definit Alciat. in l. inter publica. ff. de verb. ſignif. eſſe, ſ. quod Principis edicto, ſubditis indicitur, vt plurimum certam quantitatē non complectēs, & hoc modo non accipitur hic. Secūdo modo accipitur pro ſpacio illo temporis, quod erat trium luſtrorum, ſ. trium quinquenniorum, quod eſt idem. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati, quo exigebātur huiuſmodi Indictiones, ſeu munera, & hoc mō hic accipitur, & Specu. in d. §. 2. col. 2. verſ. poſt annos, & col. ſeq. dicit, fuiſſe inductum tempore Romanorum, quib. Primo luſtro, ſeu quinquennio ſoluebatur ferrum pro fabricandis armis militibus. Secūdo luſtro Argētum pro militibus ſtipendiarijs. Tertio aurum aurum pro Republica conſeruanda, & ſecundum aliquos pro conſtruendis ſimulacris, quibus quidem luſtris finitis erat finita Indictio, & de nouo incipiebat, & hoc idē tradit gl. in d. Auth. ut preponatur nomē Imperatoris. in verbo Indictionis, & glo. in l. 1. C. de Iuſt. Codi. confir. & communiter tenent Doctores in d. cap. inter dilectos. de fide Inſtrum.

3 Quæ quidem Indictio ſi fuerit corrupte, erronee, ſiue falſo appoſita, contractum nō vitiat, Dyn. & Bal. in 2. conſti. C. in verſi. 7. Dyn. in conſ. 13. incipien. Queſtio talis eſt. Bar. in l. admonendi. ff. de iureiura. in l. ſi librarius. de reg. iu. in l. Imperator ff. de ſtatu homi. in l. ſi nominatim. ff. de cond. & dem. vbi Soc. dicit communē. Ang. in d. l. Imper. Dec. & Cag. in d. l. ſi librarius. Fel. in d. c. inter dilectos. nu. 14. & c. imputari. nu. 10. de fide Inſtr. Dec. in c. 1. nu. 11. eo. Marſil. ſing. 431. Dixi tibi Iaſ. in repe. l. admonendi col. 66. num. 17. de iureiuran.

4 Si vero fuerit omiſſa vitiat, poteſt tñ Notarius illam propria authoritate apponere, & remouebitur impedimētū omiſſionis, ita tenent Bal. & Ang. in d. l. Imp. Alex. in cōſ. 190. col. 2. li. 6. Iaſ. in cōſ. 28. li. 1. Fel. in c. ex litteris. n. 9. caſu. 4. de fide Inſt. Cag. in d. l. ſi librarius. num. 23. ff. de reg. iur.

SVMMARIVM.

1 *Annus, Menſis, & Dies ſunt in inſtrumento apponendi.*

2 *Annus Menſis, & Dies ſi fuerint erronee, ſiue falſo appoſiti, poſſunt vere apponi per eundem Notarium iudicis authoritate.*

Caput 2. Quæſtio 4.

ANnus, & dies, & menſis ſunt in inſtr. apponendi, vt de anno teſtantur Spe.
1 de Inſt. edi. §. 2. col. 2. & §. Inſt. ergo ver. itē qđ non eſt ibi inſcriptus annus. Fel. qui allegat concordantes in c. 1. nu. 3. de fide inſt. Qđ eſſe de conſuetudine potius, quā de iure firmant. Abb. Fel. & Dec. in d. c. 1. & gl. in c. iter dilectos, in verbo indictio de fide inſ. Dec. in cōſ. 447. Alex. in cōſi. 190. col. j. li. 6.

De die eſt auth. vt prep. nomen Impe. gl. in l. generali. C. de Tab. li. 10. Spec. vbi ſup. Faber. & Arc. in §. Itē verborū. inſ. de inuti. ſtip. Dec. in d. cōſ. 447. Pariſ. cōſ. 68. in prin. li. 3. & de mēſe ad certiorādū diē, q alias de neceſſitate non eſt apponēdus, dicit Bar. in l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initiū. nu. 23. ff. de edēdo. Fel. in d. c. 1. n. 10. licet in d. auth. Vt preponatur nomen. Impe. uideatur etiā de neceſſitate Menſem eſſe apponendū, qđ tenet Alex. in addit. ad Bar. in d. §. ſi initiū.

2 Quero modo quid iuris ſit, ſi Annus, dies, & men-

& menſis ſint erronee, ſeu falſo demõſtrati, an ex hoc ſ. vitiet actus, vel poſſit error corrigi per Notarium? Bar. loquẽs in die & ſic in tempore in l. Imp. ff. de ſtatu hom. & in l. ſi librarius. ff. de reg. iur. quem ibi cõiter ſequũtur Doct. ſic diſtinguit, aut Notarius in continenti omiſſumtẽpus appoſuit, & quia hoc eſt de concomitantib. neceſſarijs, ſine quib. actus nõ poſſunt explicari, vt poſt Io. And. dicit Gem. in c. Abbate ſa ne. col. fi. de re iud. in 6. & põt propria authoritate apponere, aut facit appoſitũ tempus, & erratũ, & tunc ſi nõ eſt data copia parti, põt corrigere: ſi vero fuit da ta copia parti, & tũc exigitur authoritas Iudicis, vt late per Fel. in c. ex literis de fide Inſtr. & per Dec. & Cag. in d. l. ſi librarius. ff. de reg. iur. Pariſ. cõſ. 28. n. 41. li. 2. Vital. de clau. fo. 28. col. 1. Ang. cõſ. 19. viſis oĩb. col. 1. qđ tenent indiſtinctè nõ poſſe ſine authoritate Iudicis Bar. in d. l. ſi librarius. Ant. de Butr. & Fel. in c. ex literis de fi. de inſtr. Vital. vbi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Demonſtratio falſa in Iudicijs quando vitiet, vel non vitiet proceſſum.*

2 *Si in eodem loco ſint duo eiuſdem nominis, & ſit proceſſum, contra quem proceſſum intelligatur.*

3 *Demonſtratio falſa in Iudicijs vitiat indiſtincte.*

4 *Demonſtratio falſa non vitiat appellationẽ.*

5 *Demõſtrationibus duobus veris probatur idẽtitas rei demonſtratæ, quãuis aliæ ſint falſæ.*

Caput 2. Quæſtio. 5.

Vtrũ falſa demonſtratio in Iudicijs vitiet? hanc quæſtionẽ tãgit Bar. in l. demõſtratio. q. 6. nu. 12. ff. de cond. & dem. quẽ ſecundum Imo. ibi ſub num. 4. ver. Itẽ adde videtur obſeruare loqui, qñ proceditur contra abſentem, ſed conſideratis diligenter eius dictis, mens Bart. ſecundum eundẽ fuit

1 conſiderare tria membra in hac quæſtione Primũ quando conſtat de certo corpore citato per nuncium ſub falſa demõſtratione, & de illo Iudicem ſenſiſſe. Secundo qñ conſtat, nunciũ citaſſe certum corpus ſub falſa demonſtratione, ſed non conſtat, iudicẽ de illo corpore ſenſiſſe. Tertiũ qñ conſtat, citationem eſſe factam, non tñ apparet, qñ corpus citauerit nuncius, nec de quo caſu ſenſerit iudex. Primo. n. caſu iudicium tenet, ſi. n. cõſtat, qđ ille homo fuit illud idem corpus ſub falſo noĩe citatum, tunc valet proceſſus quia aĩus iudicis referebatur ad illud, l. congruit. ff. de offi. pręſid. & l. fi. in fine, ff. de bonis eorũ, qui ſibi mortẽ, & arg. eorũ, quę habẽtur in l. ſi fuerit. ff. de reb. dub. Bar. vbi ſupra d. nu. 12. ver. quia aĩus iudicis. Imol. ſub n. 4. ver. Primo caſu. quod amplius procede re, ẽt, qñ nũcius habet poteſtatẽ citandi ſine mandato iudicis, quia iudex tũc videtur ſe referre ad illum, de quo ſenſit nuncius, qui alias de iure ſine iudicis mandato citare nõ poteſt. l. fi. C. de duob. reis, nec creditur nuncio aſſerenti, ſe citaſſe de mandato iudicis, niſi appareat. arg. c. cũ in iure peritus de off. dele. Io. And. in c. quoniam cõtra falſam de probationib. & proceſſum valere in propoſito 1. caſu tenuit Paul. de Caſt. in d. l. demõſtratio. nu. 4. & Socc. nu. 11. & talis tenetur cõparere. Bar. Caſt. & Soc. vbi ſup. Secũdo vero caſu, qñ non conſtat iudicẽ de illo corpore ſenſiſſe, & non extat ſtatutum, qđ Nũcius ſine mandato iudicis poſſit citare, tunc citatus ſub falſa demonſtratione non tenetur comparere, & proceſſus contra eũ non valet. l. ſi ſeruus. §. ſi quinq; ff. de l. 1. & l. 1. §. pen. ff. de dote prele. & l. idẽ Pomponius. ff. de rei vend. Bart. in d. l. demonſtratio nu. 43. in fine. Imo. ſub nu. 4. in fine. verſi. Et ex his poteſt inferri. Socc. ſub nu. 11. in fine. facit Rota in nouis deci. 17. de re iudic. alias. 331. & Gaill. lib. 1. obſer. 49.

Tertio caſu qñ non cõſtat de corpore citati, nec de quo ſenſerit iudex, & tunc non valet proceſſus ſecũdũ allegata in 2. verſu ob incertitudinẽ, cuius ratione quis nõ tenetur cõparere, vt per Soc. vbi ſup. facit Rota ĩ nouis de dolo, & contu. dec. 18. alias 419.

2 Et ſi ſint duo eiuſdẽ noĩs, & nuncius refe rat citaſſe, vt habuit in mandatis, & ſit lata ſententia, dubitatur contra quẽ erit exequẽda, an vero ſit locus gratificationi per tex. & ibi notata per Bal. in l. ſi quis ſeruũ. §. ſi inter duos. ff. de l. 2. & videtur exequenda cõtra diffamatũ de crimine, non cõtra nõ diffamatũ, quia de illo intellexit iudex, ita determinat. Imo. in d. l. demonſtratio ſub n. 4. ver. & per hoc etiam, & culpabilis eſt puniẽdus Bald. in d. §. ſi inter duos. eum ſequitur Caſt. in d. l. demõſtratio. nu. 5. nec eſt locus gratificationi per prædicta.

3 Quod dictum eſt, demonſtrationẽ falſam in iudicijs vitiare, qñ de corpore rei demõ-

ſtratæ

ſtratæ non conſtat, ampliatur procedere in oĩ Iudicia, ſi actu, vt de libello dicit Innoc. in c. ex parte Abbatiſſæ ſub nu. 1. de priuilegijs. & exceſſibus priuilegiator. ũ. de citatione Bar. & addentes in d. l. demonſtratio, & alij Docto. in diſtincte vitiare affirmant in Iudicijs.

4 Sed reperio, hoc dictum non procedere in appellatione, quæ ex falſa demonſtratione aliqua nõ vitiatur, vt per Puteũ in deci. 46. n. 3. li. 1. ſed procedit, quia habet relationẽ ad ſententiam, cuius certitudine certa efficitur appellatio, licet aliquam falſam debeat demonſtrationem. vt & ipſe Puteus intelligit in d. deciſ. 46. nu. 2. quia quicquid vltra neceſſarias demonſtrationes adijciatur, eſt ſuperuacaneum, & ideo falſum non vitiat. Rota in nouis de reſcriptis deci. 7. alias 68. nu. 1. & 2. nec minus omiſſum. l. 1. §. fi. ff. de dote præle. & l. 1. in prin. & ibi Bart. nu. 15. 16. ff. de rei uxor. actio. & Rota in nouis vbi ſup. deciſ. 16. alias. 133.

5 Nam ex duob. veris demonſtrationibus probatur idẽtitas per ea, quæ propoſuimus ſup. in 1. par. c. 90. dum demonſtrationi definitionem deſignauimus nu. 5. & per ea, quę tradimus inf. hac 2. par. c. 2. q. vl. dum modũ probandi identitatem rei demonſtratæ latiſſime proponimus.

S V M M A R I V M.

1 *Demonſtratio falſa ſi dat cauſam reſcripto, illud vitiat.*

2 *Demonſtratio falſa, quæ dat cauſam reſcripto, illud vitiat, etiam quod alias conſtet de corpore.*

3 *Demonſtratio falſa, quæ nõ dat cauſam reſcripto, illud non vitiat.*

Caput 2. Quæſtio 6.

VTrum demõſtratio falſa in reſcriptis vitiet ipſum reſcriptum? & eſt diſtinguendũ; aut n. falſa demonſtratio dedit cau
1 ſam reſcripto, aut non. Primo caſu vitiat reſcriptũ c. ſignificante. 34. vbi Fel. poſt alios nu. 3. ver. quando falſa demonſtratio. l. ſi pater. & l. nec apud acta. C. de hered. inſt. l. cũ. quam. C. de fideico. Specul. de reſcript. præſentatione. li. 2. parti. 1. §. ratione autẽ cauſę 9. nu. 10. ver. quid ſi indubitate, & ibi addẽtes. Bar. in l. demonſtratio falſa. q. 5. nu. 11. Imo. ſub nu. 4. ver. Item adde in quantũ tãgit. ff. de cond. & dem. Bal. in l. neq; natales 10. nu. 18. C. de probationib. Alex. in cõſil. 136. nu. 8. lib. 2. Rom. in conſi. 327. iſtę ſunt rationes in fine. ver. ad hoc dare reſpõdeo. Pariſ. in conſi. 51. conſiderata nu. 29. lib. 4.
2 Quod eſt adeo verũ, vt procedat etiã ſi alias de corpore conſtet, vt colligitur ex q. quam mouet, & determinat Compoſtell. in d. c. ſignificante, de reſcriptis. qđ non valeat mãdatum Papę de prouidendo Bernar. ſcolari Bonon. cum ille Bernar. ſit Padu. Bononię ſtudens ob falſam demonſtrationẽ originis beneficiandi cum in hac eadem q. ſequũtur Io. And. ibi nu 4. Butr. nu. 5. Bal. nu. 5. & 6. Fel. nu. 8. latiſſime de more ſuo, Gigas de pẽſionibus in q. 22. nu. 9. 10. & 11.

3 Secundo vero caſu, ſi falſa demonſtratio non dedit cãm reſcripto, & alias conſtat de corpore, tunc non vitiat reſcriptũ. Bal. in d. l. neq; natales in fine. C. de ꝓbationib. Fel. in d. c. ſignificãte. nu. 3. Rota in nouis de reſcriptis dec. 7. alias 68. nu. 1. & 2. & in deci. 16. alias. 133. Rebu. in praxi Benef. in forma ſignat. Gratię par. 1. ver. Ludouici.

S V M M A R I V M.

1 *Demonſtratio falſa poſſeſſoris Beneficij, quod Papa ſibi reſeruat, non vitiat reſeruationem.*

2 *Demonſtratio falſa in collatione, quod Beneficium ſit reſeruatum, cum non ſit, vitiat collationem.*

Caput 2. Quæſtio. 7.

VTrum falſa demonſtratio vitiet reſeruationẽ? Vt puta Papa reſeruauit ſibi Archipresbyteratũ Collenſem quã primũ vacare cõtigerit ex perſona dilecti filij Nicholai Sabolini, quẽ tamen non Nicolaus, ſed Leonar. Bonac. poſſidebat. In pręſenti
1 caſu ſi vacauerit per obitũ Leonardi, remanebit nihilominus reſeruatum. Rota in antiqui dec. 12. alias de conceſ. præben. quia qđ illum poſſideret Nicolaus, vel Leonardus non dedit cauſam reſeruationi, ſed ipſe Archipresbyteratus Collenſis quam primũ vacauerit, dedit cauſam reſeruationi, & fuit vere demonſtratus, vt non obſtante falſitate demonſtrationis nominis poſſeſſoris, valeat nihilominus illius reſeruatio per dictã deciſ. & per allegata ſuperius in pręcedẽte. 6. q. in 2. caſu num. 3.

2 Sed

2 Sed ſi Papa conferret Beneficiũ tanquã reſeruatum, quod non eſſet, tũc collatio nõ valeret, quia qualitas, qđ eſſet reſeruatum, dedit cauſã collationi, quæ ſi reperiatur falſa, vitiat collationẽ per allegata in pręcedẽte q. 6. in prin. et per Gem. in conſ. 36. caſus talis, et in conſi. 335. circa primum Anc. in conſi. 398. Pręmitto, etiam ſi ſequeretur declaratio Papæ, illud beneficium fuiſſe reſeruatum ſecundum Anchar. ibi nu. 4. ver. contrarium, & num. 5.

SVMMARIVM.

1 *Identitas rei demonſtratæ eſt per allegantem probanda.*

2 *Fundamentum ſuæ intentionis quis debet probare.*

3 *Legatarius agens contra tertium, quid debeat probare.*

4 *Equi conducti identitas quomodo probanda.*

5 *Identitas de facili præſumitur.*

6 *Pluralitas rerum, perſonarum, & factorum non præſumi.*

7 *Pro falſitatem vitanda præſumitur.*

8 *Identitas perſonæ eſt per affirmantem probanda.*

9 *Eam non probat ſolus proprij nominis identitas. 15.*

10 *Teſtium nomina ſunt deſcribenda cum duob. qualitatibus in teſtamentis.*

11 *Idem de nominibus Notarij.*

12 *Identitas perſonæ probatur expreſſione nominis cum aliqua alia demonſtratione, & ſigno. 15.*

13 *Niſi idem nomen, & ſignum aliæ perſonæ conueniat.*

14 *Nomen proprium intelligitur, quãdo habet aliquod ipſius perſonæ, demonſtratiuum.*

16 *Et quando eſt ſingulare probat identitatem perſonæ.*

17 *Identitas perſonæ probatur vnitate nominis adiectis duobus ſignis, vel indicijs.*

18 *Signa, & Stigmata in corpore probant identitatem.*

19 *Occiſi, & decapitati identitas probatur per ſigna, & ſtigmata quæ habet in corpore.*

20 *Identitas cognominis, & familiæ eſt probanda per fundantem ſe in ea.*

21 *Et præſumitur ex identitate nominis agnationis.*

22 *Niſi ſint adiunctæ qualitates diuerſæ, & ſeparatæ.*

23 *Agnatio ad effectum ſuccedendi eſt per diſtinctos gradus probanda.*

24 *Quando opponitur, alium proximiorem extare.*

25 *Quando non apponitur, alium proximiorem extare, ſufficit probare ſe agnatum. 28.*

26 *Facta non præſumuntur.*

27 *Pro aſſerente ſe agnatum, quia cum eo concordat ſtatus naturalis præſumitur.*

29 *Niſi ſint vocati proximiores agnati, quia tũc debet probare ſe proximiorem, & agnatum.*

30 *Tamen in omni caſu neceſſe habet, ſe probare eſſe eſſe intra gradum, vltra quem agnati excluduntur.*

31 *Agnationis gradus quando eſt probandus, non eſt incipiendum à 1. ſtipitem, ſed ſufficit inducere probationem a primo gradu transuerſali.*

32 *Et quando fideicommiſſum producitur in infinitum, tunc ſatis eſt docere de conſanguinitate in genere per tractatum, & opinionem.*

33 *In feudis Regalibus ad effectum ſuccedende ſufficit probatio de parentela per tractatum, nominationem, & famam.*

34 *Identitas rei ſiue mobilis, ſiue immobilis eſt per allegantem probanda.*

35 *Et non præſumitur.*

36 *Identitas mobilium & ſe mouẽtiũ ex ſignis, Armis, & Stegmatibus deducitur.*

37 *Identitas immobilium probatur duob. ſeu pluribus demonſtrationibus, duobus, ſeu pluribus confinibus. 40.*

38 *Demonſtrationes immobiliũ debẽt eſſe certæ.*

39 *Teſtes deponẽtes de finibus debent habere notitiam antiquorum, & nouorum.*

41 *Demonſtrationes ſupernacaneæ omiſſæ non vitiant.*

42 *Demonſtrationes duæ ex quatuor, vel pluribus expreſſis conuenientes non ſufficiunt, ſed rem dubiam reddunt.*

43 *Identitas rei immobilis, quando agitur de probando delicto ad pœnam, eſt probanda per omnes confines & demonſtrationes.*

44 *Item probatur ſolo ſingulari nomine.*

45 *Sed iſta probatio eliditur probationem pluralitatis nominis.*

46 *Probatur ex nominatione facta in aliqua diſpoſitione.*

47 *Continuata poſſeſſione deſcendentium primi poſſeſſoris probatur.*

48 *Fama publica, & vulgi opinio.*

49 *Semiplena probatio in antiquis illam probat.*

50 *Ennunciatiua inſtrumenti antiqui.*

51 Conte-

51 Conjectura, & præſumptiones in antiquis.
52 Recognitione poſſeſſoris, qui rem pro ſali recognoſcat.
53 Pecuniarum identitas quomodo probetur.

Caput 1. Queſtio. vltima.

IDentitas rei demonſtratę ad ſui fauorem
puta in teſtamẽto, ſeu alio actu eſt probã-
da per illũ, qui rem demonſtratã conſequi
intendit, ex generali regula quę habet, qđ
ei, qui dicit, onus probandi incũbit. l. ei qui
incumbit. ff. de probatio. l. actor quod aſſe-
uerat. C. eod. & ſic ex multis arguit Cra. in
conſi. 61. nu. 6. Decia. conſ. 76. nu. 1. li. 3. erit
.n. probanda ab eo, qui eam deducit, cũ non
pręſumatur. l. ſi tem. in fine. ff. de rei vendic.
l. 1. §. ſi quis argentum. ff. depoſiti Bal. in l. j.
n. 3. C. ſi unus ex plurib. appe. Alex. in conſ.
183. nu. 17. li. 6. l. duo ſunt Titij. ff. de teſt. tu
tel. Cor. conſi. 144. n. 11. lib. 4. Aymon. cõſi.
112. nu. 5. & 6. & conſi. 198. nu. 4. Rota diu.
dec. 441. n. 1 par. 1. Et eſt propoſitio indubi
2 tata, vt Vnuſquiſque teneatur probare fun
damenta ſuæ intentionis. l. nõ ſolum. §. ſed
probari, vbi notant Bar. & Doc. ff. de operis
noui nũciat. & in l. hoc iure. & in l. illa. ff. de
verbo. obl. Surd. qui alios citat, in deciſ. 55.
nu. 1. Et ideo reſtat, vt videamus, quomodo
identitas rei demonſtratæ poſſit probari, &
3 verificari; Nam ad obtinendũ legatario, ſeu
fideicommiſſario aduerſus tertiũ poſſeſſo-
rem fundi, vel domus ſibi legatæ non ſuffi-
cit allegare, quod fundum, vel domũ teſta-
tor poſſidebat, ſed neceſſe habet ꝓbare per
aliquas demõſtrationes eſſe illum, quem ei
reliquit teſtator exẽplo eius, quod dicit Io.
And. in c. auditis. de pręſcript. de conducto
4 re Equi quod non ſufficiat, ſi probet Equũ
ſibi in itinere mortuum, niſi etiã probet eſ-
ſe illum equum, quem conduxerat, per ali-
qua ipſius equi interſignia, quem Io. And.
ſequuntur Abb. & Fel. num. 43. Alex. conſi.
118 col. fi. & conſi. 119. col. fi. lib. 1. Dec. in
5 conſi. 19. prope finem Craue. in conſil. 112.
num. 3. Debet tñ identitas de facili præſu-
mi; vt notat Anchar. in conſi. 194. in cauſa,
6 & q. prope finem, quia pluralitas rerũ, per-
ſonarum, & factorum non præſumitur. l. in
bello. §. factę. ff. de capt. & eſt tex. in c. in pręſentia de proba. ubi Dec. poſt alios in 9. no-
tab. & in c. cum Ioãnes, vbi plene Fel. nu. 6.
& 7. de fide Inſtr. Bal. in l. neque natales. nu
me. 3. C. de proba. Alex. in conſi. 53. ſub nu.
2. lib. 1. Iaſ. in l. 2. nu. 7. C. de bonor. ſi poſſeſſ.
ſecun. tabul. in conſi. 34. col. 5. in fine, & cõ-
ſil. 42. col. 4. lib. 1. Crau. in conſil. 498. num.
7 1. Niſi forte ageretur de falſitate vitanda,
quia tunc pręſumitur pluralitas. Bal. in l. fi.
in fine C. de reb. creditis Fel. in c. auditis n.
43. de præſcript. Iaſ. in conſi. 34. colum. 6. in
prin. lib. 1. Surd. in deciſ. 282. ſub num. 4. &
5. De hac re copioſiſſime Menoch. de præ-
ſump. lib. 6. præſump. 15. per totam, vbi de
terminat. quando, & quibus in caſibus præ
ſumatur, vel non pręſumatur pluralitas, uni
tas, ſeu identitas. Nos vero deſcendẽdo ad
particularia, de quorũ identitatis probãdo
mõ ex mente Doctorũ dicere decreuimus,
de identitate vnitateq; perſonę, & ipſa quo
modo ſit probanda in primis dicendum eſ-
8 ſe putamus, Nam & ipſa perſonæ identitas
ab eo probari, qui eam aſſerit, & affirmat, vt
docuit Bar. in l. 1. num. 3. ff. ſi vnus ex pluri-
16 *Cauſa reſpiciens commodum tertij præſumitur finalis.*
17 *Impulſiua uidetur Baldo.*
18 *Cauſa de præterito prolata a lege quãdo præſumatur finalis, vel impulſiua.*
19 *Cauſa prolata ab homine quãdo præſumatur finalis, vel impulſiua.*
20 *Cauſa in cõtractibus illa exiſtimatur finalis, ex cuius radice oritur obligatio.*
21 *Cauſa erit finalis, & impulſiua, vt voluerint contrahentes.*
22 *Cauſa appoſita in vltima uoluntate præſumitur impulſiua.*
23 *Niſi ea ceſſante ceſſat titulus relicti.*
24 *Niſi teſtator non erat aliter relicturus.*
25 *Cauſa impulſiua facit, ut actus non poſſit dici nudus & ſine cauſa.*
26 *Conditionis euentus habetur pro cauſa obligationis, ut nõ poſſit dici nuda ſine cauſa.*

Caput 4. Queſtio. 9.

VTrũ cã in dubio preſumatur fina. uel impulſiua. Pro intelligentia ꝓpoſitę quæſtionis. Primo præmittẽdũ eſt, ꝙ condi-
1 tio, Modus, & cã in hac materia ꝓ cã aſſumũtur. Bar. in l. 2. §. ult. ff. de don. & ꝑ eũ Tiraq. de ceſſãte cã limi. 1. n. 41. uer. poſtea autem.

Scđo ꝙ cã fin. ualde differt ab impulſiua quoniã illa ceſſante ceſſat diſpoſitio, iſta uero ceſſante nõ utiq; ut notatũ dimiſimus ſupra in 1. par. c. 96. in fine, & c. 97. n. 34. & 35. ꝑ tex. in l. cu tale §. falsã cãm ut l. epiſtolã in prin. ff. ad Treb. Cy. ĩ l. ſi mulier. n. 2. C. de iure dotiũ Bar. in d. l. 2. §. titio n. 2. in fin. ff. de don. ꝙ & ex alijs iurib. cõ ꝓbauit Car. Mãt. de cõie. ul. uolũt. li. 6. ti. 14. n. 14. et 15. q̃ eãdẽ ſnĩã eſt ſequtus innumeris authoritatib. Tiraq. in tract. de ceſsãte cã limi. 1. n. 1. & ſeq. & iõ multũ refert ſcire, an ſit fin. vel impulſiua qualiter. n. ĩducatur cã late diximus ſup. ĩ 1. par. dũ notauim⁹, q b. ĩducat verbis c. 98.
3 Quæ q̃ dẽ in dubio pſumitur impulſiua, ut dixit gl. in l. gñaliter, vbi Cy. ſub n. 5. Bal. n. 5. ver. ſed in dubio dixit gl. C. de Epiſcopis. & cleric. & ĩ l. 2. §. creditũ col. 2. in prin. ff. ſi cer. pet. & in l. 1. §. ſi parẽdi poſt princ. ff. de cõd. can. dat. ꝙ notat ẽt Imo. per illũ tex. in d. l. cum tale §. falsã cãm ff. de cond. & dem. Ceph. in cõſ. 81. n. 1. & ſeq. Tiraq. de ceſsãte cauſa limit. 1. nu. 48. multos adducit, & ſupra par. 1. cap. 96. in fine.
4 Sed quia ſcđm Cy. & alios vbi ſupra in dubio pſumitur fin. ꝙ ex multis cõprobat Tiraq. in d. limi. 1. n. 25. & ſeq. & nu. 49. & 50. Ett iõ ꝓ reſolutione huius q. diſtinguẽdũ;
5 Aut n. cã apponitur ꝑ modũ cõditionis, & præſumitur fin. & ipſa ceſsãte ceſſat diſpoſitio l. cedere dĩẽ C. de uerb. ſignif. l. q hæredi in fin. ff. de cõd. & dem. Bal. in l. generaliter n. 3. uer. dic ergo, & ibi addẽtes in litera A. C. de Epiſ. & cleric. Tiraq. de ceſsãte cã limi. 1. n. 23. & n. 31. uer. aut igit cã, & n. 60. & 61.
6 Qđ ꝓcedit ſiue loquamur in contractu l. 1. ff. de dona. ſiue loquamur in legato §. longe magis Inſt. de lega. l. qui hæredi ff. de cond. & dem. ſiue in legib. uel ſtatutis iuxta notata ꝑ Cy. in l. conuẽticula C. de Epiſ. & Cle. & ab oĩbus in l. generaliter C. eo. Bar. & Roma. in l. 2. §. ult. ff. de don. Rota diuer. deciſ. 123. n. 15. & ſeq. par. 1. poſt Rom. Biu. Ale. & alios quos adducit Galles. ad quart. par. q. 1. n. 12. in ſuo tract. de Camer. oblig. Socc. in conſ. 31. n. 19. li. 1. Tiraq. de ceſſante cauſ. par. 1. nu. 184. et 217. & ſeq.
9 Niſi, ut ſubdit Imo. aliud appareat expreſſe, vel ex coniecturis, quia ſic intelligendo reſultaret prauus intellectus, obſcurus, uel rei contrarius l. 2. cum ibi not. C. de cond. in ſer. Etiã ſi nullus cõmodũ ſentiat l. Mæuius ff. de cond. & dem. ſed ſcđm Bal. in d. l. 2. §.

vlt. in

Digitized by Google

ult. in fine ff. de don. hoc caſu dicitur impulſi
ua authoritate gloſſæ, quam notabilem dicit
in l. 1. in pri. in verbo ſecutū eo. tit. & ſubdit
facere. l. ſi ego, ff. de iure dotium.

10 Quod tñ fallit in caſib. notatis in l. 1. C. de
inſt. & ſubſt. & per gl. & Dyn. in c. imputare.
reg. iu. in 6. & in l. in teſtō. ff. de cond. & dem.
vt notat Sal. in d. l. gñaliter. ſub. n. 3. verſi. fal-
lit in caſib. de quib. ēt ſup. hac. 2. p. c. 1. q. 29.
n. 4. & ſeq. q. 30. 31. 32. & 33. abūde tractatur.

Secundo caſu ſi apponitur per viā modi, &
iterū eſt diſtinguēdū aut. n. cā ſic appoſita re
11 ſpicit potius vtilitatē alterius, q̄ eius, cui da-
tur, ut do tibi centū, vt emas fundū Titio, &
tūc ſic appoſita preſumitur fi. l. Titio, in fine,
& l. quib. dieb. in fine. ff. de cōd. & de. l. ſi tibi
pure. ff. de l. 3. Cy. ī d. l. gñaliter. n. 5. Bal. n. 10.
Sal. nu. 3. ver. & tunc ſi implementū modi. C.
de epiſ. & Cle. Tiraq. de ceſſante cā lim. 1. nu.
39. & n. 41. ver. & aut modus iſte Bal. nou. de
dote. p. 6. priuile. 50. n. 1. Bap. de S. Bla. de pri-
uil. dotal. cent. 3. nu. 1. Fran. Mar. deci. 856. n.
4. & 6. lib. 1. Rui. in conſi. 9. nu. 1. li. 1. & conſi.
61. num. 5. lib. 2. & conſi. 43. num. 10. eod. li. 2.
Si reſpiciat vtilitatē tradētis, vtiq; præſumit
fi. l. 1. §. ſi parēdi. ff. de cōd. cau. dat. l. ſi ego. ff.
de iure do. & l. cum is, §. ſi in ea. ff. de cōd. ind.
Ang. de teſt. gl. 54. n. 7. Si uero reſpicit cōmo
dū eius, cui datur, eſt utiq. diſtinguendū. Aut
. n. ad ſubſtantiā actus requiritur de neceſſita
te, & præſumitur fi. l. ſed et ſi mors. §. fi. cū l.
ſeq. ff. de don. inter vir. & uxor. Sal. in d. l. ge-
neraliter. n. 3. uer. & tunc aut ad illius. Tiraq.
de ceſſante cā. lim. 1. n. 41. uer. qñque reſpicit,
& n. 55. Aut ad ſubſtantiā actus cā de neceſſi
tate nō requiritur, & iterū eſt diſtinguendū;
aut. n. reſpicit cām fauorabilē, vel piā, & præ
ſumitur fi. l. ſi ego in prin. ff. de iu. dot. l. ſi quis
pro redemptione, C. de don. Bal. in cōſi. 219.
col. 2. li. 2. Dec. in cōſi. 350. nu. 3. qđ et cōpro
bauit Ang. in tta. de teſta. gl. 54. n. 7. per totū,
& ſup. c. 3. q. 10. ver. ſed ſi nō ſtat p legatariū.
n. 11. Tiraq. de ceſ. cau. lim. 1. n. 41. in pri. alios
adducit & nu. 56. & 57. Si cōtrario id tēderet
in odiū, et incōmodum pię cauſę nō pręſume
retur fi. per tex. in c. uerum, et ibi Abb. qui di
cit ſingularē. col. 1. uer. ſi āt modus. de cond.
app. Nā qđ fauore alicuius eſt inductū nō de
12 bet in eius odiū retorqueri. l. qđ fauore. C. de
legib. cū ſimilib. aut non reſpicit cām fauora
bilem, vel piam, ſed aliam quamcunque vt le
go tibi decē, et emas tibi ipſi fundū, & tunc
pręſumitur impulſiua. l. Titio centum. §. 1. ff.
de cōd. et dem. l. donatio. l. ſed ſi mors. in fine
ff. de donat. inter uir. & uxo. Cyn. in d. l. gene
raliter in fine, Bal. n. 10. ver. 2. caſu. Sal. nu. 3.
ver. aut ad ualiditatē. C. de epiſ. et cle. Tiraq.
de ceſſante cau. lim. 1. nu. 39. et nu. 41. uer. qñ
neceſſario, et nu. 52. multos adducit. Pcde. in
deciſ. 118. nu. 5. Magonius in floren. deci. 57.
fi. et ſeq. Tunc. n. videtur potius conſilium, q̄
mandatū, arg. l. 1. ff. mandati, et l. generali in
13 prin. ff. de uſuf. l. Niſi cōmodum reipublicę ſit
coniunctum cum commodo accipientis, tūc
. n. præſumitur finalis, vt ſi donē mulieri, ut
nubat, intereſt. 1. reipublicæ, ne ea ſit indota
ta. l. 1. ff. ſol. matr. uel ſi alicui donē, vt reficiat
domum ſuam, nā reipublicę intereſt domos
reparari, ne urbs ruinis deformetur. l. ſingula
ri. C. de ędifi. priu. et poteſt reperi, quod da-
tum eſt in eam cauſam, ſi nō impleatur Albe.
14 in d. l. generaliter. col. 2. uer. circa hoc tā tum.
C. de Epi. et cler. allegans d. l. ſi quis pro redē
ptione. in fine. C. de donat. et d. l. ſi ego. ff. de
iure dotium Doct. in l. dedi tibi. 3. ff. de con-
dit. cauſ. data.

15 Nā cā reipublicę ęquiparatur cum cā pia.
Bel. in c. et ſi Chriſtus. col. 3. uer. ſi dubitat. de
iure. et Imo. in d. l. 2. §. vlt. poſt prin. ff. de do.
16 Si uero reſpiciat commodum tertij, et pręſu
mitur fi. l. Neſe. ff. de excu. tut. l. ſi tibi homo.
ff. de l. 1. et l. ſi hęres. ff. de cond. ob cau. Tiraq.
de ceſ. cau. lim. 1. nu. 26. Impulſiua vero videt
17 Bal. in cō. 450. Præmitto qđ iſtud ius. poſt pr.
li. ... et ſic nō inſurgit neceſſitas implēdi. l. do
nationes in cōcubinā. §. ſpecies extra dotem.
ff. de don. cui arridet Tiraq. de ceſ. cau. lim. 1.
nu. 13. licet aliū huius opi. non inuenerit, cō
tra Bal. pro 1. facit Aymon in conſi. 245. n. 3.
dum et illam finalē eſſe arguit, quæ reſpicit
cōmodum dantis qđ idē tenet Rola. in conſ.
44. nu. 20. et ſeq li. 4. Rota diu. in dec. 589. n.
3. p. 1. Tertio caſu: aut ponitur cauſa proprie
18 de præterito non per viam conditionis, ſeu
modi, ut in l. damus, et in l. ſi ita legatū. ī fine.
ff. de cond. et dem. Tiraq. de ceſ. cau. lim. 1. n
41. uer. 3. inquit, et eſt diſtinguendum, aut. n.
eſt prolata à l. et tunc, aut inuenitur impulſi-
ua. l. 1. §. Sexum. ff. de poſtulando, ſi āt nō re-
peritur melior ratio, et præſumitur fi. l. cum
tale. §. falsā cām. ff. de cōd. et dem. uel aliter.

Aut ratio eſt ſpecialis, et lex eſt generalis,
et tūc præſumitur impulſiua, ſed qñ ratio eſt
generalis, et lex generalis, tunc præſumitur
finalis ad notata per Old. ex d. §. falſam cām
et per Ray. in l. 1. ff. ſol. matr. quos Bal. in d. l.
generaliter. 40. num. 5. uer. ſed in dubio dicit
gl. Sal. ſub num. 3. uerſi. et tunc prolata à l. C.
de Epiſ. et cler. Tiraq. de ceſ. cau. lim. 1. n. 29.
30. et 62. multos adducit Cepha. in conſi. 81.

num.

Digitized by Google

num.9.Surdus in deciſ.130.nume.13.

19 Si eſt prolata ab homine,& eſt pariter ſdiſtinguendum aut.n.eſt in vltimis voluntatibus,aut in actib.inter viuos.Si eſt probata in actib.inter viuos,& tunc aut eſt de præterito vel de futuro,Si de præterito,& refert an apponatur à ſciente eam non eſſe veram, & præſumitur impulſiua.l.diuortio.ff.de verb.obl.l.Campanus.ff.de operis liber.Tiraq.de ceſſan cau.lim.1.num.35.niſi tamen in mutuo, ut ibi,ſi apponitur ab errante, & tunc aut eſt error cauſæ obligationis, & præſumitur finalis.

20 Nam in contractibus illa exiſtimatur finalis,ex cuius radice oritur obligatio.ita Bald. per tex.in l.damus.ff.de cond.indeb.affirmat in l.1.verſic. quæro quomodo cognoſcimus. C.de falſa cau.adiec.l.Aut eſt error cauſę,nō obligationis,quia etſi cauſa eſſet uera,non tamen reſultaret uerum debitum, & tunc præſumitur impulſiua, vt notat in d.l.damus.ff. de cond.indeb.Tiraq.de ceſſan.cau.limit.1. num.23.& num.27.Si de futuro,& tunc aut continet intereſſe illius,qui cauſam apponit, ſeu eſt de eſſentia actus vel ex ea augetur effectus.& præſumitur finalis, in alijs caſibus pręſumitur impulſiua ex allegatis per Tiraq. de ceſſan.cau.limit.1.num.31.& num.40.per totum cum diſtinctione quam ibi recenſet.

21 Sed ſi diſponentes voluerint, quod ſit finalis.uel impulſiua,nec alias erant facturi, talis erit,qualem diſponentes voluerunt, finalis ſcilicet,vel impulſiua, quia pactum regit cōtractus.l.1.§.ſi conuenerit.ff.depoſiti. Bal. in c.quemadmodum.col.2.verſi. porro cauſa finalis de iureiurando.& in conſi.460.col.2. verſi.pone omnis cauſa.lib.3.Io.Monach. in c.cupientes.colu.2.num.4.de reſcriptis in 6. Colle.in c.poſt translationem.col.1.uerſ.ſed quam cauſam de renunciat.ubi Imo.nu.42. col.6.& alij Bart.in l.demonſtratio.§.quod autem.col.3.ff.de cond.& dem.

22 Si eſt prolata in vltima voluntate præſumitur impulſiua l.Aurelius.§.ult.ff.de liber. legat.arg.l.hæredē.ff.mandati Bal.in l.iuris gentium.§.ſed cum nulla poſt medium.ff.de pactis.Tiraq.vbi ſupra num.23.uerſi. at ſi in ultima uoluntate.

23 Niſi ea ceſſante ceſſet relicti titulus, ut in legato pro dote, uel pro ſepultura. l. filio ex patre.§.Matri ſuæ.ff.de adimen.lega. §. hoc ſi præſenti.Auth.de ſanctiſſ.Epic.Bal.in l.1. uer.quæro quomodo cognoſcimus.C. de falſa cau.adiect.l.cum alijs adductis ſup. in hoc 4.c.q.7.num.7.

24 Item niſi teſtator aliter non erat relicturus.l.cum tale.§.falſam cauſam.ubi gloſ.1.& cęteri ſcriben.ff.de cond.& dem. quia tūc eſt finalis.Bar.in l.demonſtratio.§. quod autem num.14.uerſ.ſed e conuerſo.ff.eod.cum alijs adductis ſupra in hoc 4 c.q.2.num.2.& 3.& q.4.in fine.

25 Verum enimuero cauſa impulſiua nō eſt omnino inutilis, cum ad id ſufficiat, ut promiſſio non dicatur eſſe nuda, & ſine cauſa ſi habeat quandam cauſam impulſiuam,ut uoluit Bal.in l.generaliter.col.3.uerſi.4.quæro. C.de non numer.pecun.per tex.in l.creditor §. .ff.mandati.& in l.à Titio.ff.de uerb. obl. quod notandum exiſtimat Alex.in conſi.76. Viſo libello producto.col.1.uer.ex his patet. lib.6.& facit quod ipſe ſcribit in leg.pactum quod dotali.col.3.q.17.C.de collatio.& ſup. q.4.nu.4.uer.nam ſolenter,et num.5.

26 Et in obligatione cōditionali ſolus ipſius conditionis euentus habetur pro cauſa,ut nō poſſit dici nuda, & ſine cauſa l.a Titio ubi Caſt.ff.de uerb.obl.ex quo infertur ualere aſſecurationes caſus aduerſi ſoluendo aſſecuraroribus tot pro centenario, et eueniente aduerſo caſu actionem dari aſſecuratio iuxta tex.in l.in Naue Saufelli.ubi gl.et Caſt.ff.locat.Rofred.in tit.de actio.oner.aduer.Prout ualere etiam inferunt ſponſiones, ſeu ſcommiſſæ in aliquem futurum incertum euentū, quia ſi eueniat habetur pro cauſa ſponſionis prout etiam ſi non eueniat, quia iſtę ex una parte continent affirmatiuam ex altera negatiuam certo tempore terminatas,ut lapſo tēpore appareat unam,uel alteram eueniſſe, et conſequenter cauſam ſponſionis,ſeu ſcomiſſæ per conditionis euentum adeſſe iuxta notata per Pari.de Puteo in tract.de Lud.num. 35.et 37.et per Alex.in l.a Titio col.1.ff. de uerborum oblg.fol.68.

TRACTATVS DE CONDITIONIBVS, DEMONSTRATIONIBVS,

Modo, Cauſa, & Pœna.

Pars Secunda, Caput V.

In quo continentur Quæſtiones ſpectantes ad Pœnam.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna ab impoßibili, vel turpi præcepto, ſeu cõditione incipiens à nemine in ſua diſpoſitione poteſt apponi.*
2 *Pœna relegationis, tormentorum, & ſimilis à priuato in ſua diſpoſitione non poteſt apponi.*
3 *Pœna grauior, quam ſit commodum relictæ rei aut quæ conſiſtit in adimendis hæreditatibus, legatis, libertatibus, vel in translatione in alterum an, & quando poßit à priuato in ſua diſpoſitione apponi.*

Caput V. Quæſtio Prima.

PRomiſſus ordo nũc exigit, vt de pœnis quæramus, & ideo primo loco quærendum duximus. Vtrum teſtator in euẽtum, in quẽ eius præceptis non pareatur, poſſit non parenti pœnam imponere?
1 Et diſtinguendum eſt: Nam aut pęna incipit ab impoſſibili, vel turpi præcepto, ſeu conditione, & non poteſt, vt notat Azo in ſumma num. 2. Cyn. Bart. Albericus. Bal. in l. vnica nume. 3. verſ. Tertio nota. C. de his, quæ pœn. nom. vbi Ang. in princ. & ce
2 teri ſcribentes, Rota in antiquis deciſ. 10. alias 868. num. 3. per totum de teſtamentis. Aut imponit pœnam relegationis, vel tormentorum, vel ſimilem, nec poteſt. l. interpoſita. 13. C. de tranſact. & l. nulli. 10. C. de ſentent. & interlocu. & Bald. in dicta l. vnica num. 29. Iaſ. nu. 2. & ſupra par.
3 1. cap. 92. num. 26. & ſequentib. Aut pœna conſiſtit in grauiori onere, quam ſit cõmodum relictæ rei, & ſi eſt adiecta quantitati, non valet. Bart. in d. l. vnica. numer. 1. Ang. in princ. Iaſ. nu. 2. & inſtitutio ſiue legatum nihilominus ſubſtinentur per mox allegata, & per Bald. in d. l. vnica quæſt. 8. ſub num. 44. C. de his quæ pœnæ, nomi. & per allegata. ſup. in c. 1. huius. 2. partis. q. 83. num. 2. ſi vero ſit appoſita ſpeciei, & ſit grauior commodo, valet, ita debet intelligi Bald. in d. l. vnica num. 2. iuxta notata infra in hoc cap. 5. quæſt. 18. verſic. quarto caſu. Aut conſiſtit in adimendis hæreditatibus, legatis, vel libertatibus, aut in tranſlatione in alterum, & poteſt imponi dict. l. vnica, vbi Doctor. & Bald. num. 2. & cap. Rainaldus de teſtament. & Specul. de Inſtrum. edit. §. cum autem verſ. & in ſumma, & Iaſ. d. l. vnica num. 1. late Surdus in deciſ. 7. nume. 18. & late Simon de Prætis de interpr. vlt. volu. lib. 4. Rub. 4. per totum. Odofred. Cyn. Io. Faber, Bart. Bald. Ang. Salycet. Caſtren. num. 8. Iaſ. num. 2. in fine in d. l. vnica. C. de his, quæ pœnæ nomine, & infra quæſt. 11. num. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna inobedienti propter inobedientiam tertij non poteſt apponi: propter ſuam poteſt apponi.*
2 *Pœna non debet tranſcendere ſuos auctores, nec id per pactum.*
3 *Pœna ex facto adminiſtratoris, quando conſtat de voluntate teſtatoris, quis poteſt puniri.*
4 *Pœna ex facto coniuncti, vel affinis quis poteſt puniri.*
5 *Affinis, & coniunctus præſumitur obtemperaturus, ne honoratus priuetur relicto.*
6 *Pater præſumitur obtemperaturus, ne filius priuetur relictis.*

Digitized by Google

Pater parendo praceptis factis filio, ſi ſilio acquirit etiam ſibi reſpectu vſusfructus.
8 *Pœna poteſt tertio imponi ex facto illius, cui poteſt aliquod emolumentum obuenire.*
9 *Pœna non debet tranſcendere ſuos auctores, vbi agitur de adimendo pure relicto, & re quæſita.*
10 *Praceptum nugatorium non valet.*
11 *Pœna natura eſt reſpicere futura, non præterita.*

Caput V. Queſt. 5.

VTrum ſit indiſtincte verum, quod te-
ſtator poſſit apponere pœnam priua-
tionis hæreditatis? Reſponde, quod non
niſi cum diſtinctione; Nam aut apponit pę
nam priuationis hæreditatis Inobedien-
1 ti propter inobedientiam ſuam. Aut obe-
dienti propter inobedientiam tertij. Primo
caſu poteſt apponi.l.vnica. C. de his, quæ
pœn.nom.vbi Doctor.& Bald.num.21.&
c.Rainaldus.de teſtamen.& Specul.de In-
ſtrum.edit.§.cum autem verſi. & in ſum-
ma Cephal.conſil.243.nume.13. & ſupra
hoc eodem.capit.5. quæſt.1.in fine Abba.
conſil.57.num. 11.& ſequen.
2 Secundo caſu non poteſt apponi.l.Pa-
terfamilias teſtamento.ff. de hæred. Inſtit.
Pariſienſ.conſil.70.lib.3.Ruin.conſi. 122.
num.5.& 6.lib.2.Cephal.in conſil.282.ſe
quitur,& alios citat Peregrin. de fideicom
miſ.artic.14.num. 49.verſic. contra vero.
folio 135. qui loquuntur, quando pœna
eſt concepta in perſonam Ceph.in conſil.
243.num.13.hoc idem ſi vnus ex cohære-
dibus contrafaciat, an omnes alij pœnam
incurrant, tangit Papien. in forma libelli
compromiſſi in verbo parti attendenti.nu
mer.7. quia pęna non debet tranſcendere
ſuos auctores.l.ſancimus. C.de pęnis & l.
mulcta teſtamento.vbi Bald.verſic. vel ſic
quantum.ff.de condict.& demonſtr.l.ſi hæ
redis ſeruus.§.fin.ff.de legat.1.Bald.in l.1.
in 5.oppoſ.numer.10.11.& 12.C. de his,
quæ pęnæ nomine. Nam nec per Pactum
fieri poteſt, vt quis ob delictum alterius pu
niatur.Bald.vbi ſupra.num.11.& 12.& ſu
pra par.1.cap.101.num.2.contrarium fir-
mat Gratus in reſponſo 93.num.17. & ſe
quen.lib.1.Caſtren.in conſi.77.num.2. &
3.& conſil.302.nume. 2.& 3.lib.1.Ruyn.
conſil.109.nume.17.& 18. & conſil. 116.
num.14.lib.2.Alba Mandel.conſi.57. nu.
18.19.& 20.Pancirol. conſil.188. nu.13.
qui loquuntur, quando pęna eſt concepta
iu rem, vt ſupponit Caſtrenſ. in d.conſilio
77.& 302.ſub.num.4.verſi. Contrarium,
& alij ſup. citati. Alba.d.cōſ.57.nu.18.&
3 ex facto Adminiſtratoris, quādo patet ma-
nifeſte de teſtatoris voluntate, quis poteſt
puniri priuatione relicti.Ang.in conſ.168.
in primo dubio.Ruin.conſ.27. nu.3.lib.2.
Socin.iun.conſi.129.num.23.& ſequen.li.
3.Menoch.conſi.78.num.19.Et hoc idem
voluerūt.Ang.Imo.Cum.& alij in d.l.pa-
terfamilias.ff.de hæred.inſt. alios citat Si-
mon de Prętis de Interpr.vlt. volunt. lib.
4.dub.4.num.14.Rimin.conſ.116.nume.
54.& licet forte patiatur difficultatē, quā-
do adimitur in pęnam id, quod iam pure
erat datum, eſt tamē extra dubitationem,
quando adimitur, vel transfertur, quod
non erat pure, ſed ſub condictione datum,
per ea, quæ notant Bart.& alij in d.l. pater
familias Socin.iun. Rimin. & Menoch. in
locis ſuprà citatis. quos cum alijs ſequitur
Surdus deciſ.101.num.6.
4 Et ideo perinde præcipi poteſt coniun-
cto, vel affini, qui ne legatarius ſibi con-
iūctus, & affinis relictū perdat; eſt veriſimi
le, quod obtemperabit teſtatori, ac ſi fuiſ-
5 ſet ipſimet legatario p̄ceptū.l.hęres meus.
§.fin.ff.de condit.& demonſtr.l.Titia. vbi
Bart.ff.de verb.obli.Abbas in c. Gemma.
colum.3.de ſponſalibus. Gabr. conſil. nu.
105.num.7.& ſequen.lib.1.Socin.iuni.d.
conſi.129.num.23.Paſſet.conſil. 40. num.
5.& conſ.91.num.7.
6 Et vtique multo magis Patri, quia vo-
tum Parentum eſt ditare filios.l.ſcripto in
fine.ff. vnde liber.l.nihil.§.1.ff.de bo.libe.
& Pater magis terretur, & afficitur in filio
quam in ſeipſo.l. iſti quidem in fine.ff.qđ
met.cauſ.& dicit Cardinalis, in conſi.137.
quod promiſſio facta à Rege Cypri iam li
berato à carcerib. & in libertate conſtitu-
to non valet, ſi ex eadem cauſa habebat
filium in carceribus, quod multis compro
bat Rolan.in conſi.2.nu.61.& ſequen.lib.
7 1.Menoch.conſi.1.num.275.& ſequen.&
cum parendo præceptis acquirit filio, ac-
quirit ſibi reſpectu vſusfructus miniſterio
filii.iuxta.l.1.C.de bonis mater.
Vbi enim imponitur pœna ex facto al-
8 terius, cui ex hæreditate emolumentū ali-
quod

Digitized by Google

quod poteſt obuenire, ceſſat omne dubiũ, quod poſſit honoratus priuari ex facto illius.l.1.ff.de his,quæ pœnæ nom. vbi priuatur filius facto Patris. Et ideo videmus, quod poteſt fieri per ſtatutum, vt Patri imponatur pęna pro delicto filii. Bald. in l.1. nu.3.C.ne filius pro Patre Simon de Pretis in d.tract.dub.4.num.15.lib.4. Domino pro delicto familiæ; & fideiuſſori pro delicto principalis; vt ex Vberto de Bobbio,& aliis notat Albericus in trac.de ſtatutis,lib.1.quæſt.50.& quæſt.51.

9 Contrarium, quod fuit ſupra firmatũ, pœnam non tranſcendere ſuos authores procedit, vbi agitur de adimendo pure relicto,& vbi agitur de delicto alicuius prorſus extranei in honoratum non delinquẽtem puniẽdo vltra modum relicti; ſeu per pactum in contractu vel vbi teſtator poſt rem quæſitam hæredi iubet alium aliquid facere,& ſi non fecerit, voluit hæredẽ ſcriptum, vel legatarium hæreditate,ſeu legato priuari;hoc enim caſu pœna ademptionis exiſtimatur illicita per caſum in d.l. pater familias.ff.de hæred.inſtit.ubi Bald. per tex.in l.vxorem.§.hæres.ff.de legat.3. & quia pœnæ demerentibus non merentibus pro ſui natura imponuntur d.l. ſancimus. C.de pœnis. Et pęna ſine culpa eſſe non poteſt,ut ibi,& in l.aliud eſt fraus.ff. de verb.ſignif. Nam lex iniquũ exiſtimat, quem alterius facto prægrauari l.ſi quis in ſuo.§.legis.C.de inoſ.teſtam.& l.nemo debet. ff. de reg. iur. Et ſic in puncto decidit Bald.in d.l.vnica.numer.10.C.de his quæ pœnæ non quicquid dicat in contrarium Męnoch.in conſi.78.num.19. authoritatẽ Alex.qui hoc non dicit in l. hæreditas in fine C.de indignis,& Soc.iun. in conſi.129. num.17.& ſequen.lib.3.& Ang.in d.conſi.8.Ruin.conſi.27.nu.7.lib.2. Ripa in repetitione,§.Diui.num.36.Socin.in l. quibus diebus,§.Termillius,num.17.ff.de cõdit.& demonſtr.ſed deciſiones iſtæ non pertinent ad caſum de tertio extraneo;nã prę allegati auctores loquũtur in Prælato adminiſtrante rem Eccleſiæ,& in tutore rem pupilli,qui propterea pupilli, & Eccleſiæ ſubſtinent uices, vt recte Gabr. in conſil. 105.in fine.

Quod idem eſt,ubi poſt rem pure relictam teſtator iubet honoratum aliquis facere, quod iure ſit improbatum, & ſi non fecerit, relinquit de hæreditate, vel de re aliqua hæreditaria alteri fideicommiſſum, quia ſic in pœnam relictum fideicommiſſum,eſt inane,prout:& onus illud eſt iure improbatum. Caſus eſt in d.l.vnica ubi ſic notarunt glo.Cyn.Bart.Bald.Ang. Salyc. Caſtrenſ.& Iaſ.& glo.Bart.Caſtren. & Socin.in l.1.ff.eod.glo.in verbo.adijciens. in c.Rainaldus de teſtamen.quam ibi ſequatur Canoniſtæ.Corſetr.in ſing.incipien.pactum.Bart.in d.l.vxorem.§.hæres.ff de legat.3.vbi exemplificat in eo,qui monaſterio legatum reliquit,& iubet, quod accipiant Titium in monachũ ſub pęna amiſſionis legati. Aliud exemplum ſi teſtator iuſſiſſet hæredem:vt daret ſpurio ipſius teſtatoris ſub pęna priuationis, quia relictũ eſt in vtile, & pęna non afficit auth. licet. C.de natura.liber.& in corpore, vnde ſumitur.

10 Idem eſt,ſi præceptum ſit nugatorium,
vel ſuperuacaneum per allegata ſuperius,
& per tex.in l.quidam in ſuo.ff. de condi.
Inſtit.& in l.medico.ff.de aur.& argent.le
11 gat.& pęnæ natura eſt reſpicere futura,nõ
præterita. vt notat Bald.in l.ſi ita legatum
in fine.ff.de cond.& demonſtr.

Sed difficultas eſt in cognoſcendo, quãdo relictum cenſeatur in pęnam, vel aliter. De qua re infra in proxima quæſt.3. diſſeremus.

SVMMARIVM.

1 *Pœna non conſideratur,quãdo adimitur quod fuit ſub conditione relictum.*

2 *Adimi non poteſt,quod non eſt datum.*

3 *Pœna non incipit à conditione,ſed à præcepto. numero 6.*

4 *Ademptum in pœnam dicitur,quando præceſſit pura diſpoſitio præceptum affirmatiuum continens.*

5 *Pœna eſt,quando præceſſit diſpoſitio de dando ſeu faciendo per verba negatiua, & aduerſatiua.*

7 *Præceptum quibus verbis inducatur.*

8 *Voluntas teſtatoris quibuſcunque verbis expreſſa eſt præceptum.*

9 *Rogo importat præceptum.*

10 *Cupio,Credo, & ſcio important præceptum.*

11 *Pœna vt inducatur,non refert, quod ſit inceptum à conditione vel à præcepto.*

12 *Conditio prima eſt loco præcepti.*

13 *Mens eſt ſpectanda.*
14 *Ademptio importat pœnam.*
15 *Præcipere dicitur teſtator, quando relictum ſub vna conditione permittit, ſub contraria adimit.*
16 *Pœna non cadit, vbi priuatio non datur.*
17 *Ademptio ſub conditione contraria præcedenti eſt pœna.*
18 *Ademptio in pœnam datur, vbi præcedit diſpoſitio abſque diſtinctione, quod procedat pura, vel conditionalis, quia ſufficit quælibet valida diſpoſitio.*
19 *Conditio ſequens contraria primæ præcedenti eſt in pœnam, & tenet locum præcepti.*
20 *Conditio poteſtatiuo continet iuſſum teſtatoris, quando eſt appoſita honorato.*
21 *Diſpoſitio facta ſub conditione poteſtatiua habetur pro pura.*
22 *Filius poteſt inſtitui ſub conditione poteſtatiua.*
24 *Pœna poteſt induci etiam ſine præcepto, quando extat coniectura voluntatis.*
25 *Hæres ex non exequutione exequtoris non incurrit pœnam caducitatis, ſed remanet debitor relicti.*

Caput V. Quæſt. 3.

VTrum Pęna poſſit incipi à conditio-
ne, vel debeat potius incipere à præ-
cepto? Et certum eſt non conſiderari pœ
nam, quando id adimitur, quod fuerat ſub
conditione datum, quia conditio nihil
ponit in eſſe, leg. cedere diem. ff. de ver-
borum ſignificat. l. ſi quis ſub conditione
ff. ſi quis omiſſa cauſ. teſtam. Pariſ. conſil.
164. num. 19. lib. 4. Socin. iun. in conſi. 82.
num. 18. lib. 1. Roland. in conſi. 70. numer.
57. lib. 3. & ſupra par. 1. cap. 88. num. 3. &
2 cum non ſit datum, non poteſt adimi, quia
priuatio præſupponit habitum. l. decem. ff.
de verb. oblig. & carentiæ ſunt habētium.
Bald. in l. licet in 3. oppoſ. C. locati. Et reli-
ctum ſub conditione non dicitur relictum
3 in pœn, l. ſi. ita fuerit ſeruus. §. 2. ff. de ma
num. teſta. & non dicitur diſpoſitio in pœ-
nam, quæ incipit à condictione, ſed quę in
cipit à præcepto. Bart. Bald. Ang. & Imo. in
4 l. 1. ff. de condit. Inſt. Et tunc demum lega-
tum dicitur ademptum in pęnam, quando
præceſſit pura diſpoſitio continens præce-
ptum affirmatiuum. Bart. Ang. & Imo. in
l. paterfamilias, ff. de hæred. inſtit. Et non
5 eſt pęna niſi quando pręcedit diſpoſitio de
dando vel faciendo ad confirmationem
diſpoſitionis per verba negatiua. Io. Fabe.
in §. fin. Inſt. de legatis, ſequitur Aret. ibi in
6 fine Portius, col. 2. verſ. hanc eandem & ſu
pra par. 1. cap. 99. nume. 8. Bal. in d. l. unic.
nu. 33. C. de his, quæ pęni nomi. Et quod
debeat incipere à pręcepto, communem di
cit Socin. in l. 3. in fine. ff. de condit. & de-
monſtr. poſt Imolam in d. l. 1. col. 4. verſic.
tamen quia, ff. de condit. Inſti. idem Socin.
in conſi. 21. num. 2. lib. 3. Dutan. de arte te
ſtandi titul. 3. cauſ. 4. in fine. alios citat Me
noch. in conſi. 78. num. 8. & Rimin. in con-
7 ſil. 116. nume. 47. Cepha. conſil. 52. in fine,
& hoc probat tex. in l. unica. C. de his, quæ
pęnæ nom. ibi iuſſus, & ibi præcepto Teſta
toris, & in d. §. fin. ibi hæres meus dato. ute
do modo Imperatiuo. Inſtitu. de legatis, &
in l. Pater Seuerinam. ff. de condit. & de. nō
ſtr. ibi Teſtamēto deſtinauerat. Ex quibus
verbis Ruin. in l. 1. num. 34. ff. de uulg. de-
ducit præceptum. Peregr. de fideicommiſ-
ſis art. 11. num. 92. hoc idem præfatis, &
aliis comprobat med is.
8 Verumtamen nihil refert, quod à pręce-
pto vel cōditione principium ſumat, quia
voluntas Teſtatoris quibuſcunque verbis
expreſſa, eſt præceptum. l. cum proponeba
tur in fine. ff. de legat. 2. vbi præcaria volū-
tas teſtatoris inducit fideicommiſſum cum
infinitis concordantibus adductis ſupra in
cap. 1. quæſt. 23. num. 5. huius 2. partis. Et
ideo per verbum, Rogo. hæres cenſetur iuſ
ſus reſtituere hæreditatem. l. fideicommiſ-
ſa. §. hæc uerba. ff. de legat. 3. l. 2. in princ.
C. communia de legatis, §. fin. Inſtitut, de
ſingul. rebus per fideicommiſſ. relictis Im
10 mo verbum, Cupio, Credo te daturum, &
ſimilia denotantia ſolum deſiderium Teſta
toris inducunt fideicommiſſum, l. etiā hoc
modo, & l. eo modo. ff. de legat. 1. Cardina
lis Mantica de coniect. lib. 8. titul. 1. num.
11. vbi etiam idem dicit de verbis enūcia-
tiuis, & nu. 12. quando teſtator dixit. ſcio,
quæ tibi reliqui ad filios meos peruētura,
quod comprobat Rota diuer. deciſ. 640. n.
1. vſque ad 16. par. 1. vbi idē dicit de ver-
bo ſupplico, quia non verbis, ſed uolunta-
ti teſtatoris fauor exhibetur, §. noſtra. Inſt.
de legatis. Cardinalis Mantica, & Rota di-
uer. vbi ſupra. Simon de Prætis de interpr.
vlt. volunt. lib. 2. Interpr. 1. dub. 1. ſolut. 2.
in fine,

in fine,& ſupra in hac 2.parte cap.1. quęſ.
20.in fine.

11 Et in puncto quod non referat an ſit in-
ceptum à conditione,vel à præcepto,ut in-
ducatur pęna, eſt tex.in l. Pater Seuerinã.
ff.de condit.& demonſtr. vbi & ſi relictum
ſit factum ſub conditione, & ſub contra-
ria conditione ademptum ; tamen dicitur
factum in pęnam,quod non eſſet, niſi con-
ditio illa ex mente Teſtatoris importaret
præceptum,& illum textũ, ſic intelligunt
Bart.ibi in princip. Imo. & Caſtren. Bart.
in l.1.nume.14.ff.de vulgar. Alex.nu.11.
Socin.num.14.verſi.Demum ſecundo lo-
co.Iaſ.num.23.circa finem.Ripa,num.90.
Bald.in l.cum proponas,num.8.verſ.con-
trarium tamen,vbi Iaſ.num.7.ver. Tertio
limita.C.de hæred.inſt.Soc.in conſil.259.
num.3.lib.2.Iaſ.conſi.124.num.3. libr.4.
Decius in conſi.273.num.3.conſi.290.nu.
1.in fine.verſicu.his breuiter relatis. conſi.
298.num.4.& 5.Alciat.de præſumpt. reg.
3.præſump.45. in princip. Berous conſil.
27.num.16.lib.2.

Hanc eandem cõcluſionem probat tex.
in l.quoties.ff.de condit. & demonſtr. ubi
gloſſ.fin.vbi dicitur, quod vbi mulieri re-
linquitur ſub couditione,ſi non nupſerit,
& cogatur reſtituere ſi nupſerit, ſecunda
12 conditio dicitur in pęnam,& ſic prima eſt
loco præcepti, vt tenuit Fulgo.in l.1.num.
6.Corne.num.11.verſi.nam ſciendum.C.
de his,quæ pęnæ nom.nam apponitur con-
ditio, vt impleatur.glo.in l.2.C.de condit.
inſer.Bald.in l. Arethuſa. in 2. lectur.in 1.
notab.ff.de ſtatu homi.Pariſ.conſi.19. nu.
40.lib.2.Nec refert,quod in vltimis volũ-
tatibus diſponatur ſub conditione, vel ſim
pliciter,per gloſſ. in l.ſi poſt tres vbi Ang.
in numer.7.ff.ſi quis caut. Bart. in l. ita ſti-
pulatus la grãde.n.14. Ale.n.11. Iaſ.n.17.
13 §.de verb.oblig. Quia mens eſt ſpectanda
per allegata ſupęrius, & per Cardinalem.
Mantic.de coniect.lib.3.tit.3. in princi. &
per totum.

14 Nec obſtat,quod pęna non poſſit conſi-
derari, quando adimitur id, quod fuerat
prius ſub conditione datum, ex quo non
dicitur datum, quia adimitur ſpes, quæ di
citur data,& cum præcedens conditio im-
portet iuſſum, aut præceptum, vt aperte
demõſtrauimus, vtique importat pęnam,
quando adimitur,quod ſub conditione da-
tum fuerat, vt præallegata iura oſtendũt,
vltra quod quando conſtat de mente teſta
toris,non eſt neceſſarium præceptum præ-
cedens per allegata in fine.

Et cetera contraria tolluntur confitẽdo,
15 quod non dicatur pęna,niſi præcedat iuſ-
ſus,vel præceptum,ſed ſatis iubere, vel prę
cipere teſtator dicitur,quando permittit re
lictum ſub vna conditione, & ſub contra-
ria adimit, quod ſecus eſt,quando nullum
præcedit relictum, & nulla conditio vt lo-
quũtur iura allegata in princ. Et ratio dif-
ferentiæ eſt, quia vbi vnica eſt diſpoſitio
conditionalis,puta, Relinquo prædium,ſi
non nupſerit,non poteſt dici pęna, ex quo
in euentum contrariæ cõditionis nihil fue-
rat relictum.

16 Et vbi non datur priuatio,non cadit pę-
na. Item pęna non cadit, vbi non eſt deli-
ctum,& delictum ei obijci non poteſt, cui
nihil fuit iniunctum, & qui nihil peccauit,
puniri non debet per allegata ſupra in 2.q.
17 ſub.num.2.& num.9. Sed vbi præcedit re
lictum ſub conditione,& ademptio ſub cõ
ditione contraria,tunc cadit pęna,ſi prima
conditio non ſeruatur,quia non implendo
conditionem peccat, & lædit voluntatem
teſtatoris. Item cadit pęna quia priuatur
commodo,quod fuerat ſibi ſub conditio-
ne relictum per allegata ſuperius in hac
2.parte.c.1.q.115.num.14.

18 Hinc eſt,quod Doctores nõ faciunt dif-
ferentiam, an præcedat diſpoſitio pura, vel
conditionalis, ſed requirũt ſimpliciter, qđ
diſpoſitio præcedat,& in alicuius pęnã ali-
quid detur, vel adimatur, vt per Cyn. in l.
1.circa mediũ.C.de his, quæ pęn. nomin.
vbi dicit,quod relictum ſub conditione ne
ceſſaria,eſt nullum, quãdo præceſſit turpis
diſpoſitio, vt ſi fuerit dictum, Volo, quod
cum ſorore matrimonium contrahas, & ſi
non feceris, ſoluas, decem: ſed quando nul
la præceſſit turpis diſpoſitio, tunc eſt vali-
da, vt ſi matrimonium cum ſorore non cõ
traxeris,decem dabis, & ſic non mouetur,
quia præcedat præceptum purum, & non
conditionale, ſed quia præcedit diſpoſitio
valida,& eodem modo loquitur ibi Barto.
poſt medium diſtinguendo an turpis præ-
cedat diſpoſitio, vel non, ſed non diſtinguẽ
do, an præcedens diſpoſitio ſit pura vel
conditionalis.Caſtr.n.8.Salic.n.3.vbi ait,
quod ſi pręcedens diſpoſitio tanquã turpis

ſit

ſit vitiata, ſequens quoque diſpoſitio tollitur, quæ originem ducit à præcedenti, & eodem laborat morbo, & ita etiam declarat Iaſ. ibi col. 1. ver. iſtam ſolutionem poſt Alberic. & Ang. qui dicit, quod relictum ſub conditione neceſſaria habetur pro puro, niſi relinquatur in pęnam præcedentis diſpoſitionis, quod & apertius Bart. in l. 1. num. 1. ff. de condit. Inſtit. dum dicit, quod conditio neceſſaria habetur pro pura, niſi præcedat conditio turpis, & ſupra par. 1. c. 2. num. 24. & infra num. 23.

19 Et ſic patet, quod etiam quando præcedit diſpoſitio conditionalis, tunc ſequens conditio contraria eſt in pęnã, & tenet locum præcepti. & Bald. in d. l. 1. col. 1. in fine licet loquatur de præcepto impoſſibili, tamen admittit, quod idem ſit in conditione poſſibili, & quod conditio idem operetur, quod pręceptum, ſed dicit, quod non meretur pęnam quia non facit quod eſt ei impoſſibile, & eodem modo loquitur Caſtren. & Imo. ibi Socin. in l. 1. nu. 4. ff. eod. de his, quæ pęn. nom. & in propoſito faciũt allegati ſuperius in 1. par. c. 100. & in hac 2. par. cap. 5. quæſt. 1. num. 1. & 2. Alias lex eſſet impoſita verbis non intentioni. Nam ex intentione Teſtatoris eſt, quando diſponit conditionaliter, quod conditio impleatur, vt poſt Bald. & Fulg. in d. l. unica. C. de his, quæ pœn. nom. voluit Socin. in l. 1. numero 4. ff. eod. & in l. 3. column. fin. ff. de condition. & demonſtrationib. Et licet reſolutio iſta in cæteris aliquam patiatur difficultatem, eſt tamen veriſſima, quando

20 conditio eſt poteſtatiua, quia illa continet iuſſum Teſtatoris, quando eſt appoſita honorato. l. Arethuſa in fine. ff. de ſtatu homi. Socin. in d. l. 1. nu. 4. verſ. 3. quia gl. in rub. ff. de condit. & demonſtr. & omnia iura ſupra allegata loquatur in poteſtatiua conditione. Bald. in d. l. 1. num. 18. in fine Caſtr. in conſi. 77. num. 1. lib. 1.

21 Nam diſpoſitio facta ſub conditione poteſtatiua habetur pro pura l. 1. §. qui ſub conditione. ff. ſi quis omiſſ. cau. teſta. Bar. in l. ita ſtipulatus, vbi Cuma. nu. 27. ff. de ver

22 bor. oblig. Et ideo filius, qui debet pure inſtitui, poterat iure digeſtorum inſtitui ſub conditione poteſtatiua. l. ſuus quoque in princ. ff. de hęred. inſti. vbi glo. & Caſtren. dicunt, haberi pro pure inſtituto. Alexand. Aret. & alij in l. 3. §. purc. vbi Iaſ. num. 10. ff. de libe. & poſthu. & ſupra in hac 2. par. c. 1. quæſt. 26. num. 1. & ſequentibus.

23 Et ideo ſecuti ſi pręceptum factum fuiſſet pure, ſequens diſpoſitio diceretur pœnalis, ita quando præceſſit conditio continens præceptum. Quod idem eſt, quando ſimplex præcedit diſpoſitio, & ſequitur ademptio ſub conditione poteſtatiua, vel qd ſimile, vt quando relinquo fundum, & ſi decem Titio non dederit, adimo, non eſt dubium, quod ademptio eſt in pęnam, licet non præcedat præceptum. Socin. conſi. 27. num. 28. lib. 3. & ſupra num. 18.

24 Imo etiam ſine præcepto pęna poteſt induci, quando extat coniectura voluntatis, vt per Coſtam. in l. cum tale. §. ſi quis arbitratu. ampliat. vlt. num. 37. & ſequent. ff. de condit. & demonſtr. ſequitur Molina de Hiſan. Primog. lib. 2. c. 12. num. 33. per tex. in l. 2. ff. de his, quæ pęn. nom. & alios ibi allegatos, & ideo nihil refert, quomodo incipiat quando adſunt coniecturæ, quod voluit teſtator inducere pęnam per allegata ſuperius.

25 Sed ſi alteri eſt indicta exequtio relicti ſub pęna caducitatis, hæres non cadet, ſi exequutor non implet, ſed tamen remanet hæres debitor relicti, & illud tenetur præſtare. l. ſi à pluribus. 110. ff. de legat. 2. vbi glo. in verbo, & præſtare Bart. Alberic. Odofre. Bald. Ang. Imo. & cæteri omnes idẽ Bart. in conſil. 137. num. 2. Corn. in conſil. 69. num. 2. lib. 4. Bald. in l. vnica. num. 13. C. de his, quæ pęn. nom. Nec obſtant allegata ſupra in præcedenti quæſt. 2. ſub. nu. 3. 4. 5. & ſequẽ. quia illa procedunt in adminiſtratore, & tutore, Affine, Coniuncto, & Patre, non autem in extraneo prout diximus ibi ſub num. 9.

SVMMARIVM.

1 *Pœna appoſita in vltimis voluntatibus an poſſit ſimul cum relictis peti.*

2 *Pœnam ad hoc vt grauatus incurrat, quæ ſint neceſſaria.*

3 *Præceptum debet eſſe de re familiari, non autem meri, vel mixti imperij, ſeu iuriſdictionis.*

4 *Excommunicatus, & Bannitus excuſantur a Pœna ſi deſtinata die non impleant, quia non poſſint.*

5 *Terminus vbi ipſi præfixus non põt prorogari.*

Caput

Caput V. Quæſt. 4.

VTrum pœna appoſita in vltimis voluntatibus poſſit ſimul cum relictis peti à grauaro, qui incidit in eam, & dato, quod ſit licita, debet honoratus ſola pęna eſſe côtē-
1 tus. l. vxor. §. Agri plagam. ff. de legatis. 3. l. reſcriptum §. ſi pacto. ff. de pactis. Bald. in l. vnica num. 17. C. de his quæ pęn. nom.

Nā demptis illis caſibus adnotatis poſt alios per Paul. de Caſtro. in l. cum proponas. la 2. in princ. vſque ad numer. 3. C. de tranſact. non poteſt quis ad vtrumque teneri in alijs caſibus, ibi nō adnotatis, vt dicit, ibi nume. 3. ſed quid in contractu, vide infra quæſt. 20. per totum.

2 Ad hoc enim, vt grauatus non adimplens pœnam incurrat, oportet, vt præceptum ſit poſſibile, non ſit nugatorium per allegata ſuperius in quæſt. 1. num. 1. & in
3 quæſt. 2. num. 10. Quod ſit de re familiari, non meri vel mixti Imperij, ſeu voluntariæ iuriſdictionis. l. vxorem. §. hæres. ff. de legat. 3. Bald. in l. vnica num. 15. C. de his, quæ pęn. nom. Vbi Iaſ. num. 2.

4 Etſi illa die, qua tenebatur voluntatem teſtatoris ſeruare, erat excommunicatus, non incidit in pęnam, ſed debet abſolui à termino, & poterit voluntatem teſtatoris ſeruare ſoluendo debitum, à quo (licet ſit abſolutus à termino) non tamen eſt liberatus cap. 1. hic finitur lex deinde facit, quod notant Cyn. & Alberi. in d. l. vnica in fine. C. de his, quæ pęn. nom. Quod idem erit in Bannito, niſi ſibi præfixerint, quia iſte terminus ſibi præfixus non prorogatur. l. ſi vitem §. fin. ff. quod vi, aut clam. Bald. in d. l. vnica. num. 16. & ibi addentes in litera. 1. C. de his, quæ pœn. nom. & nu. 50. quod videtur contra.

SVMMARIVM.

1 *Libertas quomodo poſſit in pœnam auferri.*
2 *Ademptio non valet, quando præceſſit actus inualidus.*
3 *Declara de actu inualido, quia ſit impoſſibilis de natura vel de iure.*
4 *Libertatis dies non cedit nec competit, quouſque iniunctum onus impleatur.*

Caput V. Quæſt. 5.

VTrum libertas poſſit auferri in pęnā? gloſ. in l. vnica. C. de his, quæ pęn. no-
1 mi. in verbo, libertatibus dicit, quod libertas relicta poteſt adimi, ſi ille, cui eſt relicta, non impleat onus à teſtatore iniunctū, & ſic præſupponit, quod poſſit teſtator pro libertate onus iniungere, quod eſt contra tex. in l. plane filium. §. fin. ff. de legat. 1. vt gloſ. ipſa fatetur, & notant ibi Bald. nume. 18. Caſtren. ſub num. 5. verſic. oppono. Iaſ. ſub. num. 3. & ceteri ſcribentes. Sed Bal. dicit, text. in d. l. plane procedere in onere pecuniario, non in alijs oneribus, & Iaſ. ibi verſic. reſpondet & melius reddit rationē, quia libertas eſt res inæſtimabilis, quoad pecuniam, & non poteſt ei iniungi onus pecuniarium, ſed bene aliud onus, quod conſiſtat in facto, vt ibi, quod conuenit cum text. contrario. Bald. & Caſtrenſ. ibi facit, quod ſupra dictum eſt in 1. par. ca. 2. n. 10.

2 Nec ideo obſtat quod dicitur in d. l. vnica, quod non valeat ademptio, quādo præceſſerat inualida diſpoſitio, tum quia valuit in propoſito onere libertati relictæ iniuncto, in facto tamē conſiſtente. Tum etiā
3 quia id procedit, & eſt verum, quando eſt inualidum, quia impoſſibile de natura, vel de iure, ſecus quando alio modo eſt inualidum, non quia ſit à iure reprobatum, ſed quia alias ius ſibi non aſſiſtit, vt in propoſito caſu notat Caſtren. ibi ſub num. 6. quem ſequitur. Iaſ. num. 3. & ſupra quæſt. 3. num.
4 18. Nec obſtat, quod libertas ſemel præſtita non poſſit amplius reuocari. §. ſemel autem. Inſtit. quibus ex cauſ. manu. non licet. quia quando iniungitur aliquod onus, & in caſu, quo non impleantur, libertas adimitur, non cedit dies libertatis, nec competit quouſque illud onus ſit impletum. ita Caſtren. in d. l. vnica ſub num. 6. verſic. Itē contra quia libertas. C. de his, quæ pęn. nomi. quod etiam dicit Fulg. ſed clarius Caſtren. ibi, quem ſequitur, & de claritate cōmendat ibi Iaſ. ſub num. 3. ſub. verſic. non obſtat, ſi diceres. Et ſic non poteſt in propoſito dici præſtita libertas adhuc onere non impleto. facit quod dicitur infra c. 6. quæſt. 5. verſic. Primò caſu ſic diſtingue.

SVMMARIVM.

1 *Legato fundo intra decem dies dando ſub pœna decem*

na decem, elapſis decem diebus ſunt legata decem.

2 *Legatarius ſiue velit, ſiue nolit debet ſtare nouationi a Teſtatore inductæ.*

Caput V. Quæſt. 6.

TEſtator mandauit hæredi. quod daret mihi fundum infra certum diem ſub pęna decem; quæritur huius legati occaſione, vtrum elapſo die poſſim petere fundũ, vel debeam habere decem? Innocen. in c. Raynaldus de teſtamen. diſtinguit. Aut legatarius acceptauit pœnam, aut non: ſi acceptauit; habebit decem pro pęna, & non poterit petere fundum: ſi non acceptauit, non habebit decem pro pęna, & poterit petere fundum. Bal. in l. vnica C. de his quæ
1 pęnæ nomi. indiſtinctè contra Innocen. tenet, quod legatarius ſiue acceptauerit, ſiue nõ, debeat habere decem pro pęna, non autem fundum, & quod illa ſolum petere poſſit, quia per teſtatorem elapſo die eſt facta transfuſio legati principalis in pęnam decem l. 1. §. idem ſi ita. vbi glo. & Doct. ff. ad l. Falcid. de quare Alba. conſil. 463. nume. 9. & ſequent.

2 Nam cum iſta in vltimis voluntatibus dicatur nouatio pleniſſima, quæ reſpicit fauorem vtriuſque legatarij ſcilicet, & grauati: ſequitur quod legatarius ſiue velit, ſiue nolit debeat ſtare nouationi a teſtatore inductæ: & decem non autem fundum habere. d. l. 1. §. idem ſi ita. vbi Bar. et cæteri. Doctor. Bald. in d. l. 1. num. 33. verſi. quædã pleniſſima. C. de his quæ pœn. nom. l. 1. §. fin. ff. de ſtipulat. ſeruor. quam Bald. in d. l. vnica. num. 48. verſicu. Vndecimo quæritur. & id ob factam de legato fundi in legatum decem trãsfuſionem ſiue tranſlationẽ. d. §. idem ſi ita, & eſt tex. in terminis in le. tranſlatio. 6. ibi, aut cum res pro re datur, vt pro fundo decem aurei. ff. de adimendis vel trãsferen. legatis. l. ſi penu. 24. ff. quando dies legat. ced. l. cum ſiue. 19. ff. eod. Id enim procul dubio per teſtatorem fieri poteſt per mox deducta: & per allegata per Bald. in d. l. vnica. n. 55. C. de his, quæ pę.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtator in ſuo teſtamento non poteſt inducere vſuras nomine pœnæ.*

2 *Legatum ſcutorum mille: aut centum quolibet anno in vita legatarij non eſt vſurarium; & valet.*

Caput V. Quæſt. 7.

1 TEſtator in ſuo teſtamento nec etiam in pœnam poteſt inducere vſuras. l. 3. ff. de annuis legat. Bart. in l. fin. nu. 3. ff. de his quæ pęnæ nomi. Bald. in l. vnica. num. 37. & 38. Caſtren. num. 4. C. eod. Aret. in conſil. 151. num. 1. Socin. in l. pęnam. nu. 6. & 7. ff. de his quæ pęnæ nomi. Roland. conſil. 55. num. 21. & ſequen. lib. 2. Huius occaſione quæritur, An legatum ſcutorum mille, alias centum quolibet anno in vita legatarij ſit contrarium, & valeat? & valet quia
2 iſta non eſt vſura, ſed legatum alternatiuũ, & legatarius debet eſſe vno contentus per allegata ſupra in fine propoſitę quæſtionis; & de natura vſuræ eſt multiplicatio inualida, non autem alternatio valida; quia valet legatum alternatiuum. l. ſi ex toto. 8. §. fin. ff. de legat. 1. l. ſi quis. 15. ff. de legat. 2. l. ſi ita. 44. §. fin. ff. eod. cum allegatis. in d. quæſt. 6. in fine Bald. in ſpecie in d. l. vnica num. 37. verſic. tertio quæritur. C. de his, quæ pęn. nom. valet etiam legatum vſurarum legitimum modum non excedẽtium: vt notat Bart. in l. ſi legata. 3. §. 1. ff. de annuis legat. & in l. 2. in fine. ff. de his quę pęnæ nomi. Bald. in d. l. vnica. nu. 39. & contra Are. & alios vbi ſupra ita fuiſſe iudicatũ Romę teſtatur Socinus in d. l. pœnam. nu. 8. & 9. ff. de his, quæ pœnæ nomi. et ſic pro ſua ac Baldi opinione. & deciſio, quam allegat Socin. eſt apud Puteum in deciſ. 70. teſtator legauerat. libr. 1. & de hac re plura tradit Cagno. in l. Curabit num. 8. & ſequ. C. de act. em. difficultas eſt hodie cognoſcere quiſnam ſit legitimus vſurarum modus; cum de iure canonico omnis; etiam minima vſura ſit prohibita; niſi ratione intereſſe certi à principio; quod poteſt à principio taxari; vt per Caccialupum Caiet. Nauarr. & alios probat Surdus in deciſ. 259. conuentio quam Salomon. nu. 16. & 17.

S V M M A R I V M.

1 *Compromittere aſtrictus ſub pœna non liberatur ſolum faciendo compromiſſum, ſed parendo laudo.*

Laudatur

2 *Laudatum quod fuit videtur in compromiſſo promiſſum.*

3 *Statutum mandans fieri compromiſſum non eſt vno contentus.*

4 *Compromittere aſtrictus a teſtatore ſub pœna liberatur ſtatim quod compromittit.*

Caput V. Quæſt. 8.

Teſtator mandauit hæredi; quod compromitteret cauſam; quam habebat cum Sempronio ſub certa pęna, hæres cõpromittit, & eſt latum laudum condemnãs hęredem in centum; hæres non ſoluit iſta cẽtum: dubitatur: Vtrum ex hoc quia non ſoluit teneatur ad pœnam.?

Et videtur quod ſic; quia in mandato de
1 compromittendo videtur cogitatum de effectu compromiſſi; qui eſt ſtare laudo, & ſoluere, Blanchus de compromiſſ. quæſ. 9. num. 9. Bal. in l. vnica. nu. 4. C. de his quę pęn. nomi. Et qui non ſoluit, non ſtat laudo l. 2. ff. de
2 arbi. Nam quod fuit laudatum, videtur ab ipſo principio in compromiſſo promiſſum, & quod eſt incertum a principio, per laudũ declaratur, quia ipſi principio inerat l. fin. ff. ſi ex noxal. cauſ. le. certi conditio. ff. ſi cert. petat. & notat. in l. ſi pacto quo pęnam. C. de pactis. l 5. §. ſi ſortem. ff. de verborum(obliga. Butrig. in l. promiſſis. C. de tranſact. Bald. vbi 6. d. nu. 40. & promiſſio ſtandi laudo, eſt quid implicitum, quod poſtea per laudũ declaratur l. in numerationibus. ff. de ſolutio. & Bald. vbi 6. d. nu. 40.

3 Et ideo videmus quod ſtatutum mandãs fieri compromiſſum inter affines nõ eſt vno cõtentus: ſed toties fieri debet; quoties opus fuerit, donec cauſa fuerit terminata, & expedita; vt ex Cyno. Bald. & alijs probat Tiraquell. in l. Boues. §. hoc ſermone limitat. 3. numero 12. & limitat. 9. num. 3. ff. de verb. ſignifica.

4 Sed præmiſſis non obſtantibus contrariũ eſt dicendum in caſu iſto; in quo hæres a teſtatore compromittere aſtrictus ſub pœna; ab ipſa ſtatim quod compromittit liberatur. l. in numerationibus. ff. de ſolut. & liberat. l. ſi hæres. ff. de actio. emptio. l. vbi. §. fin. & ibi Cyn. de edendo. Bald. in d. l. vnica. nume. 4. verſic. die contra C. de his quæ pęnæ nomi. ſufficit enim quod fuerit ſolum ſemel legitimè compromiſſum, quia verbum prolatum ab homine vno conſumitur actu, vt in ſpecie notat Bald. in d. l. vnica. num. 40. verſicu. Die con 12. C. de his quæ pęnæ no. l. boues. §. hoc ſermone. vbi gloſſ. & Doctor. & poſt alios Tiraquell. in princip. ff. de verborum ſignific.

Et præmiſſa in contrarium deducta procedunt in diſpoſitione legis, vel ſtatuti; non antea in diſpoſitione hominis, vt ex Decio & alijs dixit Tiraquell. in d. l. Boues. §. hoc ſermone limitat. 9. num. 3. in fine. Socin. in l. hæc conditio nu. 5. verſi. ſecus ſi homo. ff. de cond. & demonſtr. Accurſ. ſing. 172. verſicu. prædictum. Decius in conſil. 93. num. 3. verſ. tamen quando. & verſicu. vnde cum d. l. ita Iaſ. in l. prætor ait. num. 12. verſic. ex hoc in ſero. ff. de operis noui nunc. & in terminis Bald. in d. l. vnica. num. 40. verſi. Dic contra. C. de his quæ pęnæ nomi.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum monialibus ſi recipiant talem in monialem, alias non habeant, non valet.*

2 *Legatum relictum monialibus ſi recipiant talem in monialem, alias non habeant valet.*

Caput V. Quæſt. 9.

Quidam habens filiam legauit monialibus Sanctæ Catherinæ ſcuta mille, vt eius filiam in monialem reciperẽt, etſi illam recipere minime vellent, priuauit moniales d. legato. Huius occaſiones quæritur, ſi Moniales nolint filiam teſtatoris in monialem recipere; An in pęnam priuentur d. legato? & Bart. in l. vxorem. §. hæres. nume.
1 2. dicit, quod Legatum cum illo grauamine non valet; quia continet ſimoniam cap. non ſatis de Symonia; quod idem confirmat. in l. ratio centum. §. 1. ff. de condit. & demonſt. & ibi addentes in litera B. eum ſequuntur ibi Bald. & Imol. & Caſtren. nu. 4.

Et ideo Bar. in fine d. §. 1. dat cautelam, & dicatur ſi Moniales receperint talem in ſororem eis relinquo centum pro alimentis, ſiue pro elemoſina, quia tunc non inuitantur ad lucrum; nec eſt ſimonia, & habebunt legatũ ſi recipient, ſi non recipient non habebũt, & hanc Bartol. cautelam probant ibi Imola & Caſtren. num. 4.

2 Bald. vero melius cogitans in l. 1. num. 2. 3. & ſequen. l. de Inſtit. de ſubſtit. & in l. vnica. num. 42. verſ. quinto quæritur. C. de his quæ pęn. nomi. dicit quod legatum modo,

quo ſupra monialibus relictum valet, nec eſt ſimoniacum, quia non ſolum eſt relictũ monaſterio, ſed & etiam puellæ d.l. Titio centum.ff.Titio genero.ff.de condit.& demonſ. & pro anima teſtatoris, & pro elemoſina, & ad pias cauſas;& ſic non eſt ſimonia.

Et ſicut licet puellæ dedicare bona ſua monaſterio tempore ingreſſus;ita licet Patri vel alij nomine puellæ, quaſi breui manu videatur dare puellæ, & puella monaſterio, legatum modo quo ſupra relinquere. arg.l.3. §.ſciendum.ff.de donat.inter vir.& vxor.& l.mulier. ff.eod.& l.ſingularia.ff. ſi cert. petat.& ideo habebunt ſi recipient, ſin minus non habebunt;quia tale legatum valet, nec continet ſimoniam immo pietatem, quã approbauit vſus, & conſuetudo, vt teſtantur Bald.in d.l. vnica.num. 42. in fine C. de his quę pęn.nom.& in d.l. 1.num.3.& ſequent. C.de Inſti.& ſubſtit. Caſtren.in d.l. Titio cẽtum.§.1.nu. 4.in fine. Hic enim non præceſſit pactum a principio:ex quo ſimonia inducitur,& ideo valuit.

SVMMARIVM.

1 *Pœna priuationis relicti poteſt a teſtatoribus apponi.*
2 *Præcepta teſtatoris ſunt ſeruanda.*
3 *Præcepta teſtatoris non ſeruans præſumitur ei odioſus.*
4 *Hæres contrauenient voluntati efficitur indignus.*
5 *Contrauenire dicitur, qui teſtamentum impugnat,*
6 *Hæreditas qua quis ob contrauentionem priuatur, cui applicetur legatarijs, ſubſtituto, cohæredi, venientibus ab inteſtato, vel fiſco.*
7 *Non applicatur nec legatarijs, nec fiſco, ſed ſubſtituto, cohæredi, vel venientibus ab inteſtato.*
8 *Legatarius iure inſtitutionis iudicatur vti cohæres.*
9 *Moleſtiam non inferre aſtrictus, de qua moleſtia intelligatur.*
10 *Moleſtiam omnem poſſunt comprehendere teſtatoris verba.*
11 *Moleſtiam ſufficit in aliquo eſſe illatam.*
12 *Moleſtare quot modis dicatur hæres legatum,*
13 *Quot caſibus non obſtante moleſtia illata hæres excuſetur a pœna priuationis.*
14 *Priuationi tunc erit locus ſi uelint illi, ad quos ſpectat hæreditas, quibus hæres tenetur per fideicommiſſum reſtituere.*

Caput V. Quæſt. 10.

SVpra in par.1.c.26.fuit dictum de conditione ſi te non offenderit, vel non moleſtauerit, illa enim, vt plurimum utuntur viri in legatis vxoribus relictis, in quibus mandãt per hæredes non moleſtari, & ſi moleſtauerint, priuant eos hęreditate, quæ quidem pęna non eſt dubium, quod poteſt a teſtatori-
1 bus apponi, vt probant allegati in d.c.26.in fine & eſt tex.in l.1.C.de his, quæ pęn. nomi.in §.fin.Inſt.de legatis. in l.1.§. ſi ita.ff. ad l. Falcid.& ita clare dicit Bart.in l. vxorem.§.hæres.ff.de legat.3. & in l. paterfam. ff.de hæred.inſtit.vbi Ang.Alex.in conſ.38. num.24.lib.1.in conſi.52.num.1.lib.2. Socin.in l.pœnam.ff.de his quæ pę.nomi.Decius.in conſil.613.num.1.Durañ.de arte teſtan. tit.8.caut.3.num.2. Socin.iun.in conſ. 113.num.8.lib.1.Decian.in conſil. 2. num. 93.lib.2.Intellige vt ſup. in quæſt.1.

2 Nam omnia teſtatoris præcepta ſunt obſeruanda tanquam lex. §. diſponat auth. de nuptijs,& quod poſſit imponere pęnam priuationis, ſupponit Bal.in l.1.num.43.C. de his quæ pęnæ nom. Socin.in d.l.pęna.ff. eo. Pariſ.conſil.91.num.59.& ſequen.lib.2.Cephal.in conſil.52.cum omnibus alijs allegatis per Simon.de Prętis de interp.vlt. voluntа.lib.4.interpr.2.dub.4.in fine.num. 25.& ſequen.Niſi ſit de notatis ſupra in d.q.1.vel per eam auferatur libera teſtandi facultas, vt firmat Bald.in d.l.1.in q.8.ſub.num. 44. per tex.in l.illæ autem.& in l.ſi quis.ff.de hęred.Inſti.

3 Et qui illa non obſeruat præſumitur teſtatoris odioſus auth.hoc amplius.C. de fideicommiſſ.Alex.d.conſil.138.num.25.In tantum, vt cadat ab omni commodo, etiam ſi expreſſa pęna priuationis non ſit appoſita d. auth.hoc amplius.vbi Bald.& Corne. in 1. notab. dicunt hoc cauſari ob ſpretam teſtatoris voluntatem,& probatur. in l. ſi ſepulchrum.§.prætor ait verſic.niſi aliquid de re lig.& ſumpt.fun.l.penult.in fine, & ibi glo. & Doct.C.de legat. Socin. in l. quibus diebus.§.Termilius.§.de condit.& demonſtra. & in conſi.229.lib.2.Hoc idem dicit Bal. in auth.cui relictum.num. 11.C.de indict.iud. tolle.Iaſ.in d.auth.hoc amplius.nu.5.

4 Nam hæres contraueniens voluntati teſtatoris efficitur indignus hæreditate.l. poſt legatum.vbi Bart.ff.de his quibus, vt indig.

Pregr.

Peregr. de iure fiſci.lib.2. tit.per tot. & titu. 8.& titu.10.

5 Et videtur contrauenire,qui voluntatem teſtatoris impugnat.Bald.conſil. 356. col.1. in fine lib.4.Crauetta conſi.1.nu.3. & multa in propoſito congerit Simon de Prætis.in d.dubit.4.in prin.num.18.& ſequen. Huius
6 occaſione ſi hæreditas in caſu contrauentionis nemini ſit à teſtaore applicata,dubitatur cui nam veniat applicanda, vxori, vel alijs legatarijs,quibus eſt legatum relictum;ſubſtituto, cohæredi, venientibus ab inteſtato, vel fiſco.

Et prima facie videtur applicanda vxori, vel alijs,quibus eſt legatum relictum, vt ipſi habeant vltionem propriæ iniuriæ, quia ipſi ſunt ab hęrede moleſtati; vt dicitur de Principe faciente legem prohibitiuam ſub aliqua pęna;qui eam conſequitur a vaſallo contrauenientе, Brun.in conſ. 31.n.18.ver. inſuper facit.Natta in conſ.580.num.6.non enim confertur in alium,quod in vindictam propriæ iniuriæ alicui debetur.l.at vbi.ff.de pet.hęred.& pęna delicti ad eum pertinet, q̃ principaliter læditur, l. cum emancipati. §. emãcipatus,ff.de collat.bonorũ,Bart.in §.& hanc.in prin.Auth.q̃uo oport.epiſc.c.1.§.deniq; quę fuerit prima cau.benef.amit.l.ſi defunctus.C.de ſuis legit.ibi illis quorum commodo &c.& eſt text.in d.l. poſt legatum.§. amittere.ff.de his quib.vt indig.in l.legatarius,C.de legatis.Bart. in l.2.§. videndum. ff.ad Tertu.Et ideo videmus,quod vbi filia excluditur propter dotem a ſucceſſione fauore maſculorũ,tunc illud quod vltra dotẽ debebatur ratione legitimę applicatur maſculis ſecũdũ Bal.in l.ſi defunctus,C. de ſuis & legi.quẽ ſequitur ibi Caſt.& eſt tex. in l. generaliter,ibi communib.libenter C.de ſecũ. nuptijs gl.in c.ſi diligenti, in verbo perdãt. de foro compet.Brun.de ſtatut.art. 13.n.45. Crau.in conſ.418.n.4. Ruy.conſ.51.n.7.& conſ.107.n.10.li.3.Pariſ.conſ.3.n.31.& cõ. 6.n.21.li.3.& quando alienatio eſt prohibita alicuius fauore,eidem datur actio ad illã reuocandam, Doct.in l.filiusf.§.Diui.ff.de legat.1.in l.peto.§.fratre. & in l. cũ pater.§. libertis.ff.de legat.2.Dyn.Bart.& alij in l.ſi cognatis.ff.de reb. dubijs Bal. in l. quoties. C.de fideicommiſſ.Bald. & Salyc.in l.ea lege,C.de conditio.ob cauſ.

Et ſicut Vxori,& alijs legatarijs datur actio contra hæredem,ad moleſtiam arcẽdã; ſicut ad adimplendum modum leg.2. C. de his quæ ſub modo. Barto.in leg.quibus diebus.§.Termilius,nu.17. verſ.tertium membrum,ff.de condit. & demo. in l. ſtipulatus, §.1.nu.2.ff.de fideiuſſ. ex hoc infertur;quod etiam hæreditas ei applicetur, cui præfata actio conceditur.l.ſi cui. ff. de verbor.ſignif. l.ſi quis id quod ff.iuriſdict. omn.iudic.l.prima. in principio.l. ſi vero. §.hæc actio. ff.de filijs qui deiec.vel effud.l.3.§.2.ff. de ſepulcro viol.

Eſt enim actio ius proſequendi in iudicio quod ſibi debetur.§.1.Inſtit.de actio, & in ſimili ita arguit Bar.in l.Agraria.ff.de termi. moto.idem voluit Salice.in l.1.C.de modo mulctur.Alex.in l.1.num.19.& 20.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp.Cum itaque detur actio legatarijs ad arcẽdũ moleſtiã, & ſibi implendũ iniunctũ onus; videtur vtiq; eis; & non alijs applicanda hæreditas ob contrauẽtionẽ hæredi ablata.& ita arguit Bart.in d.l. vxorem.§.hæres.& in d.l.pater familias, & Bal.in l.1.n.43.C.de his quæ pęnæ nom.

Vel ſi non ſint legatarij,videtur eſſe applicanda fiſco; quia qui voluntate Teſtatoris contrauenit, efficitur indignus. dict.l. poſt legatum,vbi Bartol.ff.de his quibus & indign.& quoties alicui vt indigno aufertur hæreditas, applicatur fiſco, l.1. ff.de iure fiſci. l.Papin.§.meminiſſe vbi Bar.Bal.Caſt.Ang. & alij.ff.de inoff.teſta.gl.Bar.Bal.Sal.& alij in l.1.C.de indig.Bal.in l.qui cõtra.C. de inceſt.nup.Salyc.in l.mulctarum.C.de modo mulctar.cum alijs allegat per Card.Mantic. de coniect.li.12.tit.5.nu.19.& ſequen.

Et hæreditas trãſit in fiſcũ cũ omnib.cõditionibus,modis,& onerib.quæ inerant.l.q̃d dicitur.ff.de iure fiſci.l.cũ fiſco.ff.ad Sylla.l. ſi ſeruus plurĩũ.§.ſi quis,ff.de leg.1.d.l. poſt legatum.§.ſi ſeruus & §.ſi is,ff.de his quib. vt indig.l.recuſare.§.fiſco.ff.ad Treb.l. hac edictali vbi Bal.n.22.C.de ſecũ.nuptijs Oldrad.in cõſ.16.n.5.Simõ de Prætis li.5. interpr.1.dub.1.n.43. multos citat Peregr.de iure fiſci li.2.tit.2.in princ.& per totum.

7 Verum etſi teſtator nihil exprimat,cui debeat applicari;nihilominus nec vxori, nec alijs legatarijs, nec fiſco applicatur. Sed ſi adſunt ſubſtituti,cohęredes,vel veniẽtes ab inteſtato ipſis ex ordine applicabitur. auth. hoc amplius.C.de fideicom.ita uoluit Iaco. de Belui.in §.ſi vero auth.de nuptijs. nã etſi tex. ille in d. auth. hoc amplius loquatur de pęna priuationis a l.indicta; tñ idẽ procedit in indicta a teſtatore, q̃ cẽſetur accõmodare

ſuam voluntatem ſecundum leges. l. hæredes mei. §. cum ita vbi Docto. ff. ad Trebelli. & eſt text. in d. l. vxorem. §. hæres. vbi Bart. ff. de legat. 3. & in d. l. Paterfamilias. ff. de hæred. inſtitut. Bald. in auth. cui relictum. numero 10. C. de indic. vid. tollend. & in d. le. vnica numero 43. C. de his quæ pęnæ nom. Ang. in conſil. 168. numero 4. verſic. contrarium Imol. in d. l. paterfamil. Ange. ibi in fine. Caſtren. in conſil. 221. numero 4. libr. 2. Aretin. conſil. 67. numero 3. Alexand. conſi. 138. num. 25. & 26. libr. 1. Iaſ. in l. 1. numero 6. uerſicu. limita tamen. C. de his quibus, vt indign. & in l. 1. numero 1. verſicu. ſi autem loquimur. C. de his quæ poenę nomine Ruin. conſilio 87. numer. 2. libr. 2. Clarus in §. teſtamentum, quæſt. 69. in fine. dicit communem Peregr. de iure fiſci. lib. 2. tit. 10. nume. 18. & 19. & ſequent. Afflictus ſuper feudis titu. quę ſint regalia Imperator. Federic. ca. & quæ vt per totum. Confirmatur, quia fideicommiſſum iniunctum grauato non ex preſſo fideicommiſſarij nomine cenſetur iniunctum more venientium ab inteſtato. l. pe to in princ. vbi Bart. Bald. Caſtren. & alij. ff. de legat. 2.

Huic communi, & ab omnibus approbatę nō obſtat, quod dicebatur lucrum eſſe eis applicādum, quorum contemplatione alijs aufertur: quia id procedit quando aufertur a lege; non quando aufertur ab homine, vt in caſu iſto ita Bart. poſt Iacob. de Beluiſ. in d. l. vxorē §. hęres. ff. de legat. 3. & colligitur ex ſupra citatis pro cōtraria; & in propoſito quoties teſtator dedit, ſubſtitutū vel cohęrede res videtur plana; quod ceſſeatur illos vocaſſe, etiam in caſu priuationis; de quo nihil diſpoſuit; quia ſubſtitutio facta in vnum caſum ex coniecturata mente teſtatoris extenditur ad alium per allegata ſupra in capi. 1. quæſt. 103. num. 20. & ſequen. quibus adde Surdum in conſi. 44. nu. 6. & ſequent. Accedat quod cum ex ſubſtitutione in fauorem ſubſtituti, vel ex iure accreſcendi in fauorē cohęredis ſit a teſtatore prouiſum, cui ſit applicanda, ceſſat omnis legis prouiſio, quæ illā applicat ei, cuius fauore fuit ablata; quia prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionē legis. l. fin. vbi Salicet. C. de pact. conuen. l. & habet. §. cum quis vbi glo. ff. de precar. l. Socin. in conſi. 120. num. 20. lib. 1. Cepha. conſil. 164. & 156. Menoch. de recuper. remed. 9. num. 164. quod tamen eſt cogitandum.

Nec obſtat quod dicebatur ex quo actio datur legatarijs pro moleſtia arcenda, videtur etiam eis applicata hæreditas, quia vt dictum eſt procedit in pęna legali: non indicta a teſtatore. Secundo reſpondetur quod procederet dictum, ſi daretur actio ad priuationem hęreditatis; ſed hoc non datur legatarijs, ſed illis quibus in caſu priuationis eſt hęreditas applicanda: ergo.

Demum non obſtat quod hæreditas ablata indigno applicetur fiſco. Oldrad. in dict. conſil. 16. numer. 5. quia Oldradus admittit applicari ſubſtitutis, & cohæredibus. Sed negat poſt illos applicari venientibus ab inteſtato, & in hoc eſt ab omnibus reprobatus, vt dicit Peregr. de iure fiſci. lib. 2. tit. 10. nu. 20. Et quid ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum ſtantibus maſculis, an fiſcus ſuccedens maſculis indignis, excludat & ipſe fœminas prout maſculi digni excludebant? & non excludere poſt Baldum, & alios tenuerunt Albertus Brunus ſuperſtat. fœmin. exclu. artic. 12. quæſtio. 5. num. 85. & ſequent. per totam quæſt. Decian. conſil. 85. numer. 4. & ſequent. libr. 3. Peregr. de iure fiſci. libr. 2. tit. 3. in fine.

8 Sed ſi legata eſſent legatarijs relicta titulo inſtitutionis; tunc poſſet hæreditas, qua contrafacientes priuantur a teſtatore, applicari legatarijs ipſis, ſicuti cohæredibus. Caſtrenſ. in conſi. 221. numer. 4. lib. 2. Nam etſi dicantur hæredes in re certa, tamen ſi hæres vniuerſalis repudiet, vel aliquo modo priuetur eis accreſcit vniuerſa hæreditas. Bart. in l. quoties, vbi Salicet. Caſtrenſ. & alii. C. de hæred. Inſtitut. Bartol. Bald. Ang. & Imo. in l. ex facto la grande in princip. ff. de hæred. inſtitu. Iaſ. in d. l. quoties. nu. 6.

9 Nec omittendum eſſe duxi teſtatorem intellexiſſe de moleſtia de facto, & iniuſta, vt intellexit gloſſ. in l. ſi ſeruum. §. prætor. ff. de acquirend. hæred. Cura. conſili. 51. Alexan. conſil. 52. libr. 2. Decius conſil. 581. numero 11. Corſettus in ſingul. incipient. moleſtia. Nō autem de iudiciali, & in iuridica, vt probant mox allegati & Curtius iunior in conſil. 173. num. 17. Bero. conſil. 52. numero 9. lib. 3. Menoch. conſil. 230. numero 16. facit, & notabile dictum Dyni in conſil. 19. Tholomeus Manentis Ciuis Senenſis. num. 4. de promittente non exhæredare filium ſub pœna, quod ſcilicet pœna non committatur, ſi meruit exheredare per text. quem ad hoc citat in l. quidam cum filium in verſicu. ſed videmus. vbi glo. ff. de verbor. oblig.

Niſi

Digitized by Google

10 Niſi forte verba teſtatoris eſſent talia, quę prohiberent omnem etiam iuſtam, & iudicialem moleſtiã, Socinus iunior in conſilio 113. numero 36. libr. 1. Alexand. conſi. 195. colum. fin. libr. 6. & in conſil. 52. numero 3. lib. 2. Corſettus vbi ſupra, Barbat. conſi. 56. lib. 3. Decius conſil. 613. Ruyn. conſilio 48. numero 10. libr. 2. & in conſil. 77. numer. 6. Riminald. conſilio 249. numero 14. conſilio 330. numero 6. conſil. 375. num. 7. Pedemo. deciſ. 169. numero 5. Cephal. conſil. 199. numero 24. Bero. conſil. 56. numero 44. libr. 3. Ruyn. conſil. 109. numer. 7. lib. 1. Natta conſil. 159. nume. 7. Menoch. de recup. remedi. 1. numero 255.

Et ad effectum priuationis ſufficit in ali-
11 quo ex prohibitis moleſtiam fuiſſe illatam Ruyn. conſil. 48. numero 11. lib. 2. Bald. nouell. inter conſil. Cornei infra allegata. Riminal. conſil. 330. numero 3. Alba. conſilio 48. numer. 5. Papien. in forma libel. compromiſſi num. 5. in verſ. Parti attendenti, & infra quęſt. 15. num. 1.

Et quot modis hæres dicatur moleſtare
12 tradunt Bald. nouel. inter conſi. Cornei. conſil. 99. D. Baldus ſer. Colæ. lib. 1. Ruyn. conſilio 48. nu. 9. lib. 2. & Menoch. de retinenda poſſeſ. remed. 3. num. 468. quæſtio. 62. & nume. ſequen. dat viginti, & octo modos moleſtandi, ad quem relego lectorem.

13 Eſt etiam aduertendum, quod quando hęres contrauenerit, non ideo erit priuationi locus, niſi velint illi, ad quos hæreditas eſt recaſura, ſi enim ipſi non velint, hæres qui contrafecit, non priuatur. l. ſi ſeruus plurium. §. ſi quis ante. ff. de legat. 1. gloſſ. in §. ſi quis autem non implens, Auth. de hæred. & Falcid. Odofred. quem ſequitur Imol. in d. auth. hoc amplius numero quinto. C. de fideicommiſſ. vbi etiam Cyn. & Albericus, Iaſon numero ſexto, verſic. tertio limita, & eſt text. in l. ſi quis ſolidum. ff. de legat. 1. vbi Bartol. & Imol. facit id quod dicitur ipſo iure tranſire in fideicommiſſum actiones actiuas, & paſſiuas, ipſo tamen volente fideicommiſſum, & non aliter. l. cogi. §. idem Meſſianus. ff. ad Trebellian. Ripa. in l. primas §. ſed quoties, numero 6. ff. eodem facit Rota in Rom. Cenſus de Romulis coram apud Mellino, Doctor. in l. 2. C. de iure emphyte. Ruyn. conſil. 48. numero 12. lib. 2. & in ſpecie Surdus in deciſ. 194. numero 7. & 8. in deciſ. 69. numero 4. & ſequenti hoc conſtituit pro regula in omni materia, prout factum fuit etiam in illa Rom. Cenſus de Romulis, de anno 1600. Rota diuerſ. deci. 133. numero 12. part. 2. Et illis volentibus tunc eis tenetur hæres ob contrauentionem reſtituere non quidem directe ſed per fideicommiſſum, Bar. in l. Paterfam. nu. 6. ff. de hæredi. inſti. vbi Imô. & ratio eſt, quia qui ſemel fuit hæres, non poteſt deponere eſſe hæres. l. nemo poteſt. ff. de legat. 1. l. ei qui ſoluendo. ff. de hæred. inſtit. l. miles ita ff. de ſubſtitu. teſta. cum alijs allegatis ſupra in cap. 1. quæſt. 88. nume. 1. eſſe quem & in ſpecie quod teneatur reſtituere per fideicommiſſum, tenuit Caſtren. in conſi. 301. colum. 1. in fine. lib. 5. Aretin. conſ. 67. Diligenter & mature. num. 3. Alexand. conſi. 57. num. 4. lib. 2. & in l. in ſubſtitutione num. 8. ff. de vulga. Caſtren. in conſil. 5. nu. 6. lib. 1. Socin. iun. conſi. 11. nume. 50. lib. 1. Corn. conſil. 99. in fine lib. 1. & in conſil. 55. colum. 1. & 2. eod. lib. 1. Clarus in §. teſtamentum quæſti. 69. num. 2. Didac. in c. Rainaldus. §. 1. num. 2. de teſtam. Crauetta conſil. 1. num. 6.

14 Verumtamen non obſtante moleſtia illata hęres multis caſibus excuſatur a pœna priuationis indicta; & primò ſi ex noua ſuperueniente cauſa moleſtiam intulerit. Capra. conſil. 9. nume. 8. verſicu. præterea illud maxime ſi cauſa fuiſſet commiſſa per legatarios argum. l. aut facta. §. cauſa. vbi Barto. ff. de pœnis, Decius in conſil. 581. numero. 12. quia vt ipſe ait omnis diſpoſitio intelligitur rebus ſic ſtantibus. cap. quemadmodum de iure iuran. Oſaſchus deciſ. 91. nume. 2. & 3. alios citat; & facit deciſio Bar. in l. item quæro. §. inter locatorem. num. 1. ff. locat. & in l. quidam cum filiam. ff. de verbor. oblig. Menoch. alios citat. in præſump. 38. nu. 4. lib. 3. de præſumpt. Sed cum prohibitio moleſtiæ intelligatur tam ratione iuris futuri, quam præſentis l. ſtipulatio. §. quæſitum. ff. de verbor. obli. Capra conſi. 51. nu. 3. id eſt reſtringendum ad cauſam ſuperuenientem culpa legatariorum: ſuper quo tamen cogitandum relinquo.

Secundo caſu hæres ille excuſatur, qui iuſta de cauſa mouetur contra legatarium, le. ignor. conſi. 111. num. 21. & ſequen. vt quia dicat non eſſe illum; ſed fuiſſe ſuppoſitum, l. quidam cum filium, ff. de verborum oblig. l. quęro. §. inter locatorẽ, ff. locati, ſequitur Simon de Prętis lib. 4. interpr. 1. dub. 10. num. 85. quod confirmat ex eo quod dixit Bar. in l. 1. §. & parui num. 3. ff. quod vi aut clã, ubi

dicit

Digitized by Google

dicit, quod ſi contra Inſtrumentum publicum nulla poſſit opponi exceptio; Tamen poterit allegari, quod non eſt inſtrumentum; & quod ex iuſta cauſa liceat moleſtare, tenet Bald. in conſilio 356. libro 4. Decius, in conſil. 565. in fine. Simon de Pratis vbi ſupra, & quod iuſta cauſa excuſet, probat Bartol. in l. interdum. §. quod ait. ff. vti poſſidet. Bal. Corne. Boſſ. & alij quod citat Menoch. de retinend. remed. 3. numero 621. & in conſilio 230. num. 36.

Tertiò caſu excuſatur, quando teſtator prohibuiſſet moleſtari ſuper ſuis bonis legatis: quia ſi tunc hæres aliquid aliud petat a legatarijs, non dicitur moleſtare; quia bona intelliguntur deducto ære alieno. le. non amplius. §. fin. ff. de legat. 1. le. bona, §. ſubſignatum. ff. de verborum obligatio. Bartol. in l. vt iuſiurandi. §. ſi liber. ff. de oper. libert. Cuman. in ſpecie per dicta iura. conſilio 51. numero 2. Decius conſilio 425. numero 11. & 15. Secus ſi ſuperadditum fuit, ſuper hæreditate ſua; quia etiam bona aliena dicuntur eſſe in hæreditate, immo & æs alienum. Surdus in conſi. 112. num. 21. & ſequen. lib. 1. vt adhuc reſtet dubia iſta excuſatio.

Quartò caſu excuſatur, quando illata moleſtia non habuit effectum, Cuman. d. conſilio 51. numero 3. in fine Caſtren. conſilio 221. numero 2. libro 2. Crauetta conſilio 682. numero 2. Menoch. in conſilio 230. numero 78. & ſequent. ſed contraria mihi videtur verior, quod ſufficiat ſolus conatus ſine effectu; quod probatur. in l. minoribus 25. ff. de minoribus, Bald. in l. cum hæreditate in fine. ff. de acquirenda hæreditat. Rom. & Caſtrenſ. ibi; quia vt ipſi notant maxime intereſt etiam non vexari, & eiusmodo vexatio, etſi non habet effectum, habetur pro euidenti damno. l. fin. §. & ſi prælatum C. de iure deliberan. vbi Bald. numero 5. & 6. probat Abbas in capit. Rainaldus numero 17. Didacus. §. 1. numero 8. de teſtam.

Quintò caſu excuſatur hæres, quando contenta in teſtamento ignorabat; quia ignorantia liberat ipſum ab omni pœna. l. igitur ff. de liber. cauſ. Alba. conſilio 45. numero 17. Ruyn. conſilio 150. numero 5. libro 3. Riminald. conſilio 226. numero 7. Tiraquell. de pœn. temper. cauſ. 13. nume. 1. & ſequen.

Sextò caſu excuſabitur hæres ſi a legatarijs conuentus in Iudicio eis reſiſtit; nam parendum eſt ei, qui vocatus ſe defendit. l. qui cum maior in fin. ff. de bon. libert. & moleſtia; quæ oritur ex culpa legatarij ſemper cenſetur excluſa, l. 1. ff. quam actio de pecun. eſt anna. §. fin. Caſtrenſ. conſili. 371. numero quarto. Hoc tamen eſt intelligendum, niſi conueniatur pro manutentione legati ſibi relicti, quia tunc non poteſt reſiſtere, & reſiſtendo infert moleſtiam, & contrauenit. le. non ſolum. §. ſi ſtatui controuerſia. ff. de procura. l. ſi tut. vbi gloſſ. ff. vti poſſiden. Menoch. de reſtituend. remed. 3. numero 487. & 492. Nec refert, quod moleſtia inferatur agendo, vel defendendo; quia Reus in ſua exceptione dicitur actor. l. 1. vbi Bartol. ff. de exceptio. Corn. conſilio 222. col. 3. lib. 2. Roland. conſi. 100. num. 25. lib. 2.

Septimò excuſatur hæres ſi non ipſe, ſed familia ſua moleſtauerit, quia pœna non debet tranſcendere ſuos authores, l. ſancimus. C. de pœnis. capit. non debet. de regu. iu. in 6. l. non debet, ff. eod. Rimin. conſ. 375. num. 10. & ſequen. & in conſi. 203. num. 44. & ſequē. & in conſ. 551. num. 43. & eſt tex. in l. 2. ff. de noxal. act. Felin. in ca. Petrus, nu. 2. de homic. Iaſ. in l. 1. nu. 3. ff. ne quis eum, qui in ius, Afflict. deciſ. 82. num. 2. Curt. ſen. conſ. 41. col. 1. Alciat. de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 40. num. 2. Barba. conſ. 13. lib. 3. Ruy. conſ. 21. nu. 1. lib. 4.

Nec obſtat quod Dominus teneatur pro familia, l. is cuius ff. ſi ſeruit. vendic. quia loquitur quando familia aliquid fecit de voluntate Domini, vt declarat ibi gl. & Bart. in repet. col. 2. Bal. in fine Ang. col. 2. illo enim caſu Dominus tenetur c. conſtitutum vbi gl. de teſtibus, Cleme. ne agro. §. porro. de ſtat. monac. capit. cum ad ſedem de reſtitut. ſpoliat. cum ſimilibus. Immo voluerunt multi, quod factum a ſeruo præſumatur de voluntate Domini, Rom. conſilio 68. columna. 1. conſil. 152. colum. fin. Alexand. conſil. 69. num. 5. lib. 2. quod abſolute non firmo.

Sed quādo Dominus ex facto familiæ ſentit cōmodum, tenetur iuxta notata per Ro. & Iaſon in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori, ff. de oper. nou. nunc. cum alijs ſupra citatis. facit Alber. in l. 1. §. ſi quis ita ratio. ff. ne quid in loco pub. Alciat. conſil. 357. in fine, Bartol. in l. fin. numero 5. ff. de quæſtio. Bal. in l. 1. numero 22. C. de fide Inſtrumen. & in conſil. 20. num. 1. lib. 3.

Octauo

Octauò excuſatur ſi hæres ipſe neceſſitate aſtrictus legatarijs moleſtiam intuliſſet; quia prohibitio moleſtiæ debet intelligi de voluntaria, non de neceſſaria exemplo l. alienationes. ff. famil. ercifc. l. 1. ff. de fund. dotal. Riminald. in conſil. 551. num. 30. & ſequen. Confirmatur etiam exemplo illius, quod dicitur alienationem immobilium factã à minore valere ſine ſolemnitatibus, quãdo alienat vigore ordinationis Paternæ, licet alias ſine ſolemnitatibus non valeat, vt per Iaſ. in l. 1. §. fuit quæſitum num. 15. vbi etiam Ripa. num. 10. ff. ad Trebell. & in l. qui Romæ. §. cohęredes num. 21. ff. de verborum oblig. Neuizza. conſil. 84. num. 3. & 4. Grama. conſil. 10. num. 2. Roland. conſil. 99. num. 39. & ſequen. lib. 1. Menoch. de Arbitr. caſu. 171. num. 67. Lamberteng. glo. 1. nu. 3.

Nono excuſatur quoties legatarij tacite remiſiſſent pęnam priuationis petendo implementum voluntatis teſtatoris. glo. & Bartol. in l. Emilius. ff. de minor. in l. 2. C. de iure emph. facit l. in idem. ff. de indem rect. Ruy. in conſil. 150. numer. 5. lib. 3. Ang. in conſil. 373. num. 1. Crauetta conſil. 206. numer. 2. Corne. conſil. 208. in fine libr. 1. Crauetta conſil. 151. num. 8. Roland. conſil. 69. num. 46. lib. 4. faciunt allegata ſupra nu. 13.

Decimò & vltimo generaliter excuſatur; quoties poteſt debitum quo animo id fecerit, quod dicitur moleſtiã, & ab ipſa præſeruabitur proteſtando, quod non intendit moleſtiam inferre, ea qua actus dubius declaratur. l. Neſennius vbi gloſſ. Bartol. Bald. Ang. Caſtren. & alij. ff de neg. geſtis Riminal. conſil. 676. nu. 76. & econtra legatarij petendo implementum ſine præiudicio ſuo iuris, & priuationis incurſę ſibi non præiudicant in ea; quia proteſtatio conſeruat ius proteſtantis, l. ſi debitor. §. 1. vbi gloſſ. ff. quibus mod. Ang. vbi his poſth. ſol. 1. Oldrad. conſi. 237. in fine Caſtren. conſi. 311. num. 4. li. 1. Dec. conſi. 42. in fine. Clarus. in §. emphyteuſis, quæſt. 10.

S V M M A R I V M.

1 *Legatum poteſt relinqui Monacho cum hoc, quod ab Abbate non moleſtetur ſuper eo. ſub pœna priuationis.*

2 *Abbas poteſt permittere, quod Monachus habeat legatum.*

3 *Legatum poteſt relinqui filiofam. cum hoc quod non acquiratur Patri.*

4 *Abbas ſi non vult permittere quod Monachus habeat, non acquiritur monaſterio.*

5 *Diſpoſitio ob perplexitatem non valet*

6 *Legatum vſusfructus ſine vſu non valet.*

7 *Legatum non poteſt relinqui monacho cum hoc, quod non moleſtetur in eo ſub pœna priuationis.*

8 *Pœna quod monachus non moleſtetur in legato, eſt turpis.*

9 *Pœna turpis, & inboneſta rejicitur.*

10 *Filiusfamilias eſt capax acquiſitionis: Monachus non.*

Caput V. Quæſt. 11.

SVpra in capite 1. huius ſecundæ partis quæſtione 57. fuit cũ diſtinctione firmatum poſſe Monacho relinqui ſub conditione, quod non acquiratur monaſterio. Modo quæritur an poſsit relinqui monacho ſub pœna caducitatis à relicto, ſi in eo ab Abbate moleſtetur? Et pro affirmatiua facit, quod

vide franc. dec. 714

1 dicitur voluntatem teſtatoris eſſe ſeruãdam, alias legatum expirat l. Lucius. 78. §. tres heredes. ff. ad S.C. Trebell. vbi gloſſ. Bart. in l. ſi alienam nu. 1. ff. de hæred. inſti. & in auth. excipitur vbi Ang. num. 2. C. de boniſque liberis, Abbas conſil. 63. num. 8. lib. 2. Bald. in l. vnica ſub num. 44. verſicu. ſeptimo quęritur C. de his quæ pęnæ nomi. Bart. in d. l. Lucius. 78. §. tres hęredes. nu. 1. ff. ad S.C. Trebell. Corn. conſil. 32. lib. 1.

2 Poteſt enim Abbas ferre conniuentibus oculis, vt Monachus habeat legatum; ſicut poteſt Dominus ferre, vt habeat ſeruus. l. 4. in princ. ff. de manumiſſ. vt declarat Barto. & Ang. in d. auth. excipitur. Bald. in d. l. vnica. num. 44. verſic. Nam conniuentibus. C. de his, quæ pœnæ nomi. confirmatur exemplo
3 legati relicti filiofamilias ſub ea conditione, quod non acquiratur Patri, quo caſu totum pertinet ad filium, vt dicit Ang. in d. auth. excipitur, & eſt text. in §. 1. Auth. vt liceat Matri, & Auię gloſſ. Caſtren. Salicet. & alij in d. auth. excipitur; & ſupra c. 1. quęſt. 58.

4 Etſi Abbas id ferre non velit, non valebit legatum; nec monaſterio quicquam acquiretur ex eo. Nam quando in diſpoſitione ponũtur duo; quorum vnum, alterum deſtruit; ſemper primum tollitur per ſecundum. l. ſi ita ſcriptum. ff. de hæred. inſtit. Sed quando legatur Monacho, id importat quod acquiratur monaſterio. Auth. ingreſsi. C. de ſacroſanc. eccl. & ideo dicendo quod monaſterio

nihil

Digitized by Google

nihil ex legato relicto monacho quæratur, eſt idem quod monaſterium ab eodem lega- to excludere.

Secundo cum ex diſpoſitione d. Auth. in-
5 greſsi quicquid legatur Monacho, acquiratur monaſterio: Dum teſtator legat Monacho cum hoc quod monaſterio non acquiratur, eſt in ſua diſpoſitione diſcrepantia, & perplexitas; & ideo diſpoſitio nullius eſt momenti l. vbi repugnantia. ff. de regu. iur. cum allegatis ſupra in par. 1. c. 2. nu. 14. verſic. quarta ſpecies.

6 Tertio cōprobatur exemplo l. per ſeruū. vſusfructus. ff. de vſu. & habit. vbi ſi legatur alicui vſusfructus ſine vſu legatum erit inutile; quia vſusfructus ſine iuſſu eſſe non poteſt: ita hic vbi legatur Monacho cum hoc, quod monaſterio non acquiratur, legatū eſt inutile, quia abſque eo quod monaſterio acquiratur, non poteſt legari; facit pro præmiſſis gl. in d. l. per ſeruum. quæ dicit quod nulla eſt conuerſio illius, qui ſe facit cōuerſum ſibi retentis aliquibus bonis. & allegat. text. in l. certarum. ff. de teſtam. tutel. & Bart. Bal. & Iacob. in d. l. per ſeruum dicunt, quod quādo vtile, & inutile ſimul proferuntur, tūc cōſtituunt vnum totum: & illud totum vitiatur. Verum contraria ſententia; quod lega-
7 tum valeat; & ab eo remoueatur pœna, videtur verior.

8 Supponendum enim eſt quod talis pœna procedit a turpi, & inhoneſto præcepto: quia Monachus ſecundum regulam monachorū nihil proprium habere poteſt. c. cum ad monaſterium de ſtat. mona. c. quanto de offic. ordin. c. cum non dicatis. 12. q. 1. Auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccle. Bart. in d. l. Lucius. §. tres hæredes. num. 2. ff. ad Trebel. Bald. in d. l. vnica. num. 44. C. de his quæ pœn. nom.

Et pœna turpis, & inhoneſta reijcitur, &
9 relictum nihilominus debetur l. cerdonem. ff. de oper. libert. Bald. vbi ſupra. verſic. item concludendum eſt cum allegatis ſupra in q. 1. num. 1. & ſequen. Nam cum ſit talis cum periculo peccati mortalis Abbatis, & Monachi; quia Monachus nō poteſt habere proprium ſine peccato, & Abbas quod habeat non poteſt ſine peccato tolerare Calderi. in conſi. 4. in fine, & eſt ideo vt turpis, & inhoneſta reijcienda.

Nec obſtant exempla de filiofamilias, & de ſeruo; quia filiusfamilias eſt factus capax acquiſitionis. l. cum oportet. C. de bonis que liber. Monachus vero omni tempore eſt incapax acquiſitionis d. auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. Eccleſ. & d. ca. cum ad monaſterium de ſtatu monach. c. vnico. 18. quæſt. 1. & qđ ei legatur, acquiritur monaſterio per mox allegata ſicuti, quod legatur ſeruo, acquiritur Domino l. placet ff. de acquiren. hæred. Abbas. in c. monaci. num. 8. de ſtat. monac. & in c. niſi eſſent num. 12. de præben. Poteſt bene Monachus de licentia Abbatis habere adminiſtrationem in caſu licito, vt notat Abbas vbi ſupra & ita eſt intelligendum quod fuit firmatum in ca. 1. quæſt. 57. vt puta pro neceſſitatibus ſuis pro victu, & veſtitu, vt notat Bart. in d. auth. ingreſſi Innocen. in ca. inſinuante. ne cleric. vel monac. Bartol. in d. §. tres heredes in fine Calder. conſil. 2. de regularibus Innocen. Abbas, & alii in d. c. niſi eſſent. Abbas in d. c. monachi. num. 4. Doct. in d. c. cum ad monaſterium, Gigas de penſio. quæſt. 15. num. 1. & ſequen.

S V M M A R I V M.

1 *Prohibitus facere voluntatem teſtatoris non cadit in pœnam.*

2 *Voluntas pia teſtatoris eo modo quo ordinauit ſeruari impedita; an poſſit in alium piū uſum commutari.*

Caput. V. Quæſt. 12.

Teſtator mandauit hæredi ſuo, ſeu legatario, vt conſtrueret hoſpitale in Domibus ſuis ſub aliqua pœna; Epiſcopus non vult dare licentiam; vt cōſtruatur ibi in Domibus teſtatoris, ſed alibi, vtrum hæres non conſtruendo ibi vbi teſtator ordinauit, incidat in pœnam; & alibi vbi vult Epiſcopus, te-
1 neatur conſtruere? & Bald. in l. vnica. C. de his quæ pœnæ nom. num. 46. quæſtio. 9. dicit quod non incidit in pœnam ibi non conſtruendo; quia diſpoſitio teſtatoris eſt alterata per impedimentum epiſcopi nolentis dare licentiam, quod ibi in Domibus teſtatoris conſtruatur; & ideo hæres, vel legatarius habebunt nihilominus hæreditatē, ſeu legatū, vt notat idem Bald. in l. 1. nume. 13. Octaua oppoſ. C. de Inſtit. & ſubſti. ſub. condit. fact. & in l. deberi. num. 5. C. de fideicom. libert. & faciunt late deducta ſupra. in ca. 1. huius. 2. partis. quæſt. 29. num. 4. & ſequen. quæſti. 30. & 31. vbi dantur diſtinctiones, Socin. in l. in teſtamento. la 1. num. 4. ff. de condit. & demonſtrat.

Sed

Sed non conſtruendo, ibi vbi vult epiſcopus, & hæres ſine legatarius commode facere poſſunt, incident in pœnam. §. ſi quis ędificationem Auth. de eccleſiaſt. titul. per quē tex. ita firmat Bald. in d. l. vnica. ſub d. num. 46. in fine, C. de his, quæ pœnę nomin. & in alijs locis ſupra citatis Docto. omnes in ca. nos quidem de teſtamentis vbi Abbas. numero 14.

Et eſt generale in legatis pro conſtruendis locis pijs in aliquo certo loco relictis, qđ ſi ibi non poſſint loca pia conſtrui, conſtruātur in aliquo alio idoneo loco, per tex. in l. legatum. ff. de vſu & vſufruc. legat. quem expendit, & norabllem dicit Florian. in l. cum quidam. §. ſi dies. ff. de vſur. Innocen. in d. c. nos quidem. de teſtam. idem ex illo tex. voluit Bald. in conſil. 453. ſi ex teſtamento. lib. 2. vbi etiam adducit tex. in l. legata. ff. de admini. tut. & in d. c. nos quidem & in Clemē. quia contingit. de religios domibus. Hoc idem voluit gloſſ. & Imol. in d. cap. nos quidem & Specul. in titul. de Inſtrumen. edit. §. Nunc aliquid. verſicul. quod ſi quis legauit & cætera & verſic. quid ſi teſtator & cæt. Capra in conſil. 121. punctus fuit quidam teſtator & cætera, vbi tamen intelligit niſi teſtator aliter expræſſe diſpoſuiſſet.

Nam quando voluntas teſtatoris eſt præciſa, & certa, non poteſt aliter immutari. Iacob. de Aret. quem refert Bald. in l. ſi ad declinandum nu. 9. & ſequent. vſque in finem C. de epiſcop. & cleric. & ibi addentes Doc. & c. Abbas in cap. tua nobis, num. 7. verſicu. Iacob. de Arena de teſtam. vbi etiam Didacus, num. 6. & 7. Cardinalis Mantica de Coniec. lib. 3. rit. 19. nu. 10. & 11. Hoc idem fuit de mente Bart. in d. l. legatum. ff. de vſu & vſufruru legat. & in l. liberto. §. Lucius. ff. de ann. legat. Bermon. in conſi. 49. nu. 2. idē dicit facit Feder. de ſeniſ. in conſ. 175. quem ſequitur Cardinalis in d. ca. nos quidem de teſtamen. in fine Imol. num. 24. Etiam quod de præciſa, & certa voluntate tacite appareat, vt in ſpecie tenet Ruy. in conſ. 75. num. 4. & ſequen. li. 2. Vel in caſu quo non fieret, vt ordinauit voluerit ad alium deuolui relictum pium, vt tenent præcitati Doct. quia ſemper conſtat de præcita; & certa voluntate teſtatoris in iſtis caſibus; quæ non eſt commutanda, vt poſt omnes allegatos concludunt Didacus, & Cardinalis Mantica vbi ſupra.

S V M M A R I V M.

1 *Prorogatio temporis dati ad implendum piam voluntatem ſi eſt data ex iuſta cauſa liberat implere debentem a pœna.*

2 *Si eſt data ex cauſa iniuſta non vtique.*

3 *Prorogatio eſt idem cum primo tempore, & in tempore prorogato non implens incidit in pœnam.*

4 *Legata prophana non debentur ante aditā hereditatem, pia vero; & pro anima ſic.*

Caput V. Quæſt. 13.

1 TEſtator iuſſit conſtrui cappellam infra annum a die ſuæ mortis ſub certa pęna: Epiſcopus terminum anni prorogauit; & ſic grauatus Cappellam infra annum non conſtruxit; Vtrum inciderit in pœnam? & eſt diſtinguendum. Aut enim Epiſcopus terminum anni iuſta cauſa prorogauit; Aut ſine cauſa, vel cauſa iniuſta. Primò caſu non incidit in pœnam Bald. in d. l. unica ſub nu. 146. verſi. Decimo quarto. C. de his quæ pęnæ nomi. & in l. nulli, 28. nu. 8. & ibi addentes. C. de epiſ. & Cleric.

Quia tempus prorogatum eſt eiuſdem naturę, cuius erat primum, & aſſumit eiuſdem conditiones; & qualitates, l. 2. §. ſed ſi Iudex ff. de Iudic. cum cōcordantibus, quos adducit Tiraquel. de retract. Lignagier. §. 1. gloſ. 10. num. 27. & latius in tract. de rect. Conuētio. §. 1. gl. 7. numer, 27. & ſequen. & ſicut potuit in primo tempore anni a teſtatore aſſignato abſque incurſu pœnæ Capellam conſtruere; ita & potuit in ſecundo tempore prorogato, cum iuſta cauſa ab habente hanc facultatem; vt puta quia ob magnitudinem operis non poterat perfici intra annum, fuerit tempus anni a teſtatore aſſignati prorogatum ad aliud tempus congruum pro opere perficiendo, vt voluit Federi. de ſen. in conſ. 124. alias. 129. quem ſequitur Bald. in l. id quod pauperibus colum. 3. verſicul. Venio ad tertiam, C. de epiſc. & cleric. & in d. l. nulla. num. 5. C. eod. Abb. in c. nos quidem, col. 3. de teſta. facit quod notat Bald. in l. penult. column. 2. verſicu. & alio quod in iſta, C. de donatiō.

2 Secundo vero caſu ſi prorogatio eſt data ex cauſa iniuſta incidit in pœnam, Bal. in d. l. vnica. num. 47. verſi. ſecus ſi cauſa non ſubſiſtente, & in d. l. nulli. num. 8. vbi addentes.

3 Et ſi in termino iuſte prorogatō non conſtruxit, vtique incidit in pœnam; quia nō dicitur aliquid impropriari, licet prorogetur dies, vt notat Innocen. in cap. præterea requiſiti. de appellat. quem Bald. in d. l. vnica. numer. 47. Nam tempus prorogatum eſt idem cum primo, l. ſed etſi manente, ff. de procura. vbi Bart. & Ang. l. ſi cum dies. in princi. vbi gloſſ. & Bald. ff. de arbitr. Specul. de Iudic. de leg. §. vltimo verſicul. Item quod iuriſdictio cum alijs adductis per Tiraquell. de tetract. conuent. §. 1. gloſſ. 7. num. 26. Rota diuer. deciſ. 567. num. 2. par. 1. & ſicut non implendo in primo tempore incidit in pœnam, ita incidit non implendo in ſecundo tempore prorogato. Verum præmiſſa omnia ſunt ſemper intelligenda: niſi grauatus fuerit tam in ptimo tempore; quam in ſecundo impeditus perficere; quia impedito non currit terminus datus ad exequendum per notata per Batto. in l. Genero. ff. de his, qui notam infam. quod etſi fallat in relictis ad pias cauſas, quia non debet impedimentum retardare piā cauſam argum. l. ſi quando, C. de teſtamen. quo vtitur Bald. in l. vltim. §. ſed etſi quis. nume. 14. verſic. Pone quod intra annum. C. commun. de legat. tamen cum Bald. loquatur in exequtore impedito, forte ex eo non eſt inferendū ad grauatū ipſū, vtiq; impeditū, quoties impedimentū ſit tale, vt opus perfici nō poſſit, vt quia proueniat ex operis inimica qualitate, & magnitudine per allegata ſup. ſub n. 1. verſ. vt puta. Alias pia legata ſunt ſemper quanto citius adimplenda. gloſſ. in d. l. nulli. in verbo cunctatione. C. de epiſ. & cleric, vbi Bald. poſt alijs. num. 9. Et ſi grauati implere ſint negligentes debet Epiſcopus etiā Teſtatore inuito, & id vetante ſe intromittere pro eius pia mente quanto citius exequēda Auth. licet Teſtator. C. de Epiſ. & Cleric. Azzo. in ſum. eod. numer. 20. Odofred. in d. Authen. licet vbi Bald. Salycet. &c. omnes Doct. in §. ſi quis autem vnde ſumitur d. Au-
4 then. licet Authen. de Eccleſias Titulis. Sed ſi grauatus intra annum implere legatum, ſub pœna intra annum hæreditatem nō aduerit, & ſic implere non potuerit an hoc etiā caſu in pœnam incidat? & quidem in prophanis eſt dicendum quod non; quia ante aditā hæreditatem non tenetur implere voluntatem Teſtatoris. arg. l. tali facta ſtipulatione 49. ff. de iure dotium, quo arg. vtetur Bal. in l. vnica. n. 49. ver. Duodecimo quæritur. C. de his quæ pœnæ nomi. concordantes dant. addentes ibi ad Bald. in litera K.

Secus eſt in legatis pijs, quæ ſunt ſemper quanto citius implenda per allegata ſuperius ſub nu. 3. verſ. Alias pia legata & etiam ante aditam hæreditatem vt dicit Cynus poſt Riccardū Malumbr. in l. fin. §. Donec C. de iure deliber. vbi etiam Bald. numer. 1. Ang. Salicet. Paulus de Caſtr. Alexā. Iacob. de S. Georgio. num. 1. & 2. Corn. ſub nume. 1. verſicu. ſecundo limita, & nume. 2. & cætera omnes faciunt allegata ſupra in c. 1. huius 2. par. quæſt. 36. per totam.

SVMMARIVM.

1 *Mora quando adeſt dies & pœna expreſſa vel tacita non poteſt purgari in teſtamentis.*

2 *Pœna priuationis incurſa non poteſt purgari & quid in contractibus.*

Caput V. Quæſt. 24.

VTrum in vltimis voluntatibus pœna incurſa per moram poſſit purgari: & eſt diſtinguendum: Aut enim eſt dies, eſt pœna expreſſa, tacita, vel neceſſaria ex euidenti mente teſtatoris, Aut non. Primo caſu non poteſt purgari. l. 1. ff. de pœna legat. Doct. in l. ſi inſulam, ff. de verbor. obligat. Crauetta conſi. 59. col. 2. & conſi. 193. col. 1. Gozzad. conſi. 34. col. 2. poſt Caſtre. & alios quos adducit: ſequitur Alba. in conſi. 48. nume. 14. Papien. in forma libelli vt pacta ſeruētur, n. 9. & ibi addentes litera cap. in verbo tranſactiones cum alijs allegatis ſupra in ca. 1. huius 2. partis, quæſt. 66. nu. 56. per totum Petra. de fideicommiſ. q. 10. nu. 87. ſecundo caſu poteſt purgari, vt per tex. in d. l. 1. ff. de pœn. lega. firmat Bald. in l. vnica. C. de his quæ pœnæ nomin. verſic. Decimo tertio & num. 50. ibi addentes. Quod procedit etiam in contractibus ſecundum diſtinctionē, quā facit Iacob. Butrig. in l. ſiue apud acta l. ſi ita quis. §. ſcio. ff. de verbor. obligat. Papien ſi vbi ſupra, num. 9. Roma. conſi. 52. & 427. Aret. conſi. 95. Verum ſi eſſet pœna priuatio-
2 nis illatæ non poſſet purgari, quia terminus qui perimit gratiam, facit quod mora minime purgari poſſit, clemen. & quem de conceſſ. præb. & c. qui fundum, ff. contrahe. empt. l. Thais Ancilla. §. 1. ff. de fideicom. libert. Bald. per d. iura. in l. vnica nu. 50. C. de his quæ pœnæ nomi. faciunt allegata ſupra in cap. 1. huius 2. partis, quæſt. 36. numer. 5. & ſequen.

ſequen.faciũt notata per Anchar. & Gemi.
in ca.commiſſa de elect. in 6. quos citat Pa-
riſius de Reſignatione lib.3.quæſt.2.nu.10.

SVMMARIVM.

1 *Decem dare grauatus alioquin fundum dando nouem non liberatur a datione fundi.*
2 *Partem quis poteſt retinere, donec habeat totum, quod declara vt ibi.*

Caput V. Quæſt. 15.

TEſtator mandauit hæredi, quod daret
mihi decem certa die; alioquin daret
mihi fundum dedit nouem, elapſo die peto
fundum in pœuam mihi relictũ, an poſſim.
Et cum iſta diſpoſitio ſit ſimilis alternatiuæ,
1 ſolutio partis nõ liberat a toto neque a par
te, ſed liberatio ſtat in ſuſpenſo & pendet ab
euentu, & ideo reſtitutis nouem poſſum pe
tere fundum, l.ſi non ſortem 26. §. ſi decem
vbi gloſſ. Odofred. Bart. Alberic. Bald. An-
gel. Salycet. Caſtre. Inſo. & cæteri omnes, &
ſolutio partis liberat quem a pęna. Alberic.
in rubr. ff. de verbor. obligat. num. 24. id fir-
mat per plura exempla. Nam contrauentio
in minimo facit vt pœna cõmittatur in to-
tum. ſpec. de Arbitris, §. ſequitur. verſ. quid
ſi plura capitula. Bart. in l. eadem, §. lato. ff.
de verb. oblig. Papien. in forma libe. Com-
promiſſi in ver. Parte attendente, num. 5. &
2 pra. quæſt. 10. nume. 11. Poſſum tamen reti-
nere nouem donec mihi detur fundus, d. le.
ſi non ſortem, §. ſi centum vbi omnes præ-
citati Doctor. & Bald. in l. unica num. 54. C.
de his quæ pœnæ nomi. ad propoſitum hu-
ius quæſtionis multos citat Tiraqu. in tract.
de Iudicio in rebus exiguis ferendo. numer.
131. per totum. Hoc tamen non procedit in
ſimplici mandato, vel obligatione ſoluendi
decem, vbi fuerunt data in ſolutum bona
maioris valoris, quia tunc non datur reten-
tio bonorum pro decem, ſed omnia bona da
ta in ſolutum repetuntur per indebiti condi
tionem. vt notant omnes præcitati Doctor.
in d. §. ſi centum, & obligatio prima rema-
net incorrupta, Caſtr. d. §. ſi cedum, num. 1.
& 2. Qđ ſecus eſt in his reb. q̃ in genere ſuo
recipiunt functionem, quia in illis datur re-
tentio pro vero credito. Odofred. in d. §. ſi
centum, verſi. ſecundus. Bart. in princ. Bald.
in princip. Angel. Salycet. & Caſtren. in
princip.

SVMMARIVM.

1 *Pœna an in vltimis voluntatibus cenſentur repetita.*
2 *Pœna an cenſeatur repetita in contractibus.*

Caput V. Quæſt. 16.

SVpra in c. 1. huius 2. partis in quæſt. 12.
quando conditio in vno actu appoſita
cenſeatur in alio repetita, & in quæſt. 18. po-
ſuimus verba repetitionem inducentia, & in
quæſti. 19. quæ repetitionem excludunt. Mo
do contingit dubitare de pœna in aliquo a-
ctu appoſita. An ſcilicet cenſeatur in alio re-
petita? Qua in re eſt animaduertendum, qđ
caſus pœnales ſunt ſtricti iuris, & ideo inter
pretationem extenſiuam non recipiunt. Vt
notauit Decius in l. factum. 169. §. in pęnali
bus vbi etiam cagn. ff. de reg. iuris, & in cõſ.
406. in fine Menoch. de arbitrar. caſu, 276.
1 Et ideo ſiue ſimus in vltimis voluntatib.
ſiue in contractibus, nunquam cenſetur repe
tita, vt in vltimis voluntatibus notant Bart.
& Bald. in l. mulcta. & in l. In teſtamento. la
3. ff. de conditio. & demonſtratio. vbi etiam
Imol. & Caſtren. in princip. Socin. num. 4. Al
beric. remiſſiue. in l. pręcibus. num. 42. C. de
impub. & alijs ſubſtit. Alba. conſ. 97. nu. 41.
2 Et in contractibus notant Bald. in cap. 1.
qualiter Domi. propr. feud. priuet Alciat. in
reg. 3. pręſumpt. vlt. de pręſumpt. Decius in
conſil. 406. in fine Menoch. præſumpt. 144.
num. 3. & 8. lib. 3. de pręſumpt. Bertazol. in
repet. l. ſi quis maior. num. 20. C. de tranſact.
& infra c. 6. q. 7. num. 39.

SVMMARIVM.

1 *Pœna in ſponſalibus, & matrimonijs non poteſt apponi.*
2 *Pœna in ſponſalibus, & matrimonijs poteſt apponi.*

Caput V. Quæſt. 17.

VTrum pęna poſſit apponi in ſponſalib.
& matrimonijs? Et eſt diſtinguendũ.
Aut enim pœna non eſt aliqua lege compræ
henſa, aut eſt compræhenſa. Primo caſu ſi
non eſt compræhenſa, non poteſt apponi, qa
1 non debet quis metu pęnę aſtringi ad contra
hendum; uel non contrahendum matrimo-

nium, ſed debet eſſe liber ab omni metu pœne. cap. gemma. de ſponſalibus vbi poſt alios Abbas. in princip. l. Titia. ff. de verborum oblig. l. fin. C. de ſponſalib. l. 2. C. de inutil. ſtipula. vbi Bart. Bald. & cætera omnes. Alberic. in l. ſi ſtipulano in princi. ff. de verborum oblig. Rota diuer. deciſ. 433. num. 3. part. 1. cum alijs allegatis ſupra in par. 1. cap. 8. nu. 1. & ſequent.

2 Secundo vero caſu; quando pęna eſt aliqua lege comprahenſa, poteſt apponi, vt in art. l. in quibus poteſt apponi pœna vſque ad quadruplum, Alberic. in d. l. ſi ſtipulatio. num. 2. ff. de verborum obligat. Innocent. vt d. ca. Gemma. de ſponſalibus, vbi poſt alios Abbas. num. 7. & 8. & per totum. & Henric. Boich. num. 10. & in dote, & pactis dotalib. l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. ſi ſibi nupſero. ff. de verborum oblig. Abbas in cap. de illis. numero 3. de condit. appoſ. Et ſoluta pęna in ſponſalibus appoſita, licet penitere. l. 1. & ibi Bal. C. de ſponſalibus Alberic. in l. ſi ſtipuler. nu. 2. ff. de verbor. oblig. ſi in eis non eſt appoſita pęna, poteſt quis impune pęnitere d. l. 1. & Alberic. vbi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Pœna adiecta dationi quātitatis a ſolito fœnerari præſumitur, adiecta in fraudem vſurarū, & non poteſt peti.*

2 *Pœna adiecta à non ſolito fœnerari nō præſumitur in fraudem vſurarum.*

3 *Pœna adiecta in obligatione factum continente non præſumitur in fraudem vſurarum.*

4 *Pœna nimis exceſſiua ſemper præſumitur in fraudem vſurarum adiecta.*

5 *Pœna adiecta in mutuo ſemper præſumitur in fraudem vſurarum.*

6 *Pœna adiecta dationi certæ ſpeciei non præſumitur in fraudem vſurarum.*

7 *Pecunia data ad pompam poteſt reddi aliquanto multiplicata citra vſuram.*

8 *Pœna conſiſtens in facto veniente conſecutiuę ob dationem quantitatis appoſita a non ſolito fœnerari, non præſumitur in fraudem.*

Caput V. Quæſt. 18.

VTrum pœna appoſita dationi quantitatis præſumatur adiecta in fraudē vſurarum? & eſt diſtinguendū. Aut enim eſt adiecta ab eo, qui eſt ſolitus fœnerari: Aut a non ſolito: Aut in obligatione continente factū. Aut eſt adiecta dationi certæ ſpeciei; Aut eſſet factum, quod veniret cōſequutiue ob dationem quantitatis, vt puta ſi mutuo tibi do centum, & tu mihi promittis dare pignori ſchiphum aureū intra menſem, & ſi non dederis, pmittis mihi dare decē nomine pęnæ.

Primo caſu pœna adiecta dationi quantitis a ſolito fęnerari præſumitur adiecta in fraudem vſurarum, & non poteſt peti, l. rogaſti. 11. §. ſi tibi decem vbi glo. in verbo cōdicil. ſi cert. petat. l. cum allegas. 15. vbi glo. in verbo. vltra, C. de vſuris, l. Iulianus. 14. §. ibidem Papinianus vbi gloſſ. & Barto. ff. de actio emphy. Ioan. And. in addit. ad Specul. de obligat. & ſolut. §. ante omnia. verſi. Item ſequitur Angel. in conſi. 4. num. 1. Crotus in conſil. 72. numero 3. Roma. in conſilio 510. numero 13. & ibi addentes, Imola in ca. dilecti de arbitr. Angel. conſilio 183. & in lege ſtipulatio iſta. §. alteri vbi etiam Alexand. num. 11. plures adducit. ff. de uerborum oblig. & in conſi. 9. lib. 4. Capra conſi. 70. num. 28. Imola in l. cum ſeruus, ff. de condit. & demo. Ant. l. de Prato Veteri inter cōſilia Alexande conſi. 49. & Alexand. conſi. 50. lib. 4. latae Crotus, conſi. 86. num. 1. vſque ad 9. Natta conſi. 490. numer. 6. Angel. in l. virum C. de petit. hæred. Fulgoſ. in l. 1. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt, & in l. promittis vbi etiam Caſtre. C. de tranſact. Fulgoſ. in l. pecuniæ, §. 1. ff. de vſuris. Socin. in l. pęnā num. 10. ff. de his quæ pœnæ nomi. Rota diuer. deciſ. 90. num. 4. & 5. par. 2. Surdus deciſi. 259. numer. 1. Boich. in cap. illo uos de pignoribus. Secundo caſu ſi eſt adiecta a nō ſolito fenerari, non præſumitur adiecta in fraudem vſurarum. Roma. d. conſi. 510. nu. 13. Crotus d. conſi. 86. Innocent. in ca. cum tuam de pęnis gloſſ. in l. pęnam, ff. de uſuris, Cynus, qui refert Petrum idem tenentem. in d. l. cum allegas, C. de vſuris. Bart. in d. l. ſtipulatio iſta, §. alteri, & ibi Alex. num. 11. ff. de verbo. oblig. Quia ex conſuetudine fęnerandi, aut non fęnerandi contractum vſurarium, aut non vſurarium arguimus. c. illo uos. 4. vbi gl. in verbo conſueuerit de pignoribus. l. cum allegas. & ibi gl. C. de vſuris. notatur in capitu. ad noſtram, de empt. & vendit. & per Archidiac. in capitu. cum deuotiſſimam, 12. quæſ. 2. & idem tradit Rom. d. conſ. 510. num. 13. & in conſi. 238. nume. 5. & in conſi. 423. nume. 11. & ibi addentes. Crauetta in conſi. 73. num. 8. & eſt communis de qua teſtatur Capra d. conſ. 70. nu. 28.

Et ideo poteſt etiã de iure canonico exigi a non ſolito fęnerari, Archid. in d.c. cum deuotiſſimam, Spec. de oblig. & ſolut. §. 1. uer. ad primum, Alexandr. conſi. 76. in fine. lib. 5. & alij allegati per Decian. in conſi. 79. in fine & per totum lib. 3. Boich. in d. capit. illo
3 vos, de pignoribus. Tertio caſu ſi eſt adiecta in obligatione factum continente non præſumitur adiecta in fraudem vſurarum, Ang. conſi. 4. Imola in cap. dilecti, de arbitr. Rom. d. conſi. 510. Crotus d. conſi. 86. Alexand. in d. l. ſtipulationem Capra d. conſi. 70. nume. 28. Rodulph. in tract. per uſur. quæſt. 67. Rebuf. in l. 1. numer. 270. & 277. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt Surdus d. deciſi. 259. ſub nu. 9. & ſequen. & procedit etiam ſi obligatio mixtim factum, & quantitatem cootineat. Rebuf. vbi ſup. d. nu. 177. Surdus d. deciſi. 259. nu. 11. Roma d. conſi. 510. nũ. 17. Papien. in forma libelli actionis realis, num. 12. & ibi addentes in litera D. citant infinitos concordantes, & in forma libelli actioois hijpothecar. in verbo Ac reſtitueret. in princip.

4 Sed ſecundus, & tertius præfati limitantur, vt non procedant quando pœna eſſet nimis & exceſſiua, tunc enim ſiue ſolitus ſit fęnerari; ſiue non; ſiue obligatio contineat factum, ſiue quantitatem ſemper pœna præſumitur in fraudem vſurarum adiect. vt voluit. Roma ſupracitato loco. Cyn. poſt Iaco. Butrig. in d. l. cũ allegas. C. de vſur. Ioaodr. ad ſpecul. in tit. de oblig. & ſolut. §. ante omnia, verſ. ſequitur. Ang. & Imola in d. l. ſtipulatio iſta. §. alteri, ff. de verbor. oblig. Card. in capit. dilecti de Arb. Aret. in §. omnes Inſtitu. de actio Crotus, de conſi. 86. ou. 5. & 6. Rota cora Seraphino in Rom. Caſalis. 16. Martij, 1588. Papien. in forma libelli in cauſa venditionis io verbo pro pretio florenorum, num. 6. & 7.

5 Secundo limitantur, vt non procedant in mutuo; In quo ſiue ſolitus ſit quis fœnerari, vel non, ſemper pęna præſumitur adiecta in fraudem uſurarum, gloſ. in l. rogaſti. §. ſe ſibi. ff. ſi cert. petat. Rom. de conſ. 510. num. 13. verſi. primo caſu Nam in mutuo nihil licite poteſt recipi pluſquam datum ſit, l. utemur. §. fin. C. de non num. pecum l. ſi ſibi decem millia. ff. de pactis Bald. In d. l. cum allegas, reprobat gloſſ. in l. pęnam, ff. de vſur. & Archid. in d. c. cum deuotiſſimam 12. quæſt. 2. cootrarium tenentes, & id per tex. in cap. plerique 14. quæſt. 3. qui dicit quod, quodcumque nomen imponas pecũniæ ſorti mutuatæ accedenti uſura eſt; nec diſtinguit inter ſolitum, vel nõ ſolitum fęnerari. Papien. in forma libel. io actioni hypot. in verbo Ac reſtituere promiſit, num. 1. vbi citat Cynam, & Butrig. in dict. le. cum allegas, C. de vſuris.

6 Quarto caſu quando pęna eſt adiecta dationi certæ ſpeciei, tunc etenim nunquam præſumitur adiecta in fraudem vſurarum, & ſi excedat legitimum intereſſe, ut reſpondit Rom. in d. conſi. 510. num. 18. Henricus Boich. in dict. cap. illo uos. num. 4. de pignoribus, quia in ſimplici datione certæ ſpeciei non poteſt cadere uſura, quod patet; quia ſi
7 pro pecunia data ad pompam, vt ex & quiſquum dies appareat; quod in mercatoribus perſæpe uſu venit; vt creditum, & booum nomẽ acquiraot; etiam ſi pecunia reddatur aliquanto plus quam data ſit, non tamen dicitur vſura; ſed remuneratio vſus, quia tunc commodatum potius dicitur; quã mutuũ, vt dicit gloſſ. ordin. in cap. conqueſtus, de vſuris, &. in cap. in ſumma. 14. quæſt. 3. quod idem tenuit Rom. in conſi. 500. nume. 4. & ibi addentes, & in d. conſi. 510. nu. 18. concordantes citant addentes ad Papien. in forma libelli actio realis, num. 12. litera. D. in verbo, & in florenis decem &c.

8 Quinto caſu quando eſſet factum, quod veniret conſecutiuẽ ob dationem quantitatis, vt in ſupra propoſito exemplo de ſciplio aureo. Tunc enim ſi a non ſolito fęnerari pœna fuerit adiecta, id noo præſumitur in fraudem vſurarum, ita voluit Bald. in d. l. cum allegas. C. de vſur. argu. l. ſi mulier. C. ad S.C. Veller. quam cæteris reprobatis ſequitur Roma. io d. conſil. 510. num. 16. in fine & per totum. vbi tamen limitat non procedere quando pęna eſſet appoſita ab eo, qui conſuetus fuerit fęnerari. ibi in d. num. 16. uer. vnde diſtinguit per tex. io l. prædia. ff. de acti. emph.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna & res ſimul peti poſſunt.*
2 *Pœna & res ſimul non poſſunt peti, quod intellige cum diſtinctione ibi tradita.*

Caput V. Quæſtio 19.

SI aliquis eſt ſtipulatus rem, & pęnam; Vtrum vtrumque, & rem, & pęnam petere poſſit? Hanc quæſtionem plene tractant

Odofre-

Odofredus Cyn. Bartol. & cæteri omnes, in l. cum proponas. C. de tranſactio. & Io. And. in cap. bona fides in mercurialibus, & videtur abſolute dicendum quod ſic per tex. in l. vbi pactum 40. vbi gloſſ. & Docto. & in l. ſi quis maior. C. de tranſact. l. 2. in princip. ff. ſi quis caut. & l. ſi quis rem C. de arbitr. arg. §. alteri. Inſtit. inuit ſtipular. l. at ubi. C. de petit. hæred. le. locum. §. condemnatio. §. C. de tab. exhiben. l. 1. §. ſi cum duobus, C. de coll. bonorum. 14. q. 3. in princip. 18. diſtinct. cap. quoniam quidem 23. diſtinct. c. quamquam & c. dilecti de Arbitriſ. vbi poſt alios Henric. Boich. num. 6. & ſequen. & c. ſi quis. 21. q. 5. Papien. in forma libelli compromiſſi in verbo Parte attendente. nu. 3.

2 In contrarium videtur, quod ſibi rem, & pœnam ſtipulans, debeat alterutro eſſe contẽtus niſi nominatim aliud actum ſit inter ſtipulantes, l. reſcriptum. 10. §. ſi pacto vbi gloſ. Bart. & Alberic. num. 5. ff. de pactis, l. pacto. l. qui fidem vbi Alberic. in princi. & l. ſi quis a ſocio, & ſequen. ff. de tranſact. l. prædia. C. de actio. emphy. l. apud celſum. §. Labeo. C. de doli except. Roma. in conſi. 510. num. 19. Alba in conſil. 451. nume. 19. & hoc uidetur certum cum pœna adijcitur quantitati, quia tunc præſumitur in fraudem vſurarum appoſita per ea quæ proponuntur ſupra in præcedenti quæſt. 18.

Sed in hac queſtione ſic melius diſtinguẽdum eſſe puto. Aut enim promiſſor pęnæ cõuenit aliquid dare, tradere, vel facere ſtipulanti extra iudicium, aut, alteri quam ſtipulanti, Aut ſtipulanti ipſo coram Iudice, vel Arbitrio, Aut conuenit non facere; Primo caſu quia pęna videtur ſuccedere loco intereſſe, debet unum eligere, & illo contentus permanere d. l. ſi quis a Socio. & l. ſequent. ff. de tranſact. Henric. Boich. in cap. dilecti. nume. 8. de Arbitris pęna in eo quod concurrit ſuccedit loco intereſſe; quod bis ſolui non debet, l. bona fides, ff. de reg. iur. l. qui bis. C. de uerborum obligat. Rota diuer. deciſi. 371. num. 3. par. 1.

Secundo caſu cum conuenit aliquid dare, facere, vel tradere alteri. eſt iterum diſtinguendum. Nam aut intereſt ſtipulanti, & idem eſt per omnia quod dictum eſt in proximo caſu; quia pęna ſuccedit loco rei ſecũdum Petr. & Cynum in l. patens, C. de pactis; ubi dicunt quod ſoluens pęnam dicitur impleuiſſe contractum, hoc etiam voluit Iaſ. in l. cum proponas la. 2. nu. 8. C. de pact. vbi etiam Decius, num. 8. Barbaſ. conſi. 74. col. 12. poſt medium, lib. 3. Surdus in deciſi. 306. num. 8.

Aut non intereſt ſtipulanti, & tunc pęna non poteſt dici appoſita reſpectu intereſſe, & ideo in totum petitur. §. alteri & §. ſequẽdi. Inſtitu. de inutil. ſtipul. & l. ſtipulatio iſta §. alteri: & §. ſequenti, ff. de verborum obligat. Corn. in conſi. 153. verſi. circa quartum lib. 1. cum alijs cõcordantibus adductis per Surdum in deciſi. 260. numer. 22. & ſi excedat quadruplum Curtius iun. poſt alios. in l. vnica. num. 58. Rebuff. num. 407. C. de ſententi. quæ pro eo quod intereſt. Surdus d. deciſ. 260. nume. 23. & ſequent. Facchineus in lib. 1. cap. 50. controuer. iuris Rom. conſilio 510. num. 19.

Tertio caſu quando conuenit facere corã Iudice, vel Arbitro, & iterum eſt diſtinguendum. Aut enim eſt ſtipulatus, quis iudicio ſiſti, ne actio ſua pereat; vel ut ſibi debitum cõſequatur; Aut ne Iudex condemnet. Primo caſu pęna videtur appoſita gratia diffiniendi intereſſe; & debet alterutro eſſe contentus, l. 2. §. fi. ff. qui ſatiſd. cogan. l. fin. ff. ſi quis in ius uocat. Curtius iun. Rebuff. Surdus, & Facchineus, vbi ſupra.

Secundo caſu videtur appoſita loco contumaciæ, & ideo vtrunque peti poteſt. d. l. 2. in princ. & l. at ubi. C. de petit. hæred.

Sed in dubio videtur pęna appoſita loco intereſſe, & pro illo taxando. le. ſi duo. ff. ſi quis caut. cum allegatis per Surdũ vbi ſupra.

Tertiò caſu ſi quidem promittit pęnam ſi præcepto non pareret; & tunc videtur appoſita ratione contemptus; quo caſu vtrunque peti poteſt, l. ſi quis rem, ff. de arbitr. Bald. in l. unica. nu. 17. ver. Idem in arbitro. C. de his, quæ pęnæ nomin. Caſtrenſ. in l. cum proponas, la. 2. ſub num. 2. verſicu. item adde quintum. C. de tranſact. ſi apponitur pęna ſi rem non reſtituat, tunc uidetur ſuccedere loco intereſſe & debet alterutro eſſe contentus. l. ſecũ dies, §. fin. & l. ſequent. & l. Celſus, ff. de arbitris, & infra q. 22. num. 1. ver. 2. caſu.

Sed quando eſt appoſita loco particularis intereſſe, quod præſumitur quando totali intereſſe non æquiualet, & vtrunque petí poteſt, l. traiectitiæ. §. de illo. de actio. & obliga. Caſtren. per illum textum in d. l. cum proponas, num. 2. verſ. adde quartum caſum. C. de tranſact. Rom. d. conſil. 510. num. 19. verſic. aut loquimur Bart. in l. ita ſtipulatus. nume. 32. ff. de verborum oblig.

Quar-

Quarto caſu primæ diſtinctionis, quando promiſſor conuenit non facere, & eſt diſtinguendum; Nam aut inuenit commodum pecuniarium principaliter; vt quia conuenit non petere, & hanc pena uidetur ſuccedere loco intereſſe, & debet eſſe altero contentus, niſi quatenus pena excederet intereſſe dict. l. reſcripta, §. ſi pacto, ff. de pactis, quia illud vltra peti poteſt. d. §. ſi pacto Roma. d. conſi. 510. num. 19. uerſic. Aut apponitur loco intereſſe totalis, & hoc niſi pacto ſit ſolemniter facta cum clauſula rato manẽte pacto, vel cum iuramento; quia eſt eiuſdẽ natura quod d. clauſula; tunc enim utrũque peti poteſt, l. quo fidem, l. ff. de tranſact. l. cum proponas, C. eod. l. ſi quis Maior. vbi Bart. numer. 7. & 8. Roma d. conſi. 510. nume. 20. Ceph. conſi. 35. nu. 25. Aut non inuenit commodum pecuniarium; & tunc pena uidetur apponi ratione contumaciæ. dict. l. at vbi & arg. d. l. locum, §. condemnatio, C. de tabuli exiben. & le. 1. §. ſi cum duobus, C. de collat. bonor. facit contra tex. in leg. qui Romæ §. fin. C. de verborũ oblig. vbi uidetur quod petatur vtrumque, & tamen ibi uenit commodum pecuniarium; ſed ibi ita fuit actum quod vtrũque peti poſſit; vel fuit dictum rato manente pacto, vt notat Bart. in l. cũ proponas, num. 4. C. de tranſact. & in d. l. ſi quis maior, num. 7. & 8. vbi Bertazoli, num. 741. & ſequen. Cuma. conſil. 122. & conſil. 145. Aret. conſi. 67. & hæc omnia habent locum de iure Ciuili. De iure autẽ canonico ſi promiſſor non implet, quod cõuẽnit propter impotentiam regulariter non tenetur ad pœnã Eccleſiæ, nec Priuato de æquitate canonica, etiam ſi pœna eſſet appoſita loco contumaciæ, vel contemptus, c. ſuam de penis, cum ibi notatis per Innocentiũ, & Hoſtien. ſi autem non implet, quia non vult, licet implere bene poſſit tenetur. cap. dilecti de arbitr. ubi poſt alios Henricus Boich. nu. 6. & ſequen. & notatur in dict. cap. ſuam, & in cap. ſi Eccleſiæ 25. quæſt. 2. & 14. quæſt. 3. in princip. & in ca. fraternitatis, vbi plene per Archid. 12. qu. 2. & in terminis quod etiam de iure canonico poſſit peti vſque ad quadruplum. ſi eſt appoſita facto, non autẽ quantitati, probat Decian. per alia & ſupra citata iura in reſponſo. 79. per totum, lib. 3.

Sed quid in vltimis voluntatibus; & uide ſupra in quæſt. 4. in princip.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula rato manente pacto facit ut quis poſſit petere pœnam, & obſeruantiã contractus.*

2 *Beneficium dict. clauſula amittit, qui primo contrauenit.*

3 *Clauſula rato manente pacto; et omnes aliæ ſunt appoſita in fauorem obſeruantis.*

4 *Petens obſeruationem cõtractus cenſetur remittere contrauentionem.*

5 *Implementum qui primo agit, docere debet.*

Caput V. Quæſt. 20.

SI quando in ſtipulatione penali eſt appoſita clauſula rato manente pacto, & eſt ſtipulationi contrauentum, Vtrum ſit in arbitrio ſtipulatoris; qui non contrauenit reſcindere contracto; vel petere penam; ſiue agere ad vtrumque ad penam ſcilicet; & ad obſeruationem contractus? & pro affirmatiua quod omnia præfata agere ſit in arbitrio 1 ſtipulatoris propter contrauentionem promiſſoris, eſt text. vbi gloſſ. & Doct. in l. qui ſi dem. 16. ff. de tranſact. Socin. iun. in conſil. 23. num. 7. libr. 2. Alba. in conſ. 310. nu. 29.

2 Et ſi ſtipulator voluerit reſcindere contractum, & petere penam; non poteſt promiſſor, qui primo contrauenit excipere contra ſtipulatorem de non implemento; quia ex quo primo contrauenit, amitit beneficium clauſulæ rato manente pacto Bart. in l. quæro. §. inter locatorem, ff. locati Alba. conſil. 455. numero nono & conſil. 697. numero 1. facit gloſſ. in uerbo repelere. verſicul. Item quid ſi emphiteuta promiſit penam. in l. 2. C. de iure emphit. ubi Alberic. Cuma. in conſi. 122. & conſi. 145. Aret. in conſ. 67. Papien. in forma libelli Compromiſſi in uerbo pacti attendenti, num. 3. & num. 6. & in forma libelli; vt pacta ſeruentur in verbo tranſactiones, num. 8.

3 Iſta enim; & omnes aliæ clauſulæ cẽſeantur appoſitæ in fauorem partis obſeruantis; non contrafacientis Bart. in d. le. qui fidem, num. 10. ubi Alber. nume. 5. Bald. Angel. in princip. & cæteri omnes, ff. de tranſact. Ale. in l. ſemel. mora. nume. 6. ff. ſolut. matrim. & in conſi. 96. num. 21. lib. 6. Felyn. in c. intellecimus, nu. 3. de Iudic. Cygnis de penſio. q. 64. nu. 6. Barbat. conſi. 74. col. 2. li. 3. Gratus conſ. 66. num. 20. Rota diuerſorum in deciſ. 15. nu. 2. in deciſ. 209. nu. 2. & in deciſ. 212. in princ.

in princ. par. 1. Papienſis vbi ſupra. nu. 2.

Et poteſt etiam ad pęnam,& ad obſeruã tiam contra primo contrauenientem agere per non allegata iura,& per Alex. in l. cum 1 proponas la 2. nu. 6. & ibi etiam Alciat. nu. 37. C. de pactis hoc idem firmat Rota diuer. in deciſ. 184. nu. 3. par. 2. Roland. in conſ. 57 nu. 20. & ſequẽ. lib. 1. Crauett. conſ. 151. nu. 8. Mattheſ. ſing. 50. Butr. in c. ſi quam nu. 9. de pœnis. Socin. iun. in conſ. 23. nu. 7. lib. 2.

4 Verum hoc videtur mirabile Crauettæ in d. conſi. 151. nu. 8. Quia petendo; quod ſibi obſeruetur, contractus cenſetur quis remitte re contrauentionem; pro qua ad pęnam age re coniunctam non poteſt per allegata ibi per eum; & quia poteſt ei agenti opponi tu non obſeruaſti; quia ſemper poteſt opponi contra agentem Corn. in conſ. 279. nu. 1. lib. 3. Decius in conſ. 119. num. 1. Aret. in conſil. 151. nu. 10.

5 Nec conſideratur quis primo contrauenit ſed quis primo agit, qui de implemento ex parte ſua docere debet. Alex. in conſ. 49. nu. 4. lib. 2. Rol. coram Bubalo in Romana Aromatanæ 31. Maij 1585. & Bald. in c. 1. nu. 10. qualiter prima prop. pęnæ dicit Iſtam eſſe naturam pęnarum ſiue legalium, ſiue con uentionalium, quod niſi petens pęnam probet ex ſua parte debitum implementum con tractus a pęnæ petitione repellatur; quia liquida debet eſſe cauſa; vt pęna petatur. l. quero. §. inter locatorem. ff. locat. l. etſi non fuerit ff. de iureiur. l. 1. C. de hijs quæ pęnæ nomi. Sed Rota diuer. in deciſ. 184. nu. 3. ſupra citata ex Alex. & Alciat. ibi citatis firmat quod & ſi quis ſecundo loco contrauenit; poſſit tamen agere contra primum contrauenientem, vt ideo quis nam prius contrauenerit, non quis primo agit, cõſideretur.

Et in terminis l. ſi quis maior. ille cadit ab omni commodo contractus; qui primo contrauenit, Curtius iun. in conſil. 124. in fine Gratus in d. conſ. 66. nu. 24. lib. 1. Roland. d. conſi. 57. Verum cùm vtraq; pars contrauenit, omnes incidunt in pęnam, quæ mutua tollitur compenſatione, vt docuit poſt alios Henricus Boich. in c. conſtitutus de pęnis.

SVMMARIVM.

1 *Pœna ſæpius poteſt committi, & exigi iuxta diſtinctionem de qua ibi.*

2 *Clauſula toties quoties effectus.*

Caput V. Queſt. 21.

SI quis ſæpius venit contra tranſactionẽ pœna firmatam. Vtrũ pęna pluries peti poſſit, vt ſic ſtipulatio pęnalis ſæpius committatur? glo. in l. qui fidem. ff. de tranſact. 1 tenet quod non. Sed tu dic quod ſi ſtipulatio pęnalis committi debeat ad intereſſe; & ſic ad ſummam incertam, quod tunc pęna ſæpius poteſt cõmitti, & exigi. Si vero ſit adiecta ad certam pęnam; tunc eſt vera opinio 2 gl. in d. l. qui fidem. Niſi actum eſſet quod toties committeretur; quoties contrafieret l. ſi tuo. §. ſi. ff. de arbitr. l. ſi procurator. ff. de verbo. oblig. Bar. in d. l. qui fidẽ. in §. ſi. ff. de trãſacti. Albe. in l. reſcriptũ, §. ſi pacto, nu. 6. ff. de pactis Ceph. conſ. 35. nu. 26. Rota diuerſ. deciſi. 15. num. 3. & deciſi. 312. nume. 3. par. 1. Tiraquel. in l. boues. limit. 9. nume. 11. effectus enim iſtius clauſulę toties quoties & eſt vt ſæpius poſſit pęna committi, & exigi per non allegata iura. Sed difficultas eſt an in vim d. clauſulæ bis tãtum; vel pluries in infinitum poſſit committi,& peti,& pro nega tiua faciunt late deducti per Tiraquell. in l. Boues. §. hoc ſermone, ff. de verborũ ſignif. limitat. 26. nu. 4. & ſequen. vbi firmat, quod tantum bis, nõ autem pluries. committatur, & peti poſsit; & huius opinionis fuit etiam, Bald. magis in ſpecie in conſ. 112. Præmiſſo quodã decret. num. 3. vel ſi. ſed in dei nomine & c. lib. 3. ſed res non caret difficultate ut patet ex allegatis per Tiraquell. ubi ſupra, nu. 5. 6. & 7. & in limitat. 9. nume. 11. & per Rotam diuerſ. d. deciſ. 15. & 211. numer. 3. par. 1. & per tex. cum ibi notatis per gloſ. & Doctor. in l. nunquam plurà, ff. de priuatis delictis.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio pęnalis ſequens an & quando nouet ſtipulationem præcedentem.*

2 *Nouatio non inducitur niſi id expreſſe actum ſit.*

Caput V. Quæſt. 22.

VTrum ſequens ſtipulatio pęnalis nouet ſtipulationem præcedentem? Iſta eſt difficilis,& intricata quæſtio, vt colligitur 1 deductis per Cynum in l. ſi pacto quo pœnã in 3. quæſt. C. de pactis per Bart. in l. ita ſti- in 3.

pulatus, numer. 26. & 32. Imolam, num. 13. & ſequen. Alex. num. 43. Areti. num. 12. & Iaſ. nu. 19. & ſequen. ff. de verborum ſignif. vbi omnes difficilem; terribilem; & obſcurā appellāt propter uanitatē opinionū, & ideo Bart. ibi in d. nume. 32. dedit diſtinctionem; in qua quia ab omnibus allegatis ibi poſt eum partim reprobatur; & partim defenditur, videtur parū tutus, cū ſit multū cōtrouerſa. Nam Imola. Alc. Aret. & Iaſ. contra Bar. ibi multis inſurgunt mediis, ipſumq; ut plurimum indefenſum relinquunt. Ego & ſi diſtinctio Bart. uideatur ſatis æqua; & de iure ſubſtentabilis; nolo tamen inter tot & tantos Patres iudicium meum interponere niſi per ſimplicem adhæſionem ad Bart. qui ita diſtinguendum eſſe putauit.

Aut enim dixit ipſe ſumus in contractib. aut in vltimis voluntatibus, ſi in contractib. aut in ſtricti iuris; aut in bonæ fidei ſi in cōtractibus ſtricti iuris; & in eis iudicauit iterū eſſe diſtinguendum; Aut enim pęna apponitur loco intereſſe; Aut loco contemptus, ſi loco intereſſe; aut loco intereſſe particularis; aut loco intereſſe vniuerſalis, & totalis: ſi loco intereſſe particularis nōn nouat; & utrūque totum exigetur. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de vſur. Bart. in d. l. ita ſtipulatus, nume. 32. Imola. num. 13. Alexand. num. 43. Aret nu. 12. Iaſ. numer. 19. ff. de verborum oblig. & cæteri allegati ſupra in hoc cap. 5. quæſt. 19. ſub numer. 2. verſi. Sed quando eſt appoſita loco intereſſe particularis &c. Si eſt appoſita loco intereſſe vniuerſalis, & totalis, & eſt iterum diſtinguendum; Aut enim præcedit conuentio liberatoria, Aut obligatoria. Si liberatoria, & tunc ſtipulatio pęnalis ſequēs nō nouat præcedentē. le. reſcriptum. §. ſi pacto, ff. de pactis, l. qui Romæ. §. duo fratres, ff. de verb. obliga. Bart. in d. l. ita ſtipulatus, nu. 32. cum quo uideatur tranſire ibi Imola, numer. 13. Alex. num. 43. Aret. num. 12. Iaſ. num. 19. ff. de uerborum oblig. Caſtren. in l. cum proponas, num. 3. C. de tranſact. ſi præcedit conuentio obligatoria, & eſt utiq; diſtinguendum. Aut enim præcedit ex cauſa onerosa, aut ex cauſa lucratiua. Si ex cauſa onerosa non nouat. l. ſi quis a ſocio. & le. duo ſocietatem, ff. pro ſocio. le. prædia. ff. de act. empt. l. apud Celſum. §. Labeo. ff. de dol. except. & le. qui Romæ. §. flauius, & §. duo fratres. ff. de uerborum oblig. Bart. in d. l. ita ſtipulatos, numer. 32. ibi Imola, numero 13. Alexand. numer. 43. Aret. numer. 12. & Iaſ. numero dccimonono, ff. eod.

Si ex cauſa lucratiua, & eſt iterū diſtinguēdū, Aut enim utraq; diſpoſitio confertur in perſonam vnius, & tunc nouat ipſo iure d. l. ita ſtipulatus, & l. obligationum fere, §. fin. ff. de actio. & oblig. Bald. in conſi. 466. Factum tale, numer. 4. lib. 1. Aut confertur in perſonam diuerſorum, & tunc nouat op. exceptionis, l. 1. §. fin. ff. de ſtipul. ſeruorum. Bart. in d. l. ita ſtipulatus, numer. 32. uerſicu. aut pręcedit &c. Imol. Alexand. Aretin. & Iaſ. vbi ſupra.

Si ſumus in contractibus bonæ fidei, & tunc ſtipulatio pęnalis ſequens non nouat præcedentem, Bart. & cæteri omnes in d. le. ita ſtipulatus, ff. de verbor. oblig. Socin. iun. in conſi. 41. num. 31. lib. 3.

Si ſumus in vltimis voluntatibus res videtur clara quod nouat, l. 1. ff. pęna legat. cum alijs allegatis, p Iaſ. in d. l. ita ſtipulatus nu. 19. verſ. Aduerte quod in vltimis voluntatibus, ff. de verbor. oblig.

Secūdo vero caſu ſi ſtipulatio pęnalis eſt poſt præcedentem appoſita loco cōtemptus, & tunc præcedentem non nouat. l. ſi quis rē, ff. de arbitris quam Bart. in d. l. ita ſtipulatus nu. 32. cum allegatis ſupra in quæſt. 19. ſub nu. 2. verſ. Tertio caſu ibi. Secundo caſu &c.

Sed cum omnia præmiſſa adhuc remaneāt obſcura propter varietatem opinionū,
vt videre eſt apud præallegatos Doct. in d. l.
ita ſtipulatus. Videtur quod omnia vnica di
ſtinctione poſſint conciliari, & dignoſci an
per ſtipulationē pęnalem ſequentem ſit præ-
2 cedens nouata? Iure enim cautum eſt noua-
tionem non induci niſi de ea ſit expreſſe a-
ctum, l. fin. C. de notatio. §. præterea Inſtitut.
quib. mod. tollit. oblig. Bal. in l. reſcriptū. §. ſi
pacto. nu. 12. ff. de pactis Rota diuer. deciſio.
456. nu. 1. & 797. nu. 10. par. 2. Vt ideo pro
reſolutione præcedenti quæſtionis ſit ita di-
ſtinguendum; Aut enim in ſequenti ſtipula-
tione pęnali expræſſe actum eſt, vt per eam
nouetur pręcedēs; Aut non ſi eſt expræſſum,
& tunc eſt inducta nouatio ſi non eſt expreſ
ſum non eſt inducta. glo. in l. obligationum
fere. §. fin. ff. de act. & obligat. & in d. l. reſcri
ptum. §. ſi pacto, ff. de pactis, & in d. l. præda,
ff. de actio. empti. Iaſ. in d. l. ita ſtipulatus nu.
20. ff. de verbor. obligat. Et quoties eſt adie-
cta clauſula rato manente pacto, nouatio
non dicitur inducta. per allegata ſupra in
quæſ. 20.

Quando enim eſt inducta nouatio vnum

Digitized by Google

tantum exigitur; & quando non eſt inducta vtrumque exigi poteſt. Doctor. in dict. leg. ita ſtipulatus, cum alijs allegatis ſupra in quæſt. 14.

S V M M A R I V M.

1 *Prohibitus alienare, alienans partem non cadit a toto ſed a parte alienata. 6.*
2 *Pæna non debet excedere debictum. 16.*
3 *Alienans partem rei legatæ non reuocat totum legatum.*
4 *Vaſallus alienans partem feudi non cadit a toto.*
5 *Emphiteuta alienans partem rei emphiteuticæ non cadit a tota.*
7 *Euicta re vendita pro parte; emptor non agit de euictione niſi pro ea parte, declara vt ibi.*
8 *Vſufructuarius, qui male verſatur in vna re non cadit a beneficio totius vſusfructus.*
9 *Prohibitus alienare alienans partem cadit a toto.*
10 *Culpa commiſſa contra perſonam prohibentis facit cadere a toto beneficio.*
11 *Perſona non poteſt offendi in parte.*
12 *Rota Romana opinio.*
13 *Mitius proceditur cum lege.*
14 *Prohibitio Teſtatoris habetur pro lege.*
15 *Argumentum de lege ad teſtatorem valet.*
17 *Peccatum principale alienantis eſt circa rem.*
18 *Indignitas reſtringitur ad terminos contrauentionis.*
19 *Hæreditas poteſt eſſe diuiſa inter plures.*
20 *Hæreditatis appellatione venit & pars.*
21 *Res hæreditaria facit partem hæreditatis.*
22 *Hæreditas poſt aditam non dicitur hæreditas.*
23 *Alienatio alienare prohibiti præiudicat ſubſtitutis.*
24 *Alienatio alienare prohibiti non præiudicat ſubſtitutis.*

Caput V. Quæſtio 23.

VTrum pœna iniuncta alienanti; quod ſcilicet propter alienationem cadat ab hæreditate; quæ vadat ad Titium; vel ad aliquem locum pium, iſte prohibitus alienando præiudicet ſibi ſubſtitutis poſt mortem, vt admiſſo uocato in caſu alienationis non poſſint ab eo hæreditatem auocare; & quidē quod iſte talis alienare prohibitus ſibi præiudicet; & quod in eius pęnam hæreditas, ipſo viuente vadat ad Titium; uel locum piū, non eſt qui dubitet; ſed huius dubii occaſione contingit Primū dubitare an propter alienationem partis cadat a tota hæreditate; vel tantum a parte alienata. Deinde an præiudicet ſubſtitutis poſt eius mortem, quando in caſu alienationis eſt vocatus alius; de quo ſupra. Et quoad primum dubium; quod cadat ſolum a parte, ſuadetur regula, quæ ha-
1 bet; quod vbi peccatur; ſeu delinquitur circa rem eatenus pęna incurritur; quatenus in ea re peccatum fuit. l. Paulus, & l. beneficio vbi Bart. & alii. ff. ad l. Falcid. Aretin. conſil. 14. col. 3. in fine Ang. in l. 1. §. ſi duo, ff. quorum legator. hoc idem firmant Alciat. in cōſil. 556. & Decius in conſi. 156. num. 5. dum ibi concludunt, quod quis per contrauentionem in parte non cadit a toto.

2 Et pro iſta opinione facit quod vulgo dicitur, quod in poenis legalibus pęna non debet excedere delictum, l. hæres qui tacitam, & l. reſcriptum. ff. de his quibus vt indign. Doct. in c. de eo, qui ſibi & hæred. ſuis. Aret. d. conſ. 14. vt ſicut alienatio, quæ hic eſt delictum, fuit facta in parte; ita & in illa parte ſit poena caducitatis non in toto.

3 Quod, & comprobatur exemplo alienationis rei legatæ factæ per legantem, per quā in parte factam non cenſetur reuocatum totum legatū, ſed ſolum pars alienata. §. ſi rē ſuam, in fine Inſti. de legatis. Iaſ. in l. qui poſt in fine. C. de legatis. Vigel. lib. 32. ff. c. 8. cauſa 5. except. 4.

Et ſicut per diuiſionem cum facultate alienandi inter fideicommiſſarios factam non dicitur renūciatum fideicommiſſo, niſi quoad partem poſtea alienatam, Alba conſ. 29. nu. 16. quod nō placet Paulo de Caſtro in l. cū pater, §. libertis nu. 3. ff. de legat. 2. ita & per alienationem partis non cadit quis a toto, ſed a parte vt videmus quod interrogatus an poſſideat Prędium, ſi in parte eſt mentitus amittit ſolum poſſeſſionem illius partis, in qua eſt mentitus, Bald. in l. cogi in fine. C. de petit. hæredit.

4 Et ſicut per alienationem partis feudi Vaſallus nō priuatur toto feudo. c. 1. de Vaſal. qui contra conſtit. Loth. feud. alien. vbi glo. & communiter omnes. Corne. in conſil. 67. nu. 8. lib. 2. Curt. iun. de feudo in quarta par. num. 153. verſ. prima fuit opinio Riminald. conſ. 95. nu. 43. lib. 1. conſ. 429. num. 12. lib. 3. Grammat. deciſ. 49. nu. 2. Dec. conſi. 667. nu. 6. Clarus in §. feudum, quæſt. 31. verſic.

Sed

Sed ponc &c.Caſtren.in conſi.317.in princ.
par.2.quod & placuit.Bald.in conſi.341.nu
mer.2.lib.2.Grammat.deciſi.30.num.11.
5 Et per alienationem partis rei emphiteu-
ticæ,ſeu alicuius ex pluribus ſub vna penſio
ne ſimul,& ſemel conceſſis non cadit a tota
nec ab omnibus,vt late probat Pariſ. in cõſ.
6.col.fi.li.4.Clarus.in §.emphiteuſis, q.13.
verſ.non omittam.Roland.conſ.17. per to-
tam,li.2.Corbul.de cauſis ex quib.emphit.
cadit.cauſa. 14.per totam,& probat Affli.in
c.1.§.ſed quia.nu.9.& 43.quæ ſit prima ca-
ſus benef.amittẽdi Riminald.conſ.429.col.
penul.lib.3.Cuma.quem refert,& ſequitur
Ale.in conſ.99.nu.28.lib.5.Iaſ.in l.ſi prius
ſub n.31.ff.de ope.no.nũc.Ita & prohibitus
6 alienare alienans partẽ cadit ſolum a parte
alienata;& illam amittit,vt in ſpecie poſt ſu
pra citatos Burſattus in conſ.12. nume.38.
7 Et ſicuti etiã in materia euictionis repro-
parte euicta emptor non agit de euictione ꝓ
tota re;ſed pro parte euicta, niſi aliud fuerit
conuentũ.Bar.& Doct.in l.1.nu.2.ff.de eui
ctio.& in l.ſi mancipium,§.1.l.ſi fundo tra-
dito.53.vbi gl.& l.qui fundum,ff.eod.Ioan.
And.in addit.ad Specul.de empt.& uendi.
§.1.nu.8.litera,l.ver.quia iſte,§.in fi.Aret.
conſ.129.nu.1.Bald.de iure patronat. nu.
21.& niſi aliter quam in totum emiſſet l.cũ
plures,ff.de euictio.l.ſi duo.ff.de contrahen.
empt.vbi gl.& Alberic.Tiraq.de retract.li-
gnag.§.23.gl.1.per totũ.Surdus.deciſ.295.
nu.16.& ſequen.& ſicut vſufructuarius qui
male verſatur in vna re nõ cadit a beneficio
8 totius vſusfructus Ruyn.in conſ.47.nu.12.
lib.2.Cephal.conſ.139.nu.3.Ita & prohibi
tus alienare alienans partem non cadit a to
to ſed a parte alienata Burſat. vbi C.Ruyn.
conſi.119.nu.11.in fine & ſequen.lib.2.
Sed non deſunt,qui contrariam ſententiã
ſequantur,quod ſcilicet prohibitus alienare
alienans partem cadat a toto, vt in ſpecie ꝓ
9 text.in l.cum pater.§.libertis,ff.de legat.2.
probat Alciat.in conſi.304.& in conſil.556.
nu.3.Iaſ.in l.ait prætor,ff.de iureiur. Ruyn.
in conſi.119.nu.12.li.2.Angel.in conſ.168.
nu.2.Anchar.moder.in q.73.in fine.par.1.
Anguſſo.in conſi.36.lib.6.Ceph.conſ.139.
col.1.Dec.in c.de maioribus,nu.5.de appel
lat.cum allegati ſupra in quæſt.10.in prin.
10 Quando enim culpa committitur contra
perſonam,quæ beneficium contulit;ſeu con
tra eius diſpoſitionem priuatur toto eius be-
neficio,per allegata in d.quæſt.10.& perſo-

11 na non poteſt offendi in parte quin offenda-
tur in toto.l.vulgaris,ff.de furtis Bald.in ca.
1.col.2.uerſi.quæro.de alienat.feudi vbi ci-
tat tex.in l.quidam in iure in fine & ibi Bar.
ff.de donat.Roland.in conſi.17.nu.12.in fi.
lib.2.quod & multis ſimilibus ſubſtinetur,
vt uidere eſt apud Petram de fideicommiſ.
quæſt.10.nu.58.& ſequen.vbi hanc tenet.
Sed Rota Romana admittendo diſtinctio
nem an ſcilicet pęna ſit concepta in perſonã
vel ſit concepta in rem,de qua ſupra in qu.
2.amplexa eſt primam ſentẽtiam tamquam
12 ęquiorem in Romana fideicommiſſi de Iaco
bus die 20.Iunij 1601.coram Rigid.Ludo
uitio,pro qua adducit Iaſ.in d.l.ait prætor,
nu.5.& ſequen.ff.de iureiuran.Ruy.d.conſ.
119.nu.12.lib.2.Ferdin.Fores,in l.filius,§.
Diui.nu.192.ff.de legat.1.vbi Socin.iun.nu
me.220.Menochium in conſ.164.nu.22.&
dicit alias ita fuiſſe reſolutum in Peruſina hę
reditatis 16.Nouẽbr.1584.coram.Do.Ora
no.in qua fuit reſponſum in ſpecie rationib.
Angeli tenentis contrarium in d.cõſ.168.&
in alia Romana de Theodolis 10.Ianuarij,
1597.coram Rigid.Litta.& id ſupra relatis
exemplis Vaſalli,& emphiteutæ alienantis
partem feudi,vel rei emphiteuticæ.Nec ob-
ſtare dixerunt quod cum Croto in d.§.Diui
dicatur,quod Vaſallus,& emphiteuta prohi
beantur alienari a lege,cum qua mitius pro
ceditur,quã cũ homine l.Celſus in prin.ff.de
13 arbitris,l.quicumq; C.de ſeruis fugit.l.ſi li-
bertus,ff.de iurepatr.Quia immo idem dicẽ
dum eſt de prohibitione teſtatoris,quod dici
tur de prohibitione legis,cũ & ipſa teſtato-
14 ris prohibitio habeatur pro lege, vt probat
Soc.in d.l.§.Diui in fine,& valet arg.de le-
15 ge ad teſtatorẽ,& e contra de teſtatore ad le
gẽ,quia a iure æquiparantur,ut per tex.not.
in l.51.ita fuerit,§.fi.ver.conditionẽ ait ubi
Vlpianus ſic arguit, & ibi hoc notant Bart.
Alberic.& Benedic.de plõbino,ff.de manu-
mis.teſt.Ita etiã arguit Marcellus,in l.ſi quis
legauerit Titio,ff.de legat.1.& hoc argumẽ-
to utitur et Iuſtinianus in l.cum quidã uerſi.
quemadmodum,C.de verborum ſignif.Bal.
in l.maximum uitium in princ.C.de liber.
præter.& in conſi.2.lib.1.Iaſ.in authen.res
quæ.in 5.notab.circa finem, C.commu.de
legat.Reperitur enim ſanctio legis,l.ſanctio
ff.de pęnis,& ſanctio Teſtatoris,l.filium.C.
famil.erciſcun.& æquiparantur.§.diſpo-
nat authen.de nuptiis.Cyn.poſt Petrum in
l.2.C.quæ ſit longa conſuetudo;quod com-

probatur multis, exemplis validis authori-
tatibus comprobatis per Euerardum in ſua
centuria in loco a lege ad teſtatorem, & in
loco ab vltima voluntate ad legem ſtatutũ;
vel conſuetudinem, & ſignanter exemplo
caſui noſtro accommodato prohibitionis ſci
licet alienationis factæ a lege, quod ſicuti
iſta impedit translationem dominii, §. 1. In
ſtit. quibus licet alien. vel non. Ita & illa Te-
ſtatoris, d. l. filiusfamilias. §. diui. ff. de legat.
1. l. cum pater. §. libertis, & l. peto §. fin. ff. de
legat. 1. & l. pater filium, §. 15. ff. de legat. 3.
maxime quando adeſt eadem ratio, ut in
ſpecie plene deducit Socinus ibi in d. l. §. Di
ui, & quod idem debet eſſe in prohibitione
teſtatoris; quod in prohibitione legis, ut pro
hibitus alienare cadat a parte alienata nõ a
toto facit ſupra firmata regula quod pro de
licto circa rem commiſſo eatenus perditur
16 res, quatenus in ea peccatur d. le. Paulus, eſt
Beneficio ubi Bar. ff. ad l. Falc. & d. l. reſcript.
ff. de his quib. vt indig. Are. conſ. 54. nu. 5.

Nec obſtat quod alienando cõtra prohibi
tionẽ Teſtatoris, dicatur peccare in eius per-
17 ſonam ex Roland. in d. conſi. 17. nu. 12. lib.
2. & aliis ſupra citatis: quia immò principa
le peccatum eſt circa rem, vt dicit Aretin. in
dict. conſi. 54.

Nihil etiã facit; quod contraueniens volũ
18 tati Teſtatoris efficitur indignus illius ſuc-
ceſſione; quia indignitas reſtringitur ad ter-
minos contrauentionis, vt cenſeatur quis in
dignus ſuccedere in illa parte, in qua alienã
do cõtrauenit. d. l. reſcriptum & l. hæres qui
tacitam, ff. de his quibus vt indig.

Nec eſt habenda ratio eius quod pro in-
conueniente conſideratur; nempe quod ſe-
queretur diuiſio bonorum hæreditariorum,
& res non alienatæ eſſent penes prohibitum
& alienatæ penes ſubſtitutum; quia non in-
19 cõuenit quod hæreditas ſit diuiſa inter plu-
res quomodocumque vocatos, præſertim
concurrẽte voluntate teſtatoris; quæ ſola at
tenditur, l. ex facto, ff. de hæred. inſtitu. l. in
conditionibus, ff. de condit. & demonſt. Nec
minus obſtat quod teſtator in caſu alienatio
nis bonorum priuet bonis, & hæreditate.

20 Quia appellatione hæreditatis venit etiã
pars gloſ. in l. Lucius Titius in verbo hæredi
21 tatis. ff. de legat. 1. Et res ipſa hæreditaria fa-
cit partem hæreditatis, Bart. in l. ſeruum, §.
fin. in princ. ff. de legat. 2 Præſertim poſt adi-
tam hereditatem, quo caſu non eſt amplius
22 hæreditas, ſed dicuntur bona. l. ſed etſi plu-
res, §. ſi ſolus, ff. de vulg. & pupill. & notatur
in l. 1. §. veteres, ff. de acquiren. poſſeſſ. Præ-
miſſa tamen non procedunt in prohibito ali
quo modo moleſtare; quia moleſtando in
parte cadit a toto; Barto. in l. ſticchum. qui
meus, ff. de legat. Ruyn. conſ. 48. nu. 11. lib.
2. Surdus deciſ. 194. nu. 15. & in trac. de ali-
mentis, tit. 9. quæſt. 26. nu. 35. vbi addit Ri-
minal. in conſ. 330. nu. 3.

Quoad ſecundum dubium an ſcilicet alie
natio, & contrauentio prohibiti; quando in
caſu alienationis, & contrauentionis eſt vo-
catus alius, præiudicet ſubſtitutis poſt mor-
tem ipſius alienantis, vel contrauenientis, vt
amplius non admittantur poſt mortem gra-
uati admiſſis vocatis in vita propter aliena-
tionem: vel contrauentionem? Et ſunt con-
23 trariæ opiniones; Nam quod præiudicet ad
miſſo vocato in caſu alienationis, vel con-
trauentionis, vt poſtea ſecuta morte grauati
non admittantur ſubſtituti; quia excluſi per
admiſſionem vocati in illis caſibus, facit tex.
in l. cum ex filio. §. 1. ff. de vulg. & pupill. &
ita in ſpecie voluit Caſtren. in conſ. 77. Viſis,
col. 3. verſ. concludo ergo. lib. 1. & in conſil.
302. eod. lib. Ruy. in conſ. 109. nu. 17. & 18.
lib. 2. & conſ. 116. col. 7. verſ. Nec etiam. eod.
lib. Vbi dicit quod ſpecialis prouiſio in caſu
alienationis derogat fideicommiſſo generali
poſt mortem iuxta notata per Bart. in l. quæ-
ſitum. §. ſi quis fundum, ff. de fundo Inſtruc.
ſequitur Panciroluſ in conſ. 188. nu. 13. Hoc
idem ſentit Abba. in conſ. 57. nu. 18. & 19. &
20. & Ruy. in d. conſ. 109. num. 20. lib. 2. vo
luit idem procedere in alienatione neceſſa-
ria ex parte prohibita & propterea irretra-
ctabilis in eius vita per tex. in l. peto. §. præ-
dium. ff. de legat. 2. & ſubſtitutus in caſu alie
nationis præfertur ſubſtituto in caſum mor-
tis, quia generi per ſpeciem derogatur. l. vxo
rem, §. feliciſſimo, ff. de legat. 3. l. Serius Vrba
nis, §. una. ff. eod. Bart. in l. ſed & poſteriores,
ff. de legib. & in l. ſciendum, ff. qui ſatiſd. co-
gan. l. in toto iure, ff. de reg. iuris, vbi Dec.
& Cagno. alios citat Surdus in deciſ. 255.
nu. 21. & ſequen.

24 Contra vero quod non præiudicet; quin
ſubſtituti poſt mortẽ poſſint auocare ab eo;
in pœnam alienantis, vel cõtrafacientis vo
catus, & admiſſus fuerat probat utiq; idem
Ruy. in conſi. 122. nu. 5. lib. 2. qui loquitur
in caſu ubi Teſtator conſtituerat ſimplex fi-
deicommiſſum fauore deſcendentium, &
prohibuerat bona alienari ſub pœna priua-
tionis,

Digitized by Google

tionis, ſuę hæreditatis; quã ex tunc deuenire voluit in Domũ Sãcti Antonii. Decidit enĩ ipſe ibi, quod ſequta alienatione; & translata hæreditate in Domum Sancti Antonii, & demũ ſequuta morte hæredis grauati hæreditas deſcendentibus ſubſtitutis eſt reſtituẽda, quia illa translatio in Domum Santi Antonij cenſetur facta cum onere fideicommiſſi per text. in l. ſtatuis, §. Cornelio, ff. de iure fiſci cum allegatis ſupra in ca. 1. huius 2. partis, quæſt. 104. per totam. Ita vt pęna irrogata hæredi non debeat eſſe cum iniuria alterius, l. pater famil. ff. de hæred. inſtit. cum alijs allegatis ſupra in hoc cap. 5. quæſt. 2. numer. 1. & ſequen. & quia non debet eſſe in poteſtate hæredis deludere fideicommiſſariam ſubſtitutionem alienando contra prohibitionem, & transferendo in Domum Sãcti Antonij, l. ſi ita quis, §. is cui ff. de lega. 2. Quod idem per has, & alias rationes firmauit Pariſ. in conſil. 70. libr. 3. Vbi conſiderat: quod hoc modo utrumque fideicommiſſũ habebit ſuum effectum, Primum ſcilicet in caſu alienationis in vita prohibiti, ſecundũ in caſum mortis, vt hærede mortuo res tranſeat ad ſubſtitutos poſt mortem hæredis. Et hæc opinio videtur verior, quia ablatio rei alienatæ, vel hæreditatis ob contrauentionem hæredis alienantis eſt proprie pęna ipſius hæredis, quæ habet locum in eius uita. Nam ſi vlterius proferretur poſt eius mortẽ non eſſet pęna hęredis, ſed ſubſtituti, & ideo ablatio debet reſtringi ad ſuam cauſam, & ad perſonam delinquentis, iuxta deducta ſupra, in d. quæſt. 2. per totam. Et prouiſio in caſu alienationis videretur facta ad correctionem fideicommiſſi poſt mortem, quod non eſt veriſimile, l. non ad ea, ff. de condit. & demo. quia voluntas non creditur mutata l. cum qui. ff. de probat. Et eſt facienda interpretatio per quam Teſtamenti ſcriptura, ac voluntas in eo deſcripta reducatur ad cõcordiam, & maneat cum effectu operatiuo in utraque ſui parte, capit. cum expediat de elect. in 6. l. 1. C. de inoff. donat. l. ſi quando, ff. de legat. 1. Ceph. in conſ. 282. l. quoties. ff. de reli. dubijs, & l. quoties. ff. de verbor. obligat. Crauetta in conſ. 284. nu. 5. Rota diuer. deciſ. 125. nu. 5. par. 1. deciſ. 373. nu. 2. part. 2. deciſ. 100. nu. 3. par. 2. deciſ. 44. nu. 6. part. 1. & pro hac ſecunda opinione faciunt dicta pro Molinam de Hiſpanorum Primogenijs lib. 1. tit. 9. nu. 25. & ſequen. & nu. 18.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna legalis in conuentione deducta an procedat a pari cum conuentionali.*

2 *Prouiſio hominis conformis prouiſione legis non facit ipſius legis prouiſionem ceſſare.*

3 *Prouiſio hominis diuerſa prouiſione legis facit ipſius legis prouiſionem ceſſare.*

4 *Pater dando filio tanquam Prodigo Adminiſtratore probat filium eſſe talem; & debet ita re filius ſub Adminiſtratore.*

Caput V. Quæſt. 24.

POena conuentionalis ſecundum opinionem, quam amplectitur Rota eatenus debetur, quatenus intereſſe concurrat Rota diuer. deciſ. 371. nu. 3. par. 1. & iſte eſt etiam ſtylus ſacri Conſilij Neapolitani teſte Afflicto in deciſ. 135. nu. 4. pro quibus faciunt allegata per Decianum conſ. 79. lib. 3. Menoch. de Arbitr. caſu. 260. nu. 18. & ſequen. Pariſ. in conſ. 34. nu. 36. & ſequen. lib. 1. Papazzo. in addit. ad deciſ. 34. de reſcriptis ſub nu. 3. & 4. Huius dicti occaſione quærendum eſſe duxi
1 an idem ſit de pœna legali in conuẽtionem deducta, an ſcilicet & ipſa eatenus debeatur, quatenus cum intereſſe cõcurrat? & eſt diſtinguendum. Aut enim conuentio pœnalis ſint intra terminos pęnę legalis:
2 Aut illos excedit. Primo caſu quia eſt ſolum legalis pęna in conuentionem deducta, & illius terminos non excedit, debetur abſq; eo quod concurrat cum intereſſe: Hoc enim caſu prouiſio hominis ſecundum legem non facit ipſius legis prouiſionem ceſſare l. ſi ita 6. cum l. ſequen. ff. de nouat. l. qui mutuam in princ. ff. mand. Salyzet. in l. fin. C. de pactis conuen. nu. 2. Roma. in conſ. 121. ſub. nu. 1. verſ. Nec huic ſententiæ per text. in d. l. qui mutuam ſequitur Claud. in l. ſi cum dotem. ſub nu. 1. vbi dicit id fuiſſe de mente Petri Alberi. Chriſtoph. de Caſtellio. & Cuma. ibi ff. ſoluto matrimo. hos ſequitur Gabr. lib. 6. de reg. iur. concluſ. 8. nu. 9. & Rota diuer. deciſ. 49. nu. 47. par. 2. & deciſ. 366. nu. 44. par.
3 2. Et ideo videmus, quod pœna legalis in cõuentionem deducta adhuc dicitur legalis: non autem conuentionalis, Rota diuer. in deciſ. 279. in princ. part. 2. & ita arguebam in 4
Romana Adminiſtrationis Bonorum pro Sanctiſſimo Saluatore, dum dicebam pęnã priuationis adminiſtrationis indictam per

Patrem

4 Patrem filio tamquam prodigo, ſeu diſſipatori, & a filio in Inſtrumento accepta. tam eſſe legalem non autem conuentionalẽ quia cuicumque diſſipatori, ſeu Prodigo eſt de iure interdicta adminiſtratio, l. 1. & toto ſit, ff. & C. de Curator. furioſ. quæ poteſt interdici Imperio Magiſtratus, d. l. 1. & toto ſit. ff. & C. eod. & prouiſione Paterna l. ſi furioſo. vbi gloſſ. omnes, ff. de Curat. furioſ. & l. cum furioſo. 7. §. & ſiquidem parẽs. C. eo. & ubi Pater dat filio tamquam diſſipatori in ſuo teſtamento adminiſtratorem, neceſſe habet Prętor datum adminiſtratorem confirmare, quia in hoc tanta eſt authoritas teſtimonii paterni, vt non valeat Prætor contra iudicare, aliùs præſumeretur eodem uitio prodigalitatis corruptus dict. l. ſi furioſo. vbi gloſſ. in verbo omni modo & in uerbo vitium. Alberic. Bald. & cęteri omnes, dict. l. cum furioſo. §. & ſiquidẽ parens. C. de Curat. furioſ. dan. Alciat. in reg. 1. pręſumpt. 15. de præſumptionibus. An autem hoc debeat intelligi reſpectu bonorum a Patre relictum tantum, vel etenim aliorum vndecumque quęſitorum, & Rota tenuit in illa cauſa contra Saluatorem, quod debeat procedere ſerpent. bonorum a Patre relictorum per authoritatẽ Melchior. Palaezz. de Primogen. illatione. 6. non autem aliorum bonorum; & ſic eumdem hominem ratione bonorum prodigio, & mente compotem conſtituit reſpectiuè; quod mihi numquam placuit; quia tex. prodigo dat omnium ſuorum bonorum adminiſtratorem ſine diſtinctione, l. 1. C. curat. furioſ. dan. & l. 1. C. eo. & ibi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. l. de poſcio. ff. de publ. l. generaliter. ff. de legat. pręſta. Immo & Prodigo a Patre exhæredato eſt confirmãdis adminiſtrator duas ab ipſo Parẽte in ſuo Teſtamento vt eſt de hoc tex. in l. cum furioſus, §. eſt quidem parens ibi inſtitutis, vel exhęredatis. C. de Curat. furoſ. dari & Curator datus a Patre filio exhæredato adhoc vt habeat quid curet, debeat bona propria ipſius filij adminiſtrare; vt imaginaria ſit illa diſtinctio Melchioris Palaezz. ſupra relata, & a Rotá in illa cauſa contra Sãctiſſimum Saluatorem ſequuta; a qua deo dante ſperamus eſſe recedendum.

5 Secundo caſu ſi vltra legalem pœnã aliquid adijciatur; & id vltra erit pœna conuẽtionalis, quia ex partium conuentione proficiſcitur. §. conuentionales Inſt. de prætor. ſtipulat. Iaſ. in conſ. 9. nu. 14. lib. 1. Cagnol. in l. ſi quis maior. nu. 138. verſi. ſed dicitur. C. de tranſact. Vbi Bologn. nu. 95. Menoch. de Arbitr. caſu 260. in princ. Rota diuer. in deciſ. 279. in princ. par. 2. & in eo quod excedit eatenus debebitur, quatenus cum intereſſe concurrat: quia in illo exceſſu dicitur conuentionalis, Rota in d. deciſ. 279. in prim. par. 2. & hoc caſu prouiſio hominis excedẽs prouiſionem legis facit ipſius legis prouiſionem ceſſare in illo exceſſo l. fin. C. de pactis conuent. vbi Doctor. late Neguſ. de Pignoril. in 4. mem. 2. par. nu. 83. & ſequen. Gabr. lib. 6. de reg. iuris concluſ. 8. in princ. Berol. conſ. 23. nu. 23. lib. 2. Surdus deciſ. 7. ſub nu 29. in fine. & nu. 30. & ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Pœna appoſita in contractu nullo non ſubſiſtit.* 3.

2 *Contractu annullato anullatur omne pactum in eo appoſitum.*

Caput V. Quæſt. 25.

1 VTrum pœna appoſita in contractu nullo ſubſiſtat? Et non ſubſiſtere probatur, quia eſt acceſſoria ad contractum; & ſi non valet contractus, nec etiam valet pęna ad contractum acceſſoria l. non dubium vbi Iaſ. C. de legibus; l. cum principalis, vbi Docto ff. de reg. iur. & l. in omnibus, ff. de ſolut.

2 Et quando contractus principalis, & Inſtrumentum de eo confectum eſt nullum, tunc omnis obligatio, & omne pactum in eo appoſitum vtiq; redditur nullum Bald. in l. ex teſtamento. C. de fideicommiſ. & in c. 2. in vlt. col. poſt medium de feudo dato in vim; l. cum ſequitur Alex. in l. 1. §. ſi vir vxori col. 3. & in l. quod meo in prin. ff. de acquir. poſſeſ. & in conſ. 81. lecto & diſcuſſo col. 7. in fine lib. 3. Roma. in conſ. 171. & in conſ. 245. Tiraquell. de conſtit. poſſeſ. par. 3. limit. 7. nu. 28. & ſequẽ. alios citat. late Iaſ. in cõſ. 133. nu. 20. per totum lib. 4. adducit multa; & pulchra exempla. faciunt allegata infra c. 6. quæſt. 5. nu. 2. & 6.

3 Et in ſpecie; quod anullato contractu pęna in eo appoſita non ſubſiſtat: eſt tex. in l. 1. ff. de hijs quæ pęnæ nomi. & in l. 1. C. eod. & in §. fin. Inſtit. de legat. vbi Doct. & videtur tex. In l. 2. ff. ſi quis cautionib. glo. in l. ſi patronus, §. patroꝗum, ff. ſi quid in fraudem patroni. Alex. in conſ. 32. nu. 1. & 6. lib. 2. Caſtrenſ.

ſtrenſ.

ſtrenſ. in conſ. 77. nu. 1. lib. 1. gloſ. in c. Raynaldus in verbo adijciẽs de Teſtam. vbi Didac. §. 1. nu. 7. Socin. in conſ. 18. nu. 1. lib. 1. Ruy. conſ. 95. nu. 15. lib. 2. Alba. in conſ. 41. nu. 6. Ceph. conſ. 226. nu. 17. Surdus in deciſ. 7. in princ. alios citat & allegati infra ca. 6. q. 5. nu. 2. & 6. facit & notabile dictũ Bal. in ca. 1. ſub nu. 10. Qualiter Domi. propr. feud. priuetur. dum dicit quod ſi non cõſtat de principali; non poteſt conſtare nec de pœnali; & vbi alicui diſpoſitioni impoſſibili appoſitur pœna poſſibilis, ex quo conditio nõ valet, non valebit nec pœna; arg. l. ſi homo mortuus. ff. de verb. obliga. quo vtitur Rota in antiquis deciſ. 10. alias 868. nu. 2. & 3. de Teſtamentis facit Henric. Boich. in c. Nonne bene nu. 28. de præſumptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia declaratoria contrauentionis non eſt neceſſaria ad effectum pœnæ. 3.*
2 *Sententia declaratoria contrauentionis ad effectum incurſus pœnæ eſt neceſſaria.*

Caput V. Quæſt. 26.

VTrum ſit neceſſaria declaratoria cõtrauentionis, vt pęnæ impoſitæ ſit locus?
& quidem ſine dubio dicendũm eſt, quod
ſic; nam quis propter contrauentionem pęnam appoſitam incurrit; ideo eſt contrauentio per allegantem probanda, l. qui accuſare. C. de ęđendo cum ſimilibus; & conſtito
de contrauẽtione declaratur, quem propter
1 ipſam incidiſſe in pœnam, Doct. in l. ſi quis
maior. C. de tranſact. Niſi forte in appoſitione pœnæ ſi aliquid contrafactum ſit, apponatur clauſula ipſo iure; quia tunc per ſimplicem contrauentionem ſine aliqua Iudicis ſententia declaratoria contrauentionis eſt contraueniens pęnam incurſus; & contra eum ad executionem pœnæ proceditur, vt voluit Gemi. in c. vbi periculum §. præterea in pen. not. de elect. in 6. & in conſ. 136. col. vlt. Io. And. in c. commiſſa de elect. in 6. Iaſ. in conſ. 21. col. 3. ver. ad hoc reſpõdetur li. 3. Hoſtien. Butr. & Imola. in cap. potuit. de locato Bald. in addit. ad ſpecul. eod. tit. col. 7. & in authẽn. qui rem. col. 3. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in conſi. 301. lib. 1. Barbat. conſil. 51. col. 6. verſ. capio nũc quartum, lib. 1. Decius conſi. 146. col. 4. verſi. non obſtant allegata. gloſſ. in l. in amiſſione, §. qui deficiunt, ff. de capit. demiſ. ubi Bald. Ange. conſi. 58. glo. in clemen. multorum, ad finem de pœnis, vbi Imo. Card. & Flor. Bald. in leg. Alber. cente. C. in quibus caſu in integr. reſtit. non eſt neceſſ. & in l. 1. col. 1. C. de ſecun. nuptiis. Bart. in l. 1. col. 2. ff. de his qui nota infam. Abb. in cap. 2. nu. 3. notab. de feud. Bal. in d. conſi. 301. per l. quæ ſub conditione, §. vltim. ff. de condit. inſtitut. & l. de pupillo, §. habet autẽ, ff. de noui oper. nunc. Anchar. conſil. 97. col. 1. verſicu. ſecundo probatur. Verum ſunt &
2 alij numero, & authoritate maiores, qui uolunt quod licet nõ requiratur ſententia, quæ eam pęnam irroget, requiritur tamen, quod declaretur cõtrauentio commiſſio, ſeu omiſſio, ex quibus pœna eſt ipſo iure impoſita, p tex. in l. eius qui delatorem, & ibi Bart. ff. de iure fiſci, & in cap. cum ſecundum, §. confiſcationis & ibi Ioan. And. & alij, de hæret. in 6. Archid. Ioan. And. Anchar. Philip. Franc. in cap. Felicis, §. nullus, de pęnis in 6. Doct. omnes, in cap. 1. de homic. in §. Paul. de Leã Zenzel. & alij in Clementina. 1. & ibi Card. in 14. not. de pœnis Alberic. in l. lex vectigali, ff. de pigno. Bald. in conſi. 164. col. 1. lib. 1. & in conſil. 126. eodem lib. 1. Ang. in conſil. 255. col. ultim. Anch. in cap. cupientes, §. quod ſuper. col. ult. de elect. & in conſi. 123. & in conſi. 189. Gemin. ſibi contrarius conſil. 42. Alexandr. qui multos citat in l. ſi quis maior col. penult. verſi. in ea, C. de tranſact. Fely. in cap. Rodulphus, col. 24. uerſ. ſed declaratoria, de reſcriptis, & in cap. cum ab homine, col. 4. uerſicu. vtrum autem data, de re iud. & in cap. 2. deſponſ. Dec. in auth. Caſſa. col. 3. C. de ſacroſanct. eccl. Mar. conſil. 10. li. 1. Hoc idem uoluerunt Oldrad. conſi. 271. Gulicl. a Monte. in extrauagan. ſuſcepti regiminis in verbo ipſo iure. Ne ſede vacan. And. Iſer. in cap. 1. quo temp. mil. & in cap. 1. de feud. ſine col. non amitten. & in cap. 1. quæ ſint reg. Bart. in l. ultim. §. quod ſi actor. C. de iuran. calu. Ang. conſil. 36. Bald. conſil. 301. li. 1. Pau. de Leaz. Zenze. & Flor. in Clemen. 1. 14. nota. de pœnis. Panor. conſil. 3. in 8. quæſt. libro ſecundo, Romã conſil. 94. & conſil. 111. colum. 2. Belame. conſilio nono, Aret. in l. 1. circa medium. C. ne liceat potẽt. & in c. ſi diligenti col. 4. de foro compe. Cur. ſen. conſ. 30. in fine. & conſ. 60. col. 7. Barba. c. 2. col. 3. de feud. & conſ. 51. col. 16. lib. 1. Soci. Sen. conſ. 12. col. 2. & conſ. 151. lib. 1. Alex. conſ. 103. col. vlt. lib. 2. & conſ. 124. co. lib. 1. Papien. in forma libelli in caſu ſpo-

lij in

Digitized by Google

Odofredus Cyn. Bartol. & cæteri omnes, in l. cum proponas. C. de tranſactio. & Io. And. in cap. bona fides in mercurialibus, & vide-
1 tur abſolute dicendum quod ſic per tex. in l. vbi pactum 40. vbi gloſſ. & Docto. & in l. ſi quis maior. C. de tranſact. l. 2. in princip. ff. ſi quis caut. & l. ſi quis rem C. de arbitr. arg. §. alteri. Inſtit. inuit ſtipulat. l. at ubi. C. de pe-tit. hæred. l. e. locum. §. condemnatio. §. C. de tab. exhiben. l. 1. §. ſi cum duobus, C. de coll. bonorum. 14. q. 3. in princip. 18. diſtinct. cap. quoniam quidem 23. diſtinct. c. quamquam & c. dilecti de Arbitriſ. vbi poſt alios Henric. Boich. num. 6. & ſequen. & c. ſi quis. 21. q. 5. Papien. in forma libelli compromiſſi in verbo Parte attendente. nu. 3.

In contrarium videtur, quod ſibi rem, &
2 pęnam ſtipulans, debeat alterutro eſſe contẽtus niſi nominatim aliud actum ſit inter ſtipulantes, l. reſcriptum. 10. §. ſi pacto vbi gloſ. Bart. & Alberic. num. 5. ff. de pactis, l. pacto. l. qui fidem vbi Alberic. in princi. & l. ſi quis a ſocio, & ſequen. ff. de tranſact. l. prædia. C. de actio. emphy. l. apud celſum. §. Labeo. C. de doli except. Roma. in conſi. 510. num. 19. Alba in conſil. 451. nume. 19. & hoc uidetur certum cum pęna adijcitur quantitati, quia tunc pręſumitur in fraudem vſurarum appoſita per ea quæ proponuntur ſupra in præcedenti quæſt. 18.

Sed in hac quęſtione ſic melius diſtinguẽdum eſſe puto. Aut enim promiſſor pęnæ cõuenit aliquid dare, tradere, vel facere ſtipulanti extra iudicium, aut, alteri quam ſtipulanti, Aut ſtipulanti ipſo coram Iudice, vel Arbitrio, Aut conuenit non facere; Primo caſu quia pęna videtur ſuccedere loco intereſſe, debet unum eligere, & illo contentus permanere d. l. ſi quis a Socio. & l. ſequent. ff. de tranſact. Henric. Boich. in cap. dilecti. nume. 8. de Arbitris pęna in eo quod concurrit ſuccedit loco intereſſe; quod bis ſolui non debet, l. bona fides, ff. de reg. iur. l. qui bis. C. de uerborum obligat. Rota diuer. deciſi. 371. num. 3. par. 1.

Secundo caſu cum conuenit aliquid dare, facere, vel tradere alteri. eſt iterum diſtin- 1
guendum. Nam aut intereſt ſtipulanti, & idem eſt per omnia quod dictum eſt in proximo caſu, quia pęna ſuccedit loco rei ſecũdum Petr. & Cynum in l. patens, C. de pactis; ubi dicunt quod ſoluens pęnam dicitur impleuiſſe contractum, hoc etiam voluit Iaſ. in l. cum proponas la 2. nu. 8. C. de pact. vbi etiam Decius, num. 8. Barbaſ. conſi. 74. col. 12. poſt medium, lib. 3. Surdus in deciſi. 306. num. 8.

Aut non intereſt ſtipulanti, & tunc pęna non poteſt dici appoſita reſpectu intereſſe, & ideo in totum petitur. §. alteri & §. ſequẽdi. Inſtitu. de inutil. ſtipul. & l. ſtipulatio iſta §. alteri: & §. ſequenti, ff de verborum obligat. Corn. in conſi. 153. verſi. circa quartum lib. 1. cum alijs cõcordantibus adductis per Surdum in deciſi. 260. numer. 22. & ſi excedat quadruplum Curtius iun. poſt alios. in l. vnica. num. 58. Rebuff. num. 407. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt. Surdus d. deciſ. 260. nume. 23. & ſequent. Facchineus in lib. 1. cap. 50. controuer. iuris Rom. conſilio 510. num. 19.

Tertio caſu quando conuenit facere corã Iudice, vel Arbitro, & iterum eſt diſtinguendum. Aut enim eſt ſtipulatus, quis iudicio ſiſti, ne actio ſua pereat; vel ut ſibi debitum cõſequatur; Aut ne Iudex condemnet. Primo caſu pęna videtur appoſita gratia diffiniendi intereſſe; & debet alterutro eſſe contentus, l. 2. §. fi. ff. qui ſatiſd. cogan. l. fin. ff. ſi quis in ius uocat. Curtius iun. Rebuff. Surdus, & Facchineus, vbi ſupra.

Secundo caſu videtur appoſita loco contumaciæ, & ideo vtrunque peti poteſt. d. l. 2. in princ. & l. at ubi, C. de petit. hæred.

Sed in dubio videtur pęna appoſita loco intereſſe, & pro illo taxando. le. ſi quo ff. ſi quis caut. cum allegatis per Surdũ vbi ſupra.

Tertiò caſu ſi quidem promittit pęnam ſi præcepto non pareret; & tunc videtur appoſita ratione contentus; quo caſu vtrunque peti poteſt, l. ſi quis rem, ff. de arbitr. Bald. in l. unica. nu. 17. ver. Idem in arbitro. C. de his, quæ pęnæ nomin. Caſtrenſ. in l. cum proponas, la 2. ſub num. 2. verſicu. item adde quintum. C. de tranſact. ſi apponitur pęna ſi rem non reſtituat, tunc uidetur ſuccedere loco intereſſe & debet alterutro eſſe contentus. l. ſecũ dies, §. fin. & l. ſequent. & l. Celſus, ff. de arbitris, & infra q. 22. num. 1. ver. 2. caſu.

Sed quando eſt appoſita loco particularis intereſſe, quod præſumitur quando totali intereſſe non æquiualet, & vtrunque peti poteſt. l. traiectitiæ. §. de illo. de actio. & obliga. Caſtren. per illum textum in d. l. cum proponas, num. 2. verſ. adde quartum caſum. C. de tranſact. Rom. d. conſil. 510. num. 19. verſic. aut loquimur Bart. in l. ita ſtipulatus. nume. 32. ff. de verborum oblig.

Quar-

Digitized by Google

Quarto caſu primæ diſtinctionis, quando promiſſor conuenit non facere, & eſt diſtinguendum; Nam aut inuenit commodum pecuniarium principaliter; vt quia conuenit non petere, & hanc pęna uidetur ſuccedere loco intereſſe, & debet eſſe altero contentus, niſi quatenus pęna excederet intereſſe dict. l. reſcripta, §. ſi pacto, ff. de pactis, quia illud vltra peti poteſt. d. §. ſi pacto Roma. d. conſi. 510. num. 19. uerſic. Aut apponitur loco intereſſe totalis, & hoc niſi pacto ſit ſolemniter facta cum clauſula rato manẽte pacto, vel cum iuramento; quia eſt eiuſdẽ natura quod d. clauſula; tunc enim utrũque peti poteſt, l. quo fidem, ff. de tranſact. l. cum proponas, C. eod. l. ſi quis Maior. vbi Bart. numer. 7. & 8. Roma d. conſi. 510. nume. 20. Ceph. conſi. 35. nu. 25. Aut non inuenit commodum pecuniarium; & tunc pęna uidetur apponi ratione contumaciæ. dict. l. at vbi & arg. d. l. locum, §. condemnatio, C. de tabuli exſiben. & le. 1. §. ſi cum duobus, C. de collat. bonor. facit contra tex. in leg. qui Romæ §. fin. C. de verborũ oblig. vbi uidetur quod petatur vtrumque, & tamen ibi uenit commodum pecuniarium; ſed ibi ita fuit actum quod vtrũque peti poſſit; vel fuit dictum rato manente pacto, vt notat Bart. in l. cũ proponas, num. 4. C. de tranſact. & in d. l. ſi quis maior, num. 7. & 8. vbi Bertazoli, num. 741. & ſequen. Cuma. conſil. 122. & conſil. 145. Aret. conſi. 67. & hæc omnia habent locum de iure Ciuili. De iure autẽ canonico ſi promiſſor non implet, quod cõuenit propter impotentiam regulariter non tenetur ad pœnã Eccleſiæ, nec Priuato de æquitate canonica, etiam ſi pœna eſſet appoſita loco contumaciæ; vel contemptus, c. ſuam de pęnis, cum ibi notatis per Innocentiũ, & Hoſtien. ſi autem non implet, quia non vult, licet implere bene poſſit tenetur. cap. dilecti de arbitr. ubi poſt alios Henricus Boich. nu. 6. & ſequen. & notatur in dict. cap. ſuam, & in cap. ſi Eccleſiæ 25. quæſt. 2. & 14. quæſt. 3. in princip. & in ca. fraternitatis, vbi plene per Archid. 12. qu. 2. & in terminis quod etiam de iure canonico poſſit peti vſque ad quadruplum. ſi eſt appoſita facto, non autẽ quantitati, probat Decian. per alia & ſupra citata iura in reſponſo. 79. per totum, lib. 3.

Sed quid in vltimis voluntatibus; & uide ſupra in quæſt. 4. in princip.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula rato manente pacto facit ut quis poſſit petere pœnam, & obſeruantiã contractus.*

2 *Beneficium dict. clauſula amittit, qui primo contrauenit.*

3 *Clauſula rato manente pacto; et omnes aliæ ſunt appoſita in fauorem obſeruantis.*

4 *Petens obſeruationem cõtractus cenſetur remittere contrauentionem.*

5 *Implementum qui primo agit, docere debet.*

Caput V. Quæſt. 20.

SI quando in ſtipulatione pęnali eſt appoſita clauſula rato manente pacto, & eſt ſtipulationi contrauentum, Vtrum ſit in arbitrio ſtipulatoris; qui non contrauenit reſcindere contracto; vel petere pęnam; ſiue agere ad vtrumque ad pęnam ſcilicet; & ad obſeruationem contractus? & pro affirmatiua quod omnia præfata agere ſit in arbitrio
1 ſtipulatoris propter contrauentionem promiſſoris, eſt text. vbi gloſſ. & Doct. in l. qui ſi dem. 16. ff. de tranſact. Socin. iun. in conſil. 23. num. 7. libr. 2. Alba. in conſ. 310. nu. 29.

2 Et ſi ſtipulator voluerit reſcindere contractum, & petere pęnam; non poteſt promiſſor, qui primo contrauenit excipere contra ſtipulatorem de non implemento; quia ex quo primo contrauenit, amitit beneficium clauſulæ rato manente pacto Bart. in l. quæro. §. inter locatorem, ff. locati Alba. conſil. 455. numero nono & conſil. 697. numero 1. facit gloſſ. in uerbo repelere. verſicul. Item quid ſi emphiteuta promiſit pęnam. in l. 2. C. de iure emphit. ubi Alberic. Cuma. in conſi. 122. & conſi. 145. Aret. in conſ. 67. Papien. in forma libelli Compromiſſi in uerbo pacti attendenti, num. 3. & num. 6. & in forma libelli; vt pacta ſeruẽtur in verbo
3 tranſactiones, num. 8.

Iſta enim; & omnes aliæ clauſulæ cẽſeantur appoſitæ in fauorem partis obſeruantis; non contrafacientis Bart. in d. le. qui fidem, num. 10. ubi Alber. nume. 5. Bald. Angel. in princip. & cæteri omnes, ff. de tranſact. Ale. in l. ſemel. mora. nume. 6. ff. ſolut. matrim. & in conſi. 96. num. 21. lib. 6. Felyn. in c. intellecimus, nu. 3. de Iudic. Cygnis de penſio. q. 64. nu. 6. Barbat. conſi. 74. col. 2. li. 3. Gratus conſ. 66. num. 20. Rota diuerſorum in deciſ. 15. nu. 2. in deciſ. 209. nu. 2. & in deciſ. 212. in princ.

pulatus, numer. 26. & 32. Imolam, num. 13. & ſequen. Alex. num. 43. Areti. num. 12. & Iaſ. nu. 19. & ſequen. ff. de verborum ſignif. vbi omnes difficilem; terribilem; & obſcurã appellãt propter uanitatẽ opinionũ, & ideo Bart. ibi in d. nume. 32. dedit diſtinctionem; in qua quia ab omnibus allegatis ibi poſt eum partim reprobatur; & partim defenditur, videtur parũ tutus, cũ ſit multũ cõtrouerſa. Nam Imola. Ale. Aret. & Iaſ. contra Bart. ibi multis inſurgunt mediis, ipſumq; ut plurimum indefenſum relinquunt. Ego & ſi diſtinctio Bart. uideatur ſatis æqua; & de iure ſubſtentabilis; nolo tamen inter tot & tantos Patres iudicium meum interponere niſi per ſimplicem adhæſionem ad Bart. qui ita diſtinguendum eſſe putauit.

Aut enim dixit ipſe ſumus in contractib. aut in vltimis voluntatibus, ſi in contractib. aut in ſtricti iuris; aut in bonæ fidei ſi in cõtractibus ſtricti iuris; & in eis iudicauit iterũ eſſe diſtinguendum; Aut enim pęna apponitur loco intereſſe; Aut loco contemptus, ſi loco intereſſe; aut loco intereſſe particularis; aut loco intereſſe vniuerſalis, & totalis: ſi loco intereſſe particularis non nouat; & utrũque totum exigetur. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de vſur. Bart. in d. l. ita ſtipulatus, nume. 32. Imola. num. 13. Alexand. num. 43. Aret nu. 12. Iaſ. numer. 19. ff. de verborum oblig. & cæteri allegati ſupra in hoc cap. 5. quæſt. 19. ſub numer. 2. verſi. Sed quando eſt appoſita loco intereſſe particularis &c. Si eſt appoſita loco intereſſe vniuerſalis, & totalis, & eſt iterum diſtinguendum; Aut enim præcedit conuentio liberatoria, Aut obligatoria. Si liberatoria, & tunc ſtipulatio pęnalis ſequẽs nõ nouat præcedentẽ. le. reſcriptum. §. ſi pacto, ff. de pactis, l. qui Romæ. §. duo fratres, ff. de verb. obliga. Bart. in d. l. ita ſtipulatus, nu. 32. cum quo uideatur tranſire ibi Imola, numer. 13. Alex. num. 43. Aret. num. 12. Iaſ. num. 19. ff. de uerborum oblig. Caſtren. in l. cum proponas, num. 3. C. de tranſact. ſi præcedit conuentio obligatoria, & eſt utiq; diſtinguendum. Aut enim præcedit ex cauſa oneroſa, aut ex cauſa lucratiuá. Si ex cauſa onerofa non nouat. l. ſi quis a ſocio. & le. duo ſocietatem, ff. pro ſocio. le. prædia. ff. de act. empt. l. apud Celſum. §. Labeo. ff. de dol. except. & le. qui Romæ. §. flauius, & §. duo fratres. ff. de uerborum oblig. Bart. in d. l. ita ſtipulatos, numer. 32. ibi Imola, numero 13. Alexand. numer. 43. Aret. numer. 12. & Iaſ. numero decimonono, ff. eod.

Si ex cauſa lucratiua, & eſt iterũ diſtinguẽdũ, Aut enim utraq; diſpoſitio confertur in perſonam vnius, & tunc nouat ipſo iure d. l. ita ſtipulatus, & l. obligationum fere, §. fin. ff. de actio. & oblig. Bald. in conſi. 466. Factum tale, numer. 4. lib. 1. Aut confertur in perſonam diuerſorum, & tunc nouat op. exceptionis, l. 1. §. fin. ff. de ſtipul. ſeruorum. Bart. in d. l. ita ſtipulatus, numer. 32. uerſicu. aut pręcedit &c. Imol. Alexand. Aretin. & Iaſ. vbi ſupra.

Si ſumus in contractibus bonæ fidei, & tunc ſtipulatio pęnalis ſequens non nouat præcedentem, Bart. & cæteri omnes in d. le. ita ſtipulatus, ff. de verbor. oblig. Socin. iun. in conſi. 41. num. 31. lib. 3.

Si ſumus in vltimis voluntatibus res videtur clara quod nouat, l. 1. ff. pęna legat. cum alijs allegatis, p Iaſ. in d. l. ita ſtipulatus nu. 19. verſ. Aduerte quod in vltimis voluntatibus, ff. de verbor. oblig.

Secũdo vero caſu ſi ſtipulatio pęnalis eſt poſt præcedentem appoſita loco cõtemptus, & tunc præcedentem non nouat. l. ſi quis rẽ, ff. de arbitris quam Bart. in d. l. ita ſtipulatus nu. 32. cum allegatis ſupra in quæſt. 19. ſub nu. 2. verſ. Tertio caſu ibi. Secundo caſu &c.

Sed cum omnia præmiſſa adhuc remaneãt obſcura propter varietatem opinionũ, vt videre eſt apud præallegatos Doct. in d. l. ita ſtipulatus. Videtur quod omnia vnica diſtinctione poſſint conciliari, & dignoſci an per ſtipulationẽ pęnalem ſequentem ſit præ
2 cedens nouata? Iure enim cautum eſt nouationem non induci niſi de ea ſit expreſſe actum, l. fin. C. de notatio. §. præterea Inſtitut. quib. mod. tollit. oblig. Bal. in l. reſcriptũ. §. ſi pacto. nu. 12. ff. de pactis Rota diuer. deciſio. 456. nu. 1. & 797. nu. 10. par. 1. Vt ideo pro reſolutione præcedenti quæſtionis ſit ita diſtinguendum; Aut enim in ſequenti ſtipulatione pęnali expræſſe actum eſt, vt per eam nouetur pręcedẽs; Aut non ſi eſt expræſſum, & tunc eſt inducta nouatio ſi non eſt expreſſum non eſt inducta. glo. in l. obligationum fere. §. fin. ff. de act. & obligat. & in d. l. reſcriptum. §. ſi pacto, ff. de pactis, & in d. l. præda, ff. de actio. empti. Iaſ. in d. l. ita ſtipulatus nu. 20. ff. de verbor. obligat. Et quoties eſt adiecta clauſula rato manente pacto, nouatio non dicitur inducta. per allegata ſupra in quæſ. 20.

Quando enim eſt inducta nouatio vnum

tantum exigitur; & quando non eſt inducta vtrumque exigi poteſt. Doctor. in dict. leg. ita ſtipulatus, cum alijs allegatis ſupra in quæſt. 14.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitus alienare, alienans partem non cadit a toto ſed a parte alienata. 6.*
2 *Pœna non debet excedere delictum. 16.*
3 *Alienans partem rei legatæ non reuocat totum legatum.*
4 *Vaſallus alienans partem feudi non cadit a toto.*
5 *Emphiteuta alienans partem rei emphiteuticæ non cadit a tota.*
7 *Euicta re vendita pro parte; emptor non agit de euictione niſi pro ea parte, declaratur ibi.*
8 *Vſufructuarius, qui male verſatur in vna re, non cadit a beneficio totius vſusfructus.*
9 *Prohibitus alienare alienans partem cadit a toto.*
10 *Culpa commiſſa contra perſonam prohibentis facit cadere a toto beneficio.*
11 *Perſona non poteſt offendi in parte.*
12 *Rota Romana opinio.*
13 *Mitius proceditur cum lege.*
14 *Prohibitio Teſtatoris habetur pro lege.*
15 *Argumentum de lege ad teſtatorem valet.*
17 *Peccatum principale alienantis eſt circa rem.*
18 *Indignitas reſtringitur ad terminos contrauentionis.*
19 *Hæreditas poteſt eſſe diuiſa inter plures.*
20 *Hæreditatis appellatione venit & pars.*
21 *Res hæreditaria facit partem hæreditatis.*
22 *Hæreditas poſt aditam non dicitur hæreditas.*
23 *Alienatio alienare prohibiti præiudicat ſubſtitutis.*
24 *Alienatio alienare prohibiti non præiudicat ſubſtitutis.*

Caput V. Quæſtio 23.

VTrum pœna iniuncta alienanti; quod ſcilicet propter alienationem cadat ab hæreditate; quæ vadat ad Titium; vel ad aliquem locum pium, iſte prohibitus alienando præiudicet ſibi ſubſtitutis poſt mortem; vt admiſſo uocato in caſu alienationis non poſſint ab eo hæreditatem auocare; & quidē quod iſte talis alienare prohibitus ſibi præiudicet; & quod in eius pęnam hæreditas, ipſo viuente vadat ad Titium; uel locum piū, non eſt qui dubitet; ſed huius dubii occaſione contingit Primū dubitare an propter alienationem partis cadat a tota hæreditate; vel tantum a parte alienata. Deinde an præiudicet ſubſtitutis poſt eius mortem, quando in caſu alienationis eſt vocatus alius; de quo ſupra. Et quoad primum dubium; quod cadat ſolum a parte, ſuadetur regula, quæ habet; quod vbi peccatur; ſeu delinquitur circa rem eatenus pęna incurritur; quatenus in ea re peccatum fuit. l. Paulus, & l. beneficio vbi Bart. & alii. ff. ad l. Falcid. Aretin. conſil. 14. col. 3. in fine Ang. in l. 1. §. ſi duo, ff. quorum legator. hoc idem firmant Alciat. in cōſil. 556. & Decius in conſi. 156. num. 5. dum ibi concludunt, quod quis per contrauentionem in parte non cadit a toto.

2 Et pro iſta opinione facit quod vulgo dicitur, quod in pœnis legalibus pęna non debet excedere delictum, l. hæres qui tacitam, & l. reſcriptum. ff. de his quibus vt indign. Doct. in c. de eo, qui ſibi & hæred. ſuis. Aret. d. conſ. 14. vt ſicut alienatio, quæ hic eſt delictum fuit facta in parte; ita & in illa parte ſit pœna caducitatis non in toto.

3 Quod, & comprobatur exemplo alienationis rei legatæ factæ per legantem, per quā in parte factam non cenſetur reuocatum totum legatū, ſed ſolum pars alienata. §. ſi rē ſuam, in fine Inſti. de legatis. Iaſ. in l. qui poſt in fine. C. de legatis. Vigel. lib. 32. ff. c. 8. cauſa 5. except. 4.

Et ſicut per diuiſionem cum facultate alienandi inter fideicommiſſarios factam non dicitur renūciatum fideicommiſſo, niſi quoad partem poſtea alienatam, Alba conſ. 29. nu. 16. quod nō placet Paulo de Caſtro in l. cū pater. §. libertis nu. 3. ff. de legat. 2. ita & per alienationem partis non cadit quis a toto, ſed a parte vt videmus quod interrogatus an poſſideat Predium, ſi in parte eſt mentitus amittit ſolum poſſeſſionem illius partis, in qua eſt mentitus, Bald. in l. cogi in fine. C. de petit. hæredit.

4 Et ſicut per alienationem partis feudi Vaſallus nō priuatur toto feudo. c. 1. de Vaſal. qui contra conſtit. Loth. feud. alien. vbi glo. & communiter omnes. Corne. in conſil. 67. nu. 8. lib. 2. Curt. iun. de feudo in quarta par. num. 153. verſ. prima fuit opinio Riminald. conſ. 95. nu. 43. lib. 1. conſ. 429. num. 12. lib. 3. Grammat. decif. 49. nu. 2. Dec. conſi. 667. nu. 6. Clarus in §. feudum, quæſt. 31. verſic.

Sed

Sed pone &c.Caſtren.in conſi.317.in princ.
par.2.quod & placuit.Bald.in conſi.341.nu
mer.2.lib.2.Grammat.deciſi.30.num.11.

5 Et per alienationem partis rei emphiteu-
ticæ,ſeu alicuius ex pluribus ſub vna penſio
ne ſimul,& ſemel conceſſis non cadit a tota
nec ab omnibus,vt late probat Pariſ. in cõſ.
6.col.fi.li.4.Clarus.in §.emphiteuſis, q.13.
verſ.non omittam.Roland.conſ.17. per to-
tam,li.2. Corbul.de cauſis ex quib.emphit.
cadit.cauſa. 14.per totam,& probat Affli.in
c.1.§.ſed quia.nu.9.& 43.quæ ſit prima ca-
ſus benef.amittẽdi Rimınald.conſ.429.col.
penul.lib.3.Cuma.quem refert,& ſequitur
Alc.in conſ.99.nu.28.lib.5.Iaſ.in l.ſi prius
ſub n.31.ff.de ope.no.nũc.Ita & prohibitus
6 alienare alienans partẽ cadit ſolum a parte
alienata;& illam amittit,vt in ſpecie poſt ſu
pra citatos Burſattus in conſ.12 nume.38.

7 Et ſicuti etiã in materia euictionis repro-
parte euicta emptor non agit de euictione ꝓ
tota re;ſed pro parte euicta, niſi aliud fuerit
conuentũ.Bar.& Doct.in l.1.nu.2.ff.de eui
ctio.& in l.ſi mancipium,§.1.l.ſi fundo tra-
dito.53.vbi gl.& l.qui fundum,ff.eod.Ioan.
And.in addit. ad Specul.de empt.& uendi.
§.1.nu.8.litera,l.ver.quia iſte,§.in fi. Aret.
conſ.129.nu.1. Bald.de iure patronat. nu.
21.& niſi aliter quam in totum emiſſet l.cũ
plures,ff.de euictio.l.ſi duo.ff.de contrahen.
empt.vbi gl.& Alberic.Tiraq.de retract. li-
gnag.§.23.gl.1.per totũ.Surdus,deciſ.295.
nu.16.& ſequen.& ſicut vſufructuarius qui
8 male verſatur in vna re nõ cadit a beneficio
totius vſusfructus Ruyn.in conſ.47.nu. 12.
lib.2.Cephal.conſ.139.nu.3. Ita & prohibi
tus alienare alienans partem non cadit a to
to ſed a parte alienata Burſat. vbi C.Ruyn.
conſi.119.nu.11.in fine & ſequen.lib.2.

Sed non deſunt,qui contrariam ſententiã
ſequantur,quod ſcilicet prohibitus alienare
alienans partem cadat a toto, vt in ſpecie p
9 text.in l.cum pater. §.libertis, ff.de legat.2.
probat Alciat.in conſi.304.& in conſil.556.
nu.3.Iaſ.in l.ait prætor,ff.de iureiur. Ruyn.
in conſi.119.nu.12.li.2.Angel.in conſ 168.
nu.2.Anchar.moder.in q.73.in fine. par.1.
Anguſſo.in conſi.36.lib.6.Ceph. conſ.139.
col.1.Dec.in c.de maioribus,nu.5.de appel
lat.cum allegati ſupra in quæſt.10. in prin.

10 Quando enim culpa committitur contra
perſonam,quæ beneficium contulit; ſeu con
tra eius diſpoſitionem priuatur toto eius be-
neficio,per allegata in d.quæſt.10.& perſo-
11 na non poteſt offendi in parte quin offenda-
tur in toto.l.vulgaris,ff.de furtis Bald. in ca.
1.col.2.uerſi.quæro.de alienat.feudi vbi ci-
tat tex.in l.quidam in iure infine & ibi Bar.
ff.de donat.Roland.in conſi.17.nu.12.in fi.
lib.2. quod & multis ſimilibus ſubſtinetur,
vt uidere eſt apud Petram de fideicommiſ.
quæſt.10.nu.58.& ſequen.vbi hanc tenet.

Sed Rota Romana admittendo diſtinctio
nem an ſcilicet pęna ſit concepta in perſonã
vel ſit concepta in rem,de qua ſupra in qu.
2.amplexa eſt primam ſentẽtiam tamquam
12 ęquiorem in Romana fideicomiſſi de Iaco
bus die 20. Iunij 1601. coram Rigid.Ludo
uitio,pro qua adducit Iaſ. in d.l. ait prætor,
nu.5.& ſequen.ff.de iureiuran.Ruy.d.conſ.
119.nu.12. lib.2.Ferdin. Fores, in l.filius,§.
Diui.nu.192.ff.de legat.1.vbi Socin.iun.nu
me.220.Menochium in conſ.164.nu.22.&
dicit alias ita fuiſſe reſolutum in Peruſina hę
reditatis 16.Nouẽbr.1584.coram. Do. Ora
no.in qua fuit reſponſum in ſpecie rationib.
Angeli tenentis contrarium in d.cõſ.168.&
in alia Romana de Theodolis 10. Ianuarij,
1597.coram Rigid.Litta.& id ſupra relatis
exemplis Vaſalli,& emphiteutæ alienantis
partem feudi,vel rei emphiteuticæ. Nec ob-
ſtare dixerunt quod cum Croto in d.§.Diui
dicatur,quod Vaſallus,& emphiteuta prohi
beantur alienari a lege,cum qua mitius pro
13 ceditur,quã cũ homine l.Celſus in prin.ff.de
arbitris,l.quicumq; C.de ſeruis fugit. l. ſi li-
bertus,ff.de iurepatr.Quia immo idem dicẽ
dum eſt de prohibitione teſtatoris,quod dici
14 tur de prohibitione legis,cũ & ipſa teſtato-
ris prohibitio habeatur pro lege, vt probat
Soc.in d.l.§.Diui in fine,& valet arg. de le-
15 ge ad teſtatorẽ,& e contra de teſtatore ad le
gẽ,quia a iure æquiparantur,ut per tex.not.
in l.51.ita fuerit,§.fi.ver.conditionẽ aſit ubi
Vlpianus ſic arguit, & ibi hoc notant Bart.
Alberic.& Benedic.de plõbino,ff. de manu-
mis.teſt.Ita etiã arguit Marcellus,in l.ſi quis
legauerit Titio,ff.de legat.1.& hoc argumẽ-
to utitur et Iuſtinianus in l.cum quidã uerſi.
quemadmodum,C.de verborum ſignif.Bal.
in l.maximum uitium in princ. C. de liber.
præter.& in conſi.2.lib.1. Iaſ.in authen.res
quæ.in 5.notab.circa finem, C. commu.de
legat.Reperitur enim ſanctio legis,l.ſanctio
ff.de pęnis,& ſanctio Teſtatoris,l.filium.C.
famil.erciſcun. & æquiparantur. §. diſpo-
nat authen.de nuptiis.Cyn. poſt Petrum in
l.2.C.quæ ſit longa conſuetudo;quod com-

probatur multis, exemplis validis authori-
tatibus comprobatis per Euerardum in ſua
centuria in loco a lege ad teſtatorem, & in
loco ab vltima voluntate ad legem ſtatutũ;
vel conſuetudinem, & ſignanter exemplo
caſui noſtro accommodato prohibitionis ſci
licet alienationis factæ a lege, quod ſicuti
iſta impedit translationem dominii, §. 1. In
ſtit. quibus licet alien. vel non. Ita & illa Te-
ſtatoris, d. l. filiusfamilias. §. diui. ff. de legat.
1. l. cum pater. §. libertis, & l. peto §. fin. ff. de
legat. 2. & l. pater filium, §. 15. ff. de legat. 3.
maxime quando adeſt eadem ratio, ut in
ſpecie plene deducit Socinus ibi in d. l. §. Di
ui, & quod idem debet eſſe in prohibitione
teſtatoris; quod in prohibitione legis, ut pro
hibitus alienare cadat a parte alienata nõ a
toto facit ſupra firmata regula quod pro de
licto circa rem commiſſo eatenus perditur
16 res, quatenus in ea peccatur d. le. Paulus, eſt
Beneficio ubi Bar. ff. ad l. Falc. & d. l. reſcript.
ff. de his quib. vt indig. Are. conſ. 54. nu. 5.

Nec obſtat quod alienando cõtra prohibi
tionẽ Teſtatoris, dicatur peccare in eius per-
17 ſonam ex Roland. in d. conſi. 17. nu. 12. lib.
2. & aliis ſupra citatis: quia immò p rincipa
le peccatum eſt circa rem, vt dicit Aretin. in
dict. conſi. 54.

Nihil etiã facit; quod contraueniens volũ
18 tati Teſtatoris efficitur indignus illius ſuc-
ceſſione; quia indignitas reſtringitur ad ter-
minos contrauentionis, vt cenſeatur quis in
dignus ſuccedere in illa parte, in qua alienã
do cõtrauenit. d. l. reſcriptum & l. hæres qui
tacitam, ff. de his quibus vt indig.

Nec eſt habenda ratio eius quod pro in-
conueniente conſideratur; nempe quod ſe-
queretur diuiſio bonorum hæreditariorum,
& res non alienatæ eſſent penes prohibitum
& alienatæ penes ſubſtitutum; quia non in-
19 cõuenit quod hæreditas ſit diuiſa inter plu-
res quomodocumque vocatos, præſertim
concurrẽte voluntate teſtatoris; quæ ſola at
tenditur, l. ex facto, ff. de hæred. inſtitu. l. in
conditionibus, ff. de condit. & demonſt. Nec
minus obſtat quod teſtator in caſu alienatio
nis bonorum priuet bonis, & hæreditate.

20 Quia appellatione hæreditatis venit etiã
pars gloſ. in l. Lucius Titius in verbo hæredi
21 tatis. ff. de legat. 1. Et res ipſa hæreditaria fa-
cit partem hæreditatis, Bart. in l. ſeruum, §.
fin. in princ. ff. de legat. 2 Præſertim poſt adi-
tam hereditatem, quo caſu non eſt amplius
22 hæreditas, ſed dicuntur bona. l. ſed etſi plu-
res, §. ſi ſolus, ff. de vulg. & pupill. & notatur
in l. 1. §. veteres, ff. de acquiren. poſſeſſ. Præ-
miſſa tamen non procedunt in prohibito ali
quo modo moleſtare; quia moleſtando in
parte cadit a toto; Barto. in l. ſticchum. qui
meus, ff. de legat. Ruyn. conſ. 48. nu. 11. lib.
2. Surdus deciſ. 194. nu. 15. & in trac. de ali-
mentis, tit. 9. quæſt. 26. nu. 35. vbi addit Ri-
minal. in conſ. 330. nu. 3.

Quoad ſecundum dubium an ſcilicet alie
natio, & contrauentio prohibiti; quando in
caſu alienationis, & contrauentionis eſt vo-
catus alius, præiudicet ſubſtitutis poſt mor-
tem ipſius alienantis, vel contrauenientis, vt
amplius non admittantur poſt mortem gra-
uati admiſſis vocatis in vita propter aliena-
tionem: vel contrauentionem? Et ſunt con-
23 trariæ opiniones; Nam quod præiudicet ad
miſſo vocato in caſu alienationis: vel con-
trauentionis, vt poſtea ſecuta morte grauati
non admittantur ſubſtituti; quia excluſi per
admiſſionem vocati in illis caſibus, facit tex.
in l. cum ex filio. §. 1. ff. de vulg. & pupill. &
ita in ſpecie voluit Caſtren. in conſ. 77. Viſis,
col. 3. verſ. concludo ergo. lib. 1. & in conſil.
302. eod. lib. Ruy. in conſ. 109. nu. 17. & 18.
lib. 2. & conſ. 116. col. 7. verſ. Nec etiam. eod.
lib. Vbi dicit quod ſpecialis prouiſio in caſu
alienationis derogat fideicommiſſo generali
poſt mortem iuxta notata per Bart. in l. quæ-
ſitum. §. ſi quis fundum, ff. de fundo Inſtruc.
ſequitur Panciroltus in conſ. 188. nu. 13. Hoc
idem ſentit Abba. in conſ. 57. nu. 18. & 19. &
20. & Ruy. in d. conſ. 109. num. 20. lib. 2. vo
luit idem procedere in alienatione neceſſa-
ria ex parte prohibita & propterea irretra-
ctabilis in eius vita per tex. in l. peto. §. præ-
dium, ff. de legat. 2. & ſubſtitutus in caſu alie
nationis præfertur ſubſtituto in caſum mor-
tis, quia generi per ſpeciem derogatur. l. vxo
rem, §. feliciſſimo, ff. de legat. 3. l. Seius Vrba
nis, §. una. ff. eod. Bart. in l. ſed & poſteriores,
ff. de legib. & in l. ſciendum, ff. qui ſatiſd. co-
gan. l. in toto iure, ff. de reg. iuris. vbi Dec.
& Cagno. alios citat Surdus in deciſ. 255.
nu. 21. & ſequen.

24 Contra vero quod non præiudicet; quin
ſubſtituti poſt mortẽ poſſint auocare ab eo;
in pœnam alienantis, vel cõtrafacientis vo
catus, & admiſſus fuerat probat utiq; idem
Ruy. in conſi. 122. nu. 5. lib. 2. qui loquitur
in caſu ubi Teſtator conſtituerat ſimplex fi-
deicommiſſum fauore deſcendentium, &
prohibuerat bona alienari ſub pœna priua-

tionis,

tionis,ſuę hæreditatis;quā ex tunc deuenire voluit in Domū Sācti Antonii. Decidit enī ipſe ibi,quod ſequta alienatione; & translata hæreditate in Domum Sancti Antonii,& demū ſequuta morte hæredis grauati hæreditas deſcendentibus ſubſtitutis eſt reſtituēda,quia illa translatio in Domum Santi Antonij cenſetur facta cum onere fideicommiſſi per text.in l.ſtatuis, §. Cornelio,ff.de iure fiſci cum allegatis ſupra in ca.1.huius 2.partis,quæſt.104.per totam. Ita vt pęna irrogata hæredi non debeat eſſe cum iniuria alterius,l.pater famil.ff.de hæred.inſtit. cum alijs allegatis ſupra in hoc cap.5.quæſt.2. numer.1.& ſequen.& quia non debet eſſe in poteſtate hæredis deludere fideicommiſſariam ſubſtitutionem alienando contra prohibitionem,& transferendo in Domum Sāncti Antonij,l.ſi ita quis,§.is cui ff.de lega.2. Quod idem per has,& alias rationes firmauit Pariſ.in conſil.70.libr.3.Vbi conſiderat quod hoc modo utrumque fideicommiſſū habebit ſuum effectum, Primum ſcilicet in caſu alienationis in vita prohibiti, ſecundū in caſum mortis,vt hærede mortuo res tranſeat ad ſubſtitutos poſt mortem hæredis. Et hæc opinio videtur verior,quia ablatio rei alienatæ, vel hæreditatis ob contrauentionem hæredis alienantis eſt propriæ pęna ipſius hæredis,quæ habet locum in eius uita. Nam ſi vlterius proferretur poſt eius mortē non eſſet pęna hęredis,ſed ſubſtituti,& ideo ablatio debet reſtringi ad ſuam cauſam, & ad perſonam delinquentis,iuxta deducta ſupra,in d.quæſt.2.per totam. Et prouiſio in caſu alienationis videretur facta ad correctionem fideicommiſſi poſt mortem, quod non eſt veriſimile,l.non ad ea, ff.de condit.& demo.quia voluntas non creditur mutata l.cum qui,ff.de probat.Et eſt facienda interpretatio per quam Teſtamenti ſcriptura, ac voluntas in eo deſcripta reducatur ad cōcordiam, & maneat cum effectu operatiuo in utraque ſui parte,capit.cum expediat de elect.in 6.l.1.C.de inoff.donat.l.ſi quando, ff.de legat.1.Ceph.in conſ.282.l.quoties,ff.de reli.dubijs,& l.quoties,ff.de verbor.obligat.Crauetta in conſ.284.nu.5.Rota diuer.deciſ.125.nu.5.par.1.deciſ.373.nu.2.part.2.deciſ.100.nu.3.par.2.deciſ.44.nu.6.part.1.& pro hac ſecunda opinione faciunt deducta pro Molinam de Hiſpanorum Primogenijs lib.1.tit.9.nu.25.& ſequen.& nu.58.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna legalis in conuentione deducta an procedat a pari cum conuentionali.*

2 *Prouiſio hominis conformis prouiſione legis non facit ipſius legis prouiſionem ceſſare.*

3 *Prouiſio hominis diuerſa prouiſione legis facit ipſius legis prouiſionem ceſſare.*

4 *Pater dando filio tanquam Prodigo Adminiſtratore probat filium eſſe talem;& debet ſtare filius ſub Adminiſtratore.*

Caput V. Quæſt. 24.

POena conuentionalis ſecundum opinionem,quam amplectitur Rota eatenus debetur,quatenus intereſſe concurrat Rota diuer.deciſ.371.nu.3.par.1.& iſte eſt etiam ſtylus ſacri Conſilij Neapolitani teſte Afflicto in deciſ.135.nu.4.pro quibus faciunt allegata per Decianum conſ.79.lib.3.Menoch.de Arbitr.caſu.260.nu.18.& ſequen.Pariſ.in conſ.34.nu.36.& ſequen.lib.1.Papazo.in addit.ad deciſ.34.de reſcriptis ſub nu. 3.& 4.Huius dicti occaſione quærendum eſ
1 ſe duxi an idem ſit de pœna legali in conuē
tionem deducta,an ſcilicet & ipſa eatenus debeatur,quatenus cum intereſſe cōcurrat? & eſt diſtinguendum. Aut enim conuentio pœnalis ſint intra terminos pęnę legalis:
2 Aut illos excedit.Primo caſu quia eſt ſolum
legalis pęna in conuentionem deducta,& illius terminos non excedit,debetur abſq; eo quod concurrat cum intereſſe: Hoc enim caſu prouiſio hominis ſecundum legem non facit ipſius legis prouiſionem ceſſare l.ſi ita 6.cum l.ſequen.ff.de nouat.l.qui mutuam in princ.ff.mand.Salyzet.in l.fin.C.de pactis conuen.nu.2.Roma.in conſ.121.ſub.nu.1.verſ.Nec huic ſententiæ per text. in d.l.qui mutuam ſequitur Claud.in l.ſi cum dotem.ſub nu.1.vbi dicit id fuiſſe de mente Petri Alberi.Chriſtoph.de Caſtellio.& Cuma.ibi ff.ſoluto matrimo.hos ſequitur Gabr.lib.6.de reg.iur.concluſ.8.nu.9.& Rota diuer.deciſ.49.nu.47.par.2.& deciſ.366.nu.44.par.1.Et ideo videmus,quod pœna legalis in cōuentionem deducta adhuc dicitur legalis: non autem conuentionalis,Rota diuer.in deciſ.270.in princ.part.2.& ita arguebam in Romana Adminiſtrationis Bonorum pro Sanctiſſimo Saluatore, dum dicebam penā priuationis adminiſtrationis indictam per

Patrem

ſtrenſ. in conſ. 77. nu. 1. lib. 1. gloſ. in c. Raynaldus in verbo adijciẽs de Teſtam. vbi Di dac. §. 1. nu. 7. Socin. in conſ. 18. nu. 1. lib. 1. Ruy. conſ. 95. nu. 15. lib. 2. Alba. in conſ. 41. nu. 6. Ceph. conſ. 226. nu. 17. Surdus in deciſ. 7. in princ. alios citat & allegati infra ca. 6. q. 5. nu. 2. & 6. facit & notabile dictũ Bal. in ca. 1. ſub nu. 10. Qualiter Domi. propr. feud. priuetur. dum dicit quod ſi non cõſtat de principali; non poteſt conſtare nec de pœnali; & vbi alicui diſpoſitioni impoſſibili apponitur pœna poſſibilis, ex quo conditio nõ valet, non valebit nec pœna; arg. l. ſi homo mortuus. ff. de verb. obliga. quo vtitur Rota in antiquis deciſ. 10. alias 868. nu. 2. & 3. de Teſtamentis facit Henric. Boich. in c. Nonne bene nu. 28. de præſumptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia declaratoria contrauentionis non eſt neceſſaria ad effectum pœnæ.*

2 *Sententia declaratoria contrauentionis ad effectum incurſus pœnæ eſt neceſſaria.*

Caput V. Quæſt. 26.

VTrum ſit neceſſaria declaratoria cõtrauentionis, vt pœnæ impoſitæ ſit locus? & quidem ſine dubio dicendũm eſt, quod ſic; nam quis propter contrauentionem pœnam appoſitam incurrit; ideo eſt contrauentio per allegantem probanda, l. qui accuſare. C. de edendo cum ſimilibus; & conſtito de contrauẽtione declaratur, quem propter
1 ipſam incidiſſe in pœnam, Doct. in l. ſi quis maior. C. de tranſact. Niſi forte in appoſitione pœnæ ſi aliquid contrafactum ſit, apponatur clauſula ipſo iure; quia tunc per ſimplicem contrauentionem ſine aliqua Iudicis ſententia declaratoria contrauentionis eſt contraueniens pœnam incurſus; & contra eum ad executionem pœnæ proceditur, vt voluit Gemi. in c. vbi periculum §. præterea in pen. not. de elect. in 6. & in conſ. 136. col. vlt. Io. And. in c. commiſſa de elect. in 6. Iaſ. in conſ. 21. col. 3. ver. ad hoc reſpõdetur li. 3. Hoſtien. Butr. & Imola. in cap. potuit. de locato Bald. in addit. ad ſpecul. eod. tit. col. 7. & in authen. qui rem. col. 3. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in conſi. 301. lib. 1. Barbat. conſil. 51. col. 6. verſ. capio nũc quartum, lib. 1. Decius conſi. 146. col. 4. verſi. non obſtant allegata. gloſſ. in l. in amiſſione, §. qui deficiunt, ff. de capit. demiſ. ubi Bald. Ange. conſi. 58. glo. in clemen. multorum, ad finem de pœnis, vbi Imo. Card. & Flor. Bald. in leg. Alber. cente. C. in quibus caſu in integr. reſtit. non eſt neceſſ. & in l. 1. col. 1. C. de ſecun. nuptiis. Bart. in l. 1. col. 2. ff. de his qui nota infam. Abb. in cap. 2. nu. 3. notab. de feud. Bal. in d. conſi. 301. per l. quæ ſub conditione, §. vltim. ff. de condit. inſtitut. & l. de pupillo, §. habet autẽ, ff. de noui oper. nunc. Anchar. conſil. 97. col. 1. verſicu. ſecundo probatur. Verum ſunt &
2 alij numero, & authoritate maiores, qui uolunt quod licet nõ requiratur ſententia, quæ eam pœnam irroget, requiritur tamen, quod declaretur cõtrauentio commiſſio, ſeu omiſſio, ex quibus pœna eſt ipſo iure impoſita, ꝑ tex. in l. eius qui delatorem, & ibi Bart. ff. de iure fiſci, & in cap. cum ſecundum, §. confiſcationis & ibi Ioan. And. & alij, de hæret. in 6. Archid. Ioan. And. Anchar. Philip. Franc. in cap. Felicis, §. nullus, de pœnis in 6. Doct. omnes, in cap. 1. de homic. in §. Paul. de Leã Zenzeſ. & alij in Clementina. 1. & ibi Card. in 14. not. de pœnis. Alberic. in l. lex vectigali, ff. de pigno. Bald. in conſi. 164. col. 1. lib. 1. & in conſil. 126. eodem lib. 1. Ang. in conſil. 256. col. ultim. Anch. in cap. cupientes, §. quod ſuper. col. ult. de elect. & in conſi. 123. & in conſi. 189. Gemin. ſibi contrarius conſil. 42. Alexandr. qui multos citat in l. ſi quis maior col. penult. verſi. in ea, C. de tranſact. Fely. in cap. Rodulphus, col. 24. uerſ. ſed declaratoria, de reſcriptis, & in cap. cum ab homine, col. 4. uerſicu. vtrum autem data, de re iud. & in cap. 2. de ſponſ. Dec. in auth. Caſſa. col. 3. C. de ſacroſanct. eccl. Mar. conſil. 10. li. 1. Hoc idem uoluerunt Oldrad. conſi. 271. Guliel. a Monte. in extrauagan. ſuſcep. regiminis in verbo ipſo iure. Ne ſede vacan. And. Iſer. in cap. 1. quo temp. mil. & in cap. 1. de feud. ſine col. non amitten. & in cap. 1. quæ ſint reg. Bart. in l. ultim. §. quod ſi actor. C. de iura. calu. Ang. conſil. 36. Bald. conſil. 301. li. 1. Pau. de Leaz. Zenze. & Flor. in Clemen. 1. 14. nota. de pœnis. Panor. conſil. 3. in 8. quæſt. libro ſecundo, Roma conſil. 94. & conſil. 11. colum. 2. Belame. conſilio nono, Aret. in l. 1. circa medium. C. ne liceat potẽt. & in c. ſi diligenti col. 4. de foro compe. Cur. ſen. conſ. 30. in fine. & conſ. 60. col. 7. Barba. c. 2. col. 3. de feud. & conſ. 51. col. 16. lib. 1. Soci. Sen. conſ. 12. col. 2. & conſ. 151. lib. 1. Alex. conſ. 103. col. vlt. lib. 1. & conſ. 124. eo. lib. 1. Papien. in forma libelli in caſu ſpolij in

lij in verbo ipſo facto. Afflict. in conſtit. Sici
liæ. incip. Comeſ. col. penul. verſ. quarto no-
ta Dec. in l. 1. col. penult. C. de ſecund. nu-
ptijs. Alcia. in l. poſtquam. in verbo irritũ.
C. de pactis. & in l. ſi quis maior. in verbo
mox. C. de tranſact. Marſ. in rub. ff. ad l. Cor
nel. de falſis nu. 24. & ſequen. Bertran. cōſ.
77. nu. 5. lib. 1. & conſ. 292. in fine lib. 3. &
conſ. 330. col. 1. lib. 3. Ceph. conſ. 88. nu. 31.
Corn. conſ. 88. nu. 13. lib. 3. Cepha. conſ. 50.
nu. 11. & conſ. 20. numer. 17. Surdus deciſi.
69. numer. 25. Felinus uero in dict. cap. Ro-
3 dulphus de reſcriptis & in dict. cap. cum nō
ab homine de re iudic. hoc quod firmant ſu-
pra citati Doct. limitat. quatuor modis. Pri-
mo quando contrauentio eſt notoria. ſecun-
do cum qualitas ipſo iure inducta competit
& adeſt lite iam inchoata; Tertio reſpectu
fructuum, Quarto cum pena trahit ſecũ exe
cutionem, nullamque facti executionem re
quirit; ut infamia excommunicatio, & ſimi-
les; Franc. in cap. Felicis, §. nullus de pœnis
in 6. & ibi anteeum Gemi. in princip. Anch.
col. vltim. Dec. conſi. 145. col. penult. & con
ſil. 327. col. 3. & in l. 1. col. 1. in 3. no. & col.
ſequen. in 5. nota, C. de ſecun. nupt.

Et pro quinta limitatione, ut ſcilicet re-
quiratur ſententia declaratoria in his, quæ
reſpiciunt commodum priuatum, prout lo-
quitur, capit. cum ſecundum de hæret. in 6.
Ruy. conſi. 4. in fine.

An autem ſit in hac ſententia declarato-
ria citandus is, qui contrauenit, late differit
Fely. in duobus citatis locis, ubi etiam exa-
minat an ab ſententia poſſit appellari, quod
& facit etiam in cap. 2. col. 1. & 2. de ſponſa-
libus, & Roma in conſil. 482. in 2. dub. &
Georg. Nat. in repet. Clemen. ſæpe. col. 59.
verſi. ſecundo quæro, de verbo. ſignif. Ripa
in l. is cui bonis, num. 26. & 27. ff. de verb.
obligat. Anchar. conſilio. 240. Per prædicta
paulo ante finem. Et quod ſit citãdus coram
Iudice ſuo ordinario ille, qui contrauenit di
cit text. in leg. cum pœna. ff. de recept. arbi-
tris, leg. quid tamen §. fin. ff. eod. Specu. eod.
titul. §. poſtremo Papienſi. in forma libelli
compromiſſi in verbo Patri attendenti, nu-
mero 9.

Finis Caput V.

TRACTATVS
DE CONDITIONIBVS, DEMONSTRATIONIBVS, MODO, CAVSA, ET POENA.

Pars Secunda, Caput VI.

In quo continentur quæſtiones ſpectantes ad conditionem, demonſtrationem, Modum, Cauſam, & Pœnam communiter.

SVMMARIVM.

1 *Legatum dotis a quocumq; relictum & conditionale, modale, vel purum vt verba ipſa ſonant.*
2 *Si nupſerit Sempronio eſt conditionale.*
3 *Cum nupſerit eſt conditionale.* 33.
4 *Cum monachabitur eſt conditionale:*
5 *Vt poſſit nubere eſt modale.*
6 *Vt nubat eſt modale.*
7 *Sicum, & vt poſſunt conditionem inducere.*
8 *Legatum dotis; vel pro matrimonio contrahendo cum perſona certa relicto ab extraneo eſt conditionale.*
9 *Argumentum a contractibus ad vltimas voluntates valet.* 17.
10 *Conditio ſi nupſerit ineſt in contractu promiſſionis dotis.* 26.
11 *Legata non differunt a ſtipulationibus declara vt infra.* 24. 18. 22.
12 *Conditio ſi nupſerit non ineſt in donatione, & traditione: licet inſit in promiſſione.*
13 *Hæres adeundo obligatur ad legata; antea autem non tenetur.*
14 *Legata non differunt a ſtipulationibus quando tempus eſt adiectum ſeparatim ab ipſo legato; ſecus quando coniunctim.*
15 *Legatum relictum dotis cauſa eſt cõditionale.*
16 *Intellectus. l. Titio centum §. Titio genero de condit. & demonſt.*
17 *Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates valet.* 9.
18 *Legata differunt a ſtipulationibus.* 14.
19 *Legatum eſt ſtipulationibus fauorabilius.*
20 *Conditio ineſt contractui dotis.* 10.
21 *Dotis promiſſio venit accessorie ad matrimoniũ.*
22 *Legata communiter non differunt a contractibus, ſed æquiparantur.* 11. 14. 18.
23 *Dos cenſetur promiſſa ob finalem cauſam futuri matrimonij.*
24 *Cauſa de futuro eſt eiuſdem effectus cuius eſt conditio.*
25 *Modus onerat legatarium honoratum.* 28
26 *Mulier cui dos relinquitur honoratur.*
27 *Niſi relinquatur, vt nubat certa perſonæ: quia tunc eſt onus; ſi perſona incerta eſt honor.*
28 *Modis onerat honoratum; conditio grauatũ.* 25
29 *Legatum dotis eſt purum, ſeu modale non autem conditionale ſecundum aliquos.*
30 *Intellectus l. qui filium. ff. vbi pupill. educ. deb.*
31 *Fauori ſuo poteſt quis renunciare.* 34
32 *Legis diſpoſitio non reſultat ex facti narratione.*
33 *Cum nupſerit in familia faciunt legatum conditionale.* 3
34 *Inducta ad fauorem alicuius habent tacitam conditionem ſi ei placuerit.* 31
35 *Legatum pro dote, vel cauſa dotis cum reſpiciat fauorem legatarij ſolet eſſe modalę.*
36 *Inducta ad fauorem non debent in odium redundare.*
37 *Ita vt, inducit conditionem.*
38 *Pro inducit modum regulariter.*
39 *Dos non poteſt eſſe matrimonio non ſequuto.*
40 *Legatum dotis eſt conditionale, ſi matrimonium ſequatur.*
41 *Pro dote: ſunt verba de futuro; & cauſam finalem important: & ſic conditionem.* 23. 24
42 *Legatum in ſubſidium nuptiarum eſt conditionale.*
43 *Legatum pro dote reſpectu certa perſonæ: cum qua ſunt iam contracta ſponſalia eſt purum.*
44 *Dos largo modo dicitur contractis ſponſalibus.*
45 *Legatum relictum pro dote Pauperi puellæ reſpectu certa perſona; etſi ei perſona non nubat; tamen debetur.*

46 *Sed ſi ante nuptias Puella decedat legatum a quocumq; relictum extinguitur.*

47 *Dos, ſi ex communi vſu loquendi illius loci dicatur matrimonio non ſequuto, legatum dotis non erit conditionale.*

48 *Secus ſi dos ſit danda vigore ſtatuti excludentis fœminas; quia debetur ſub conditione.*

49 *Legatum Dotis non eſt conditionale, ſi ex coniecturis appareat, quod alias conditione non impleta Teſtator nihilominus erat relicturus.*

50 *Quod alias non erat relicturus tenetur probare hæres.*

51 *Legatum pro Dote, vel cauſa Dotis relictum ab extraneo certa mulieri eſt conditionale.*

52 *Legatum relictum ab extraneo pro maritandis incertis Puellis pauperibus non eſt conditionale.*

53 *Legatum relictum incertis perſonis de incertis habetur pro non ſcripto.*

54 *Incertitudo quanam ſit.*

55 *Executor legati pro maritandis pauperibus Puellis certis, quandocumque poteſt eligere æque pauperes illis non exiſtentibus.*

56 *Legatum relictum ab extraneo pro muliere maritanda quomodo intelligatur, quomodo debeatur, & an tranſmittatur ad hæredes.*

57 *Legatum ab extraneo relictum ſimpliciter alicui puellæ ſi in clauſula exequtiua ſit dictũ, quod detur cauſa Dotis, dicitur purum.*

58 *Legatum pro dote, vel cauſa Dotis ab extraneo relictum cum conditione, quod legataria mortua ad alium perueniat, eſt purum quoad matrimonium.*

59 *Legatum relictum ab obligato dotare reſpectu matrimonij cõtrahendi cum perſona certa eſt conditionale.*

60 *Legatum a Patre pro dote filiæ poſt relictãm legitimam eſt conditionale reſpectu Dotis.*

61 *Si legitimam non reliquit eſt purum.*

62 *Dos ſuccedit loco legitimæ ad ſaluandum Paternum Teſtamentum.*

63 *Legitima debet relinqui ſine conditione.*

64 *Legatum relictum a Patre filiæ pro dote, cauſa dotis, vel reſpectu matrimonij eſt conſilium, vt filia ſe cum illo legato nubat.*

65 *Et tranſmittitur ad hæredes.*

66 *Etiam quod tale legatum excedat legitimam; quia eſt purum etiam in exceſſu.*

67 *Legatum eiuſdem rei non debet diuerſo iure cenſeri.*

68 *Pater diues alias dotem filiæ relicturus cenſetur pure reliquiſſe.*

69 *Item pure reliquiſſe cẽſetur ſi mandauit quod ſtaret relicta dote tacita, & contenta.*

70 *Pater relinquens filiæ dotem, & interim alimenta; cenſetur dotem pure reliquiſſe; ſed cõtrarium ibi firmatur.*

71 *Pater pluribus filiabus dotem relinquens, ſi vnam ipſe nubat, aliæ pure conſequi debent legatum dotem.*

72 *Stante ſtatuto quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, ſed dotentur, eſt dotanda ſi maritabitur, & ſub iſta conditione dos debetur.*

73 *Limitatur 1. ſi Pater reliquit dotem filiæ honorabili inſtitutionis titulo, quia tunc non obſtante ſtatuto cenſetur relinquere pure.*

74 *Limitatur 2. Niſi pater ſit uſus verbis præteriti temporis.*

75 *Stante ſtatuto quod filia dotata non ſuccedat cum maſculo, ſi filiæ legetur dos a Patre cenſetur pure legata ut ſit locus ſtatuto.*

76 *Dos pure relicta ſtatim ſine cautione de nubẽdo peti poteſt, & tranſmittitur, ſecus relicta ſub conditione nubendi.*

77 *Legatum dotis ſub modo relictum, an & quando modo deficiente deficiat legatum.*

78 *Legatum relictum pro dote filiæ præfertur, & detrahitur ante omnia legata tamquam æs alienum, & non patitur falcidiam.*

79 *Legatum ad pias cauſas præfertur, & detrahitur ante alia legata, & non patitur falcidiam.*

Caput VI. Quæſt. 1.

VTrum legatum dotis ſit purũ modale, vel conditionale, ut tranſmittatur, vel non tranſmittatur ad hæredes, pro hac quæſtione multum faciũt ſpecialiter notata ſuperius in cap. 1. quæſt. 20. Quæſtionem iſtã examinant Doctor. in l. Titio centum. §. Titio genero ff. de condit. & demo. & illam variis diſtinctionibus reſoluunt. Et quia diſtinctio Caſtrenſis ibi num. 6. eſt magis approbata, & mihi ſemper placuit, cum eo itaque ſic diſtinguemus, Aut enim legatũ dotis ſit ab extraneo non obligato dotare, Aut ſit ab Auo, uel Patre obligato dotare filiam, ſeu Neptem.

Primo caſu iterum eſt diſtinguendũ; Aut enim verba adiecta legato ſunt certa, quia ſignificant conditionem, modum, uel punitatem relicti; Aut dotis cauſa relinquitur reſpectu matrimonii cum certa perſona contrahendi

Digitized by Google

trahēdi, Aut tertio extraneus relinquit pro
dote certę mulieri, cauſa contrahendi matri
mōnii cum perſona incerta; Aut quarto
extraneus relinquit dotem perſonæ incertæ
pro matrimonio contrahendo cum perſona
vtique incerta; Aut quinto loco extraneus
relinquit dotem pro muliere maritanda;
Aur & ſexto relinquit puellæ legatum ſim-
pliciter, deinde in parte executiua Teſta-
menti ſubdit clauſulam, quod legatum
puellæ relictum præſtetur dotis cauſa.
Aur ſeptimo, & vltimo, extraneus relin-
quit pro dote, vel cauſa dotis, cum condi-
tione, quod muliere mortua dos uadat
ad aliam.

1 Primo caſu res eſt clara, quod ſcilicet le
gatum dotis ſit conditionale, modale uel pu
rum, vt verba ipſa ſonant, atque oſtendunt,
Nam ſi Teſtator dixerit, lego centum Caiæ
cauſa dotis, ſi ſempronio nupſerit, erit condi
2 tionale, qua illa vltima verba, ſi ſempronio
nupſerit manifeſtam conditionē important
vt eſt tex. in §. ſed hoc pręſenti Auth. de ſan-
ctiſſimi. Epiſcop. quem ita intellexit Ange.
in conſi. 392. numer. 1. Bald. nouell. de dote
parte. 6. priuileg. 76. col. 2. ver. ſecundus ca
ſus, vbi in fine dicit, quod ſi mulier erat pau
3 per; poterit præmortuo ſempronio alteri nu
bere, ſecus ſi eſſet diues. Idem quoque eſt, ſi
Teſtator dixerit lego centum Caiæ cum nu
pſerit, Nam & tale legatum talibus verbis
factum dicitur conditionale l. Sancimus C.
de Nuptijs vbi Odofr. Cynus Bar. Alberic.
Bald. & cæteri omnes Caſtren. in d. le. Titio
centum, §. Titio genero. nume. 7. in fine, ff. de
condit. & demon. Alexan. in conſi. 55. col. 1.
lib. 2. Pariſ. in conſi. 36. nu. 5. lib. 3. & in con
ſi. 110. nu. 3. lib. 4. Roma. in conſ. 134. col. 2.
in fine. per tex. in leg. qui filium, ff. vbi pupi.
educ. iuncta l. hæc cōdi. ff. de condit. & dem.
& l. quod pupillæ. ff. quando dies legat ce-
4 dat. Et D. Berouus in conſ. 28. nu. 1. lib. 1. di
cit legatum dotis factum Puellæ cum mona
chabitur eſſe conditionale. Nam cum ſui na
tura inducit conditionem l. ſi cum hæres ff.
quā. dies leg. cedat. Pariſ. conſ. 35. nu. 18. li.
2. Alberic. in ditionario in verbo cum: & ſu
pra. par. 1. c. 89. nu. 2. & d. l. ſancimus 24. ibi
Odofred. Cyn. Bart. Alberic. Bald. & cæteri
omnes, C. de nuptijs. Sed Socin. ſen. in cōſil.
92. num. 8. verſic. prædicta opinio lib. 1. de
5 hac opinione dubitauir; Et ſi legatum erit
relictum Caiæ vt poſſit nubere erit modale;
vt in ſpecie Bald. in conſ. 249. An legatum
dotis lib. 4. & Didac. in c. nos quidem. nu.
11. verſ. Secundo apparet de Teſtamen. Nā
illa dictio vt, ſignificat modum. l. demonſtra
tio falſa. §. vlt. ff. de condit. & demon. & l. 1.
C. de donat. quæ ſub modo vbi glo. & Do-
cto. & ſupra par. 1. cap. 95. Eſt etiam moda-
6 le; quando dixit, vt nubat, Didac. in præcita
to loco. verſ. & priori reiecta Bald. in l. ſiquis
37. nu. 9. C. de epiſ. & cleric. & in l. generali-
ter 40. nu. 10. & 11. C. eod. & Bald. nouellus
de Dote. in 6. par. priu ileg. 76. col. 2. ver. pri
7 mus & l. dicunt quod eſt conditionale; Et
quidem dictiones ſupra ponderatæ, ſi nupſe
rit; cum nupſerit; & vt nubat poſſunt condi-
tionem, & modū reſpectiuè inducere: vt no
tatū dimiſimus ſup. in par. 1. c. 89. nu. 1. & 2.
& c. 95. num. 1. & in hac 2. par. c. 1. q. 1. &
2. & c. 3. quæſt. 1. nu. 1. & 3.

8 Secundo caſu; ſi extraneus ſimpliciter re-
linquat legatum Caiæ cauſa dotis; vel pro
matrimonio contrahendo cum Sempronio;
& ſic cum perſona certa, & erit conditiona-
le; vt in ſpecie decidit Bart. in d. l. Titio cen-
tum. §. Titio genero nu. 3. in fine. & nu. 4. &
nu. 1. ff. de condit. & demonſtr. eum ſequitur
Bald. nu. 2. & 3. & Caſtren. nu. 7. verſ. iſtam
opinionem. dem. Bald. in d. l. generaliter 40.
nu. 10. C. de epiſc. & Cleric. & in l. ſancimus
C. de nuptijs & in l. legatum, C. de condit.
inteſt. & in conſ. 249. lib. 4. Ang. in l. ſi Titio.
ff. de legat. 1. & in conſ. 249. num. 3. & 393.
Imola in l. in teſtamento la 2. nu. 2. ff. de con
dit. & demo. Roma. in conſ. 134. nu. 3. Alex.
in l. 1. nu. 4. Iaſ. nu. 9. C. de inſtit. & ſubſtit.
Alęx. in conſ. 42. num. 2. lib. 7. Et hanc dicit
communem Corneus in conſ. 229. nu. 3. lib.
4. Bald. nouel. de dote in 6. par. priuileg. 50.
ver. tertiu. caſus. Laurus, de ſtatu exclud. fę
mi. col. 39. Brunus in eod. tract. artic. 6. q. 3.
& 7. & artic. 11. q. 3. Crauetta conſ. 101. nu.
2. Couarru. in c. nos quidem nu. 11. de teſta
men. Franciſ. Marcus deciſ. 858. nu. 2. & de-
ciſ. 856. nu. 1. par. 1. Emanuel Coſta lib. 2. Se
lect. Interpr. circa conditiones c. 22. num. 5.
Et id omnes per text. in §. ſed hoc præſenti
Authent. de ſanctiſſim. epiſcop. relatum in
Authen. niſi rogati. C. ad S. C. Trebell. &
in l. in teſtamento la 2. ff. de condit. & demo.
ad quem ſe remittit glo. in dict. §. Titio gene
ro. in uerbo apud hæredem.

9 Verum Doctores exiſtimarunt Bartolum
in dict. §. Titio genero duxiſſe argumentum
a contractibus ad vltimas voluntates, quod
& gloſſ. ibi idem facit ex l. tali, §. 1. ff. de iure
dotium, licet dicat ſecus forte eſſe in legato
ſed ex verbis illis, ſiue donauerit, ſiue reli-

querit videtur facta æquiparatio, quam eã-
dem facit etiam text. in leg. ſi diuortio in fi-
ne, ff. de verborum obligat. Vnde cum in cõ
tractu promiſſionis dotis inſit conditio leg.
10 dotis, ff. de iure dotiũ, & leg. in rebus. ff. eo.
leg. talis facta ſtipulatio, & l. ſtipulationem,
ff. eod. Franciſ. Marc. deciſi. 860. numer. 6. er
11 go & legatum dotis erit conditionale, cum
nulla per Bart. in dict. §. Titio genero conſti
tuatur differentia inter ſtipulationes, & lega
ta per tex. in leg. iure Ciuili, ff. de condit. &
demonſt. & Bartolum ibi ſunt ſecuti Bald.
Caſtren. & cæteri omnes, Nec obſtat contra
dictio Cumani in dict. §. Titio genero, nu. 5.
12 & in conſil. 107. in fine dum dicebat quod
licet in promiſſione dotis inſit conditio, nõ
tamen ineſt in donatione, & traditione, leg.
ſed & hoc, ff. de iure dotium, & leg. 1. ff. pro
dote. & ſic conſequenter eſſe in legato, vt tẽ
pus matrimonii ſit potius adiectum præſta-
tioni, & executioni, quam ſubſtantiæ legati
quia in legato obligatio non oritur ex reli-
cto, ſed ex quaſi contractu aditionis hæredi-
tatis, qua hæres tenetur præſtare legata, §.
legatum Inſtitu. de legatis Doctor. poſt Bar.
in leg. fin. ff. de vſuf. legat. le. legatorum ubi
Bart. in princip. ff. de legat. 2. Nam legata nõ
debentur antequam hæreditas adeatur leg.
13 eam quam, C. de fideicommiſ. leg. ſi nemo.
ff. de Teſtamen. tutela. Rom. in conſil. 428.
Alex. in conſi. 498. num. 7. lib. 7.

Sed prædicta conſideratio Cumani in d.
§. Titio genero. numero 5. & in dict. conſil.
107. in fine contra Bartolum, & alios æqui-
parantes ſtipulationes legatis, procederet
14 quãdo tempus eſſet adiectum ſeparatim ab
ipſo legato, Vt ſi Teſtator facto legato, De-
mum ſubiecíſſet, quod legatũ ſoluatur tem
pore nuptiarum, & ſic præſtationi, & execu
tioni tempus adiecíſſet. Sed quando ſimpli-
citer in eadem oratione dixit lego centum
cauſa dotis, tunc tempus dicitur ſubſtantiæ
legati adiectum. Bartolum in leg. ſi cui lege-
tur, in princip. ff. de legat. 1. Alexan. in conſi.
134. numero 22. libro ſexto, & ſic legatum
expreſſe conditionale per Cuman. vbi ſup.
& ceſtum ſub nu. 3.

15 Minus obſtat altera contradictio Cuma
no in citato loco, dum dicebat, §. ſed & hoc
præſenti in Auth. de ſanctiſſ. epiſcop. non lo-
qui ſimpliciter in caſu dubio: ſed quando ex
preſſe teſtator legauit ſub cõditione nuptia
rum; vel liberorum naſciturorum: quo loci
cum Imperator ibi, ſiue dotis cauſa &c. &
poſtea, aut ſub vna prædictarum conditio-
num & appellet omnes illas diſpoſitiones;
& actus conditionales: inter quas cum, & re
lictum cauſa dotis reponat, ſequitur quod re
lictum iſtis verbis, dotis cauſa, ſit conditio-
nale, & quod illa verba: dotis cauſa, condi-
tionem importent, vt ibi aſſeuerat Impera-
tor. & in propoſito eſſe conditionale legatũ
talibus verbis conceptum, conditione ex-
preſſa, vt & admittit Cuma. in citatis locis.

16 Nec minus intellectus: qui communiter
d. §. Titio genero datur per Doctores; quod
ſcilicet legatum dotis ſit purum; vel moda-
le; vt voluit ibi gloſ. & omnes ante Bart. ob
ſtat opinioni Bart. quoniam in d. §. Titio ge
nero pecunia fuit legata mulieri: vt conuer
teretur in dotem pro eo matrimonio: quod
tunc cum Titio genero futuro contrahi ſpe-
rabatur; quod cum ille Titius contrahere re-
cuſauerit; pecunia ſoluitur mulieri; per quã
non ſtetit quominus matrimonium contra-
heretur, & in eum caſum pecunia conuerte-
retur; quo in caſu etiam ante nuptias; quia
purum legatum eſt (vt dicit ibi textus) peti
poteſt; cautio mulieri pecuniam reddi neceſ
ſaria erit: vltra quod, §. ille Titio genero lo-
quitur de legato dotis facto a Patre genero
poſt contracta ſpõſalia, vt omniũm primus
ita intellexit Bald. in l. ſi plures nu. 25. ff. de
condit. inſertis. & amplexus eſt Eman. Co-
ſta Selectarum interpr. circa conditiones c.
22. num. 3. verſ. igitur verius eſt, & num. 4.
per totum & nu. 6.

17. Eiuſdem Bart. opinio defenditur per tex.
in l. promittendo, ff. de iure dotium, arguen
do de contractibus ad vltimas voluntates
per tex. in l. ſeruum filij, §. eum qui chirogra
phum, ff. de legat. 1. vt admittunt prællega
ti Doctores; qui eum ſequuntur; & cum d. l.
promittendo concordant. tex. in l. ſtipulatio
18 nem; & in l. dotis, ff. eod. Et licet aliqui exi-
ſtiment eſſe differentiam inter promiſſio-
nem, & legatum: quia legatum eſt fauora-
19 bilius ſecundum Cynum in l. 1. in 3. quæſt.
C. de inſti. & ſubſt. in l. in teſtam. ff. de re. iur.
20 Et quia contractui dotis ineſt conditio leg.
dotis, ff. de iure dotium, & quia promiſſio do
21 tis uenit acceſſorie ad matrimonium ſecun
dum Bald. in leg. item quia, ff. de pactis. Ta-
22 men æquiparatio, quam facit Bart. de con-
tractibus, & legatis in d. §. Titio genero eſt
communiter recepta, quam poſt alios pro
ſua ſententia allegatos defendit Emanuel a
Coſta Select. intepr. lib. 2. cap. 22. nu. 5. pro
quo ſub numer. 6. adducit Bald. in le. Si plu-
res, numer. 25. C. de condit. inſert. dicentem

§. Tkio

§.Titio genero loqui in ſingulari ſpecie lega
ti dotis nomine relicti genero poſt contracta
ſponſalia,quem in dict.§.Titio genero & in
d.conſi.107.eſt ſecutus Cumanus, & in ea-
dem opinione non relato Bal.fuit ibi Imola,
quos libẽter ſequitur Coſta,ubi ſup. nu. 6.
23 Facit & pro Bartoli ſententia diſpoſitio leg.
a Titio,ff.de verborum, oblig.quo loci dos
cenſetur promiſſa ob finalem cauſam, ſcili-
cet matrimonij futuri vt probat etiam leg.
cũ his,§.ſi mulier,ff.de condit.indeb.& con-
ſequenter legatum dicitur factum ob futu-
ras nuptias,& ſic ſub conditione, quia nu-
ptũ non ſecutis deficit cauſas finalis, & con
ſequenter legatum per allegata ſuperius ca,
4.quæſt.1.num.5.& quæſt.2.num.4.& 7.8.
& in quæſt. vlt.in princip.& in ſpecie Fran-
ciſcus Marc deciſi.856. ſub nume.3. & 4.&
Bart.ipſe pro ſua opinione tuenda in dict.§.
Titio genero,num.3. conſiderat, quod ver-
ba iſta pro dote, uel cauſa dotis,non indu-
cunt cauſam legari, prout in hac materia
cauſa accipitur. Nam cauſa eſt de præterito
vt notatum dimiſimus ſupra in par.1. capit.
102.num.5.& cap.1.num.19.& in caſu no
ſtro eſt de futuro,vt declarat idem Bart.in l.
24 demonſtratio falſa.§.quod autem,ff.de con,
dit.& demonſt.& eſt eiuſdem effectus,cuius
eſt ipſa conditio ſecundum Bart. ibi, & cu-
mulatos ſupra in par,1.c.97.num.4. & par.
2.cap.4.quæſt.vlt.num.5.& ſequen.Ruſſus
25 iſta non inducit modum, quia per modum
ille oneratur,cui legatum relinquitue,l.qui-
bus diebus,§.termilius, ff.de condit. & de-
monſt.& ſupra par.1.cap.94.in fine, ſed in
26 hoc legato non oneratur mulier cui relin-
quitur, immo honoratur; quia ad nuptias
inuitatur l.Titio cenſum.§.1.ff.de condit.&
demonſt. Franciſ. Marc.d. deciſi.856.nu.7.
& 8.& ſæpius ſupra ergo &c.
27 Nec obſtat ſi dicatur quod ibi eſt modus
& onus,quia grauatur reſpectu certæ perſo
næ,quia quibuſuis verbis id ſit conceptũ ha
bet effectum conditionis, & ſi deficiat per
mortem legatum expirat:quia talis onus cẽ
ſetur cauſa finalis Franciſ. Marc. d. deciſio.
856.ſub numero 3.& 4 cum alijs allegatis
ſupra num. 23. verſi. Facit & pro Bart. &c.
Secus eſt quando perſona erat incerta, cui
nubere deberet;quia tunc eſt honor, quia
contrarium eſt turpe,vt dicit Bart. in l. cum
ita.ff.de condit.& demo.& probatur in l.pu
blius in princ.ff.eod.& videtur modus im-
pulſiuus l.ſi quis pro redemptione C.de do
nat.Franci.March.d.deciſ.856. ſub nu.4.
& 5.Sed talis conditio nubendi certæ perſo
næ non reijcitur;licet ſupra turpis ſit nuncu-
pata:& ideo defecta,legatum non debetur
ſecundum diſtinctionem,de qua ſupra par.
1.cap.8.per totum.
28 Et conditionem non modum eſſe colligi-
tur:quia implementum modi;& ſic onus im
ponitur legatario honorato, conditio vero
grauato,vt docet Bar.in d.l.quibus diebus,
§.Termilius,ff.de condit. & demo. & ſupra
in d.cap.94.in fine par.1.quod & latius de-
duximus ſupra verſ.rurſus.num. 25. & ſeq.
29 Contrariam opinionem quod huiuſmodi
legatum dotis ſit purum;ſeu modale,non au
tem conditionale,tenuerunt glo. in d.l.Ti-
tio centum,§.Titio genero,ff. de condit. &
demon. Din.Petrus, & Ruy. quos refert ibi
Bart.nu 1. & Caſtren. nu. 7. teſtatur hanc
fuiſſe communem antiquorum ante Barto.
Idem etiam dixit Bald.in l.qui filium.ff.vbi
pupill.educ.in l.item quia. §. 1. ff. de pactis
in l.2.§.creditum,ff.ſi cert.petat.in l.ſub con
ditione,ff.de condit.& demon.& in l.genera
liter,40.C.de epiſc.& cleric.& in conſ. 249.
An legatum dotis,lib.4. Angel. in d.l. Item
quia,§.1.& in l.1.C.de inſtit. & ſubſtit. Ca-
ſtellio.Cuma.Puteus & Beſſutius.in l. ſi Ti-
tio,ff.delegatis 1.quos refert ibi Iaſ. nu. 41.
Portius,in §.omnis Inſtit.de verbor.obliga.
Decius,in l.in omnibus obligationibus nu.
30 2.ff.de reg.iuris.Et ſolent contrarij Bartolo
allegare tex.in d.l.qui filium, ff.vbi Pupill,
educa:debeat,in quo Pater reliquit dotem fi
liæ cum in familia nupſiſſet;& tamen filius
heres grauatus ſoluit legatum antequam nu
beret;& ibi dicitur quod bene ſoluit,& non
male;& tamen ſi legatum fuiſſet conditio-
nale,male ſoluiſſet antequam nuberet;ergo
purum,ſed non aduertunt; quod filius hæ-
res grauatus ſua ſponte ſoluit; non autem
quia teneretur antequã nuberet; & non eſt
dubium quod potuit ſuo fauori renunciare
31 lege ſi quis in conſcribendo Codice de
pactis,vbi gloſſa citat concordantes l. ſecun
da,C.vt in poſſeſ.legat.ca.ad Apoſtolicam,
de re iudic.cap.51.de Terra in fine de priui
leg.deciſ. in l.cum proponas,la 1.in fine.C.
de pactis, & in conſi.349.col.2. Surdus de-
ciſi..194. nume.8. & ita in ſpecie reſpondet
Caſtren.in dict.§.Titio genero.num.7.in fi-
ne,& clarius Roma.in conſ.134.col.2.dum
dixit Iuriſconſultum ibi in dict.l.qui filium
32 narrate factum ipſius fratris, ſcilicet hære-
dis

dis dantis, ex qua narratione non reſultat diſpoſitio legis. Ioan. Andr. in c. dilecto. de probat. & Iaſ. copioſe in l. vnica, num. 22. & ſequen. C. quam non peten. par. & ſic quod bene, vel male ſoluerit hoc eſt debite, uel indebite, ibi nō dicitur, ſed dicitur qđ ſoluit, qđ reſpicit factum, & intelligitur ſponte ſua, non coacte, quia teneretur, vt comprobat etiam Eman. a Coſta Select. interpr. lib. 2. c. 22. num. 3, dum dat. intellectum ad tex. in l. qui filium, & firmat quod non tenebatur ex
33 quo legatum fuit relictum cum nupſiſſet in familia, quæ uerba faciunt legatum conditionale, l. hæc conditio, ff. de condit. & dem. l. quod pupillæ, ff. quando dies legati ced. & eſt regulare quod ea quæ in fauorem alicuius inducuntur, habent tacitam conditionē ſi ei placuerit le. 2. ff. de lege commiſ. quam
34 adhoc Raphae. Cum. in l. ſi ſponſus §. ſi quis rogatus, ff. de donat. inter uir. & vxor. Alciat. in conſi. 11. num. 5. tom. 1. lib. 3. Pariſi. conſi. 1. col. penult. in fine, libr. 2. Roland. in conſi. 22. num. 40. lib. 3. & in conſi. 49. num. 10. lib. 4. Vt potuerit ille filius ex ſuo placito conditione non expectata ſoluere legatum Sorori, & bene ſoluerit, ut in dict. text. l. qui filium.

35 Solent aliam contrariam Bartoli ſententiam tenentes adducere rationē, quod legatum pro dote, vel cauſa dotis reſpiciat fauorem, & commodum mulieris, cui relinquitur, & quando ſic eſt cauſa legati ſolet modum, non conditionem inducere d. le. Titio centum, §. 1. ff. de condit. & demonſt. Franc. Marc. dict. deciſ. 856. num. 5. Et ſic quod fauore ipſius legatariæ ſit dicendū fuiſſe mo-
36 dum, non autem conditionem inductā; Ne inductum in fauorem redundet in odiū contra diſpoſitionem text. in leg. quod fauore, C. de legibus Guliel. de Cuneo. & Angel. in leg. nulla iuriſ. ff. eod. Socin. in conſi. 241. num. 16. lib. 2. late Iaſ. in l. legata inutiliter, nu. 8. & ſequen. ff. de legat. 1. Card. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 18. num. 23. Surdus deciſi. 195. nume. 5. & ſic legatum eſſe purum, & de præſenti debeti.

Sed ex diſpoſitione dict. l. Titio centum, §. conditio. non colligitur, quod legatum reſpiciat ſolum fauorem legatarii, ſed & natura verborum, cum ibi relinquatur Titio,
37 ita vt Neuiam vxorem ducat dicitur exinde inducta conditio. Nam illa uerba, ita ut, conditionem inducunt. Cum ex ſubſequenti exemplo his verbis concepto, ſi Mæuiā vxorem, &c. dicat ibi Iuriſconſultus, utique ut in primo, ita vt Mæuiam ducat in uxorem, legatum conditionale eſſe factum, ſentiens procedere a pari, Ita ut, & ſi, quod & ſuperius in 1. par. cap. 89. numer. 23. & 25. notatum dimiſimus.

Nec impugnantes Bartolum deſinunt cō-
38 ſideratre, quod non reperiatur iure cautum dictionem, pro importare cōditionem, & ex hoc inferunt legatum pro dote non eſſe conditionale, ſed purum, uel modale, cum, pro, modum inducat, ſecundum allegata ſuperius, in 5. par. cap. 95. num. 9. Sed Bart. & ſequaces non conſtituunt fundamentum in dictione pro; ſed in natura ipſius legati, quod
39 cum ſit factum pro dote, & dos adhuc non poſſit eſſe matrimonio non ſecuto, l. 3. ff. de iure dotium. l. fin. C. de donat. ante nupt. le. multæ, C. eod. Saly. in authen. Maximis, C. de Nuptiis Franc. March. in dict. deciſ. 856. num. 8. Rota diuer. deciſ. 538. num. 1. par. 1. & Surdus deciſi. 211. nu. 28. ſequitur quod
40 legatum ſit conditionale, hoc eſt ſi matrimonium ſequatur, & Bart. & clarius Caſtren. in d. §. Titio genero, num. 7. ver. Iſtam opinionem dixerunt nō ſufficere, quod iſta mulier, cui eſt factum legatū pro dote perueniat ad nubilem ætatem, ſed requiritur etiam, quod re ipſa nubat. Rota coram Illuſt. Blanchetto in Albanen. legitimæ, 23. Maij 1579. confirmata in deciſi. 715. diuerſorum, num. 12. pat. 1. Et de hoc ſunt tex. in l. hæc conditio, ff. de conditi. & demoſtrat. & in l. ſi pupillæ. ff. quando dies lega. ced. & iſta verba pro do
41 te ſunt de futuro, & important cauſam finalem, ut concludit Franc. Marc. in dict. deciſ. 856. num. 7. & ſequen. & cauſa finalis de futuro eſt eiuſdem effectus, cuius eſt conditio ſupra, num. 23. & 24.

42 Et in tantum eſt verum; quod legatum pro dote præfatis verbis conceptum ſit conditionale, ut extendatur etiam ad caſum, ſi fuerit legatum in ſubſidium nuptiarum; quia & illud eſt conditionale ſecundum Ange. in conſi. 392. num. 2. in fine & 393. in fine, & ideo uidemus in vrbe dotes, quas dāt loca pia in ſubſidium non dari niſi prius matrimonio ſecuto. Hac enim in materia, quicquid uerba ſonent, mens, atque intentio diſponentis ſemper attenditur, vt fuit multis authoritatibus confirmatum ſuperius hac 2. par. cap. 1. quæſt. 50. per totam.

43 Tamen legatum factum ab extraneo pro dote mulieris reſpectu certæ perſonæ cum

qua

qua iam ſunt contracta ſponſalia eſt purũ,
non conditionale. Bald. in l. ſi plures, nume.
25. C. de condit. inſert. Cuma. in dict. conſ.
107. in fin. & in d. §. Titio genero nu. 5. uerſ.
ſi autem ſponſalia Imola Eman. a Coſta Se
lect. interpr. circa conditiones lib. 2. c. 22. nu
me. 6. quia contractis ſponſalibus res habe
tur pro perfecta; & ſi legatum prius ſit con-
ditionale dicitur purificatum, & licet dos
non dicatur niſi matrimonio ſecuto, vt mox
44 deduximus; Tamen contractis ſponſalibus
large dicitur dos, ſaltem ſecundum commu
nem vſum loquendi; vt paſſim notant Do-
ctor. in rubr. ff. ſoluto matrimon. vbi Ripa.
numero 69.

45 Limita ſecundo non habere locum; quã-
do ex coniectura ta mente Teſtatoris colligi
tur; quod voluit præſtari legatum; etiamſi
mulier non nubat illi certæ perſonæ; Sicuti
quando legat Pauperi Puellæ quia tunc po-
tius intuitu paupertatis ſuæ; quam fauore il
lius viri dicitur legaſſe; vt ei nuberet; &
ideo illo viro mortuo poterit alteri nubere;
& legatum habere; quod ſecus eſt quando
legatum eſt factum Puellæ diuiti. Bald. in l.
legatum. C. de condit. inſer. Bald. nouell. de
dote Priuileg. 76. in fine par. 6. Didac. in ca.
nos quidem. nu. 11. ver. quinto inde colligi-
tur. &c. de Teſtamentis, & infra nu.

46 Verumtamen ſi ante nuptias decedat ip-
ſa Puella Legatum extinguetur; etſi fuerit
dictum pro maritanda; & relictum ab obli-
gatis dotare; vt determinat Franc. Marc. in
d. deciſ. 856. nu. 3. & 4. Iacob. Cuiac. lib. 7.
obſeruat. cap. 22. Emanuel a Coſta Select.
interpr. circa conditiones lib. 2. c. 22. nu. 11.
in fine, & nu. 12. & antea nu. 7. & ſecũdum
eos ad hæredes ipſius pro defunctæ Puellæ
non tranſmittitur.

47 Limita. 3. non habere locum, quando ſe-
cundum communem vſum loquendi illius
ciuitatis vbi cauſa agitur, dos dicatur etiam
illud patrimonium; quod habet mulier; vt
aliquando nubat, & ſic etiam ante matrimo
nium dos appellatur; Bart. in d. l. Titio cen-
tum. §. Titio genero. nu. 3. in fine. ff. de cond.
& demon. & in conſ. 200. Laurus de ſtat. ex
cluſ. fœmi. col. 39. Didacus in d. c. nos quidẽ
nu. 11. ver. quarto infertur &c.

48 Verum hoc non procedit in dote danda
vigore ſtatuti excludentis fœminas; quia
dos iſta non debetur pure; ſed ſub conditio-
ne ſi nuptiæ ſequantur, ſed cum diſtinctione
Pauli de Caſtro in d. §. Titio genero. num. 8,
verſ. ego pluries conſultus; quam copioſius
proſequitur in conſ. 25. per totum, & præci-
pue nu. 26. lib. 3. eum ſequuntur Soci. in con
ſil. 288. nu. 27. lib. 1. & in conſ. 127. nu. 5. &
ſequen. lib. 4. Didac. in c. 3. nu. 11. verſ. deci-
mo &c. de teſtamen. Purpurat. conſ. 19. nu.
9. Ceph. in conſ. 145. ſub nu. 9. & ſequẽ. lib.
1. Quod ſcilicet, ſi ſtatutum ſimpliciter ex-
cludat filias propter maſculos; & mandet il
las dotari; quod tunc dos non debeatur, niſi
ſequatur matrimonium; Si vero ſtatutum
excludat filiam dotatam; tunc dos debetur
pure, non autem ſub conditione; vt per Ca-
ſtren. vbi ſup. & allegatos eius ſequaces; qui
bus vltimo loco accedit Menochius in cõſ.
81. nu. 4. & diſtinctio. prima fuit dictum ap-
plicari ad ſtatutum vrbis excludens filias fę
minas ab hęreditate Patris inteſtati propter
maſculos dummodo frater germanus ſit pa
ratus dotare ſororem; quod ſcilicet debeat
intelligi deberi ſub conditione ſi nupſerit.
Gabriel. in conſ. 5. lib. 1. Rota diuerſorum
in deciſ. 540. per totã par. 1. & infra nu. 72.

49 Limita 4. non procedere, quando ex alia
coniectura appareat, quod alias erat etiam
conditione matrimonij non adimpleta reli-
cturus Bar. in d. §. Titio genero nu. 3. in fine.
Et eſt generale legatum non eſſe conditiona
le; quando Teſtator alias ſine cõditionis im-
plemento erat relicturus; quicquid dicant
verba præallegata ſuperius in hac 2. par. c.
1. quæſt. 20. nu. 7. & ſequen. & quæſt. 31. nu.
1. & clarius in quæſt. 29. ſub nu. 6. verſ. pro-
ut minus &c. & alibi ſæpe. Et quod alias nõ
50 erat relicturus in dubio tenetur probare hæ
res grauatus, præallegata ſuperius in hac 2.
par. c. 4. quæſt. 2. nu. 2. & 3.

Tertio caſu ſi extraneus faciat legatum
51 pro dote, vel cauſa dotis alicui certæ mulie
ri, pro contrahendo matrimonio cum perſo
na incerta; & adhuc ſecundũ Bart. in d. §. Ti-
tio genero, nu. 3. ver. ſed contrarium puto le
gatum erit conditionale ubi Caſtren. nu. 8.
& inter iſtum caſum & præcedentem nullã
Doctores ibi cõſtituunt differentiã ſequitur
Franciſ. March. in dict. deciſi. 856. num. 6. &
7. & in deciſi. 860. num. 1. & 2. nec non alij
ſupra in proximo præcedenti caſu allegati.

52 Quarto caſu ſi extraneus relinquat lega-
tum dotis perſonæ incertæ cauſa matrimo-
nij contrahendi cum perſona incerta, vt quã
do relinquit pro maritandis Puellis paupe-
ribus, & iſto caſu legatum eſt purum non cõ
ditionale, ut dicit Caſtren. in d. §. Titio ge-
nero

Digitized by Google

nero. nu. 8. quod antea determinauit Bart. in l.quibus diebus, §.ult.ff.de condit. & demonſt. vbi format iſtam quæſtionem, & vt ſupra reſoluit, quia non pendet tale legatũ ex aliquo futuro euentu, cũ ſemper ſint pau peres puellæ maritandæ, ſequitur Aretin. in §.incertis prope finem Inſtit.de legat. Franciſ.Mar.dict.deciſi.856. nu.10. Nec tale legatum ob incertitudinem perſonarum poteſt dici incertum, vt non debeatur Aret. & alij in d.§.incertis Rota diuerſor.deciſ.149.
53 nu.4. par.1.licet alias legatum relictum incertis perſonis, de incertis habeatur pro non ſcripto dict. §.incertis, vbi gl. Portius, Ang. Miſſing.& alii Inſtit.de legatis, l.2.ff. de his, quæ pro ut ſcrip.habet Cardinalis Mant.de coniect.lib.8.tit.4.num.20. Tamen hoc non procedit in caſu propoſito fauore piæ cauſæ per mox allegata, & per Cardinalẽ Manticam, ubi ſup. num.21.

54 Incertitudo autem illa eſt, quando Teſtator ipſe interrogatus non poteſt aliquid certi reſpondere ut declarant, gloſſ. 1.in dict. §. incertis. Portius. Aret.& Miſſing. litera B.

55 Et executor habens facultatem eligendi ad tempus, vel ſub conditione, dummodo poſt tempus, vel in defectum conditionis eligat æque pauperes puellas id facere poteſt, & alia multa, de quibus per Simonẽ de Pretis de Interpr. vlt. vol. lib. 5. dubitat.2. num.90.& ſequen. folio mihi 490. vbi dicit quod poteſt eligere etiam proprias filias, & ſe ipſum ſi eſt pauper, quoties legatum eſt per ipſum inter Pauperes diſtribuẽdum ſub n.87.eſſe quem, vbi adducit infinitos Doct.

56 Quinto caſu ſi extraneus relinquit dotẽ pro muliere maritanda, & in hoc Doctores ſunt diuerſi, Nam Bart.in d.l. Titio centum, §.Titio genero.num.7.verſi. ſed ſi relinquitur, ff.de condit.& demon. tenet quod legatum huiuſmodi ſit purum, quod idem dicit ibi Cuman.num.6.Bald.in l.ſancimus, C.de nuptiis. Laurus.de ſtatu.exclud.fem.col.39. Brunus eod.tract.artic.10.nume.52. in fine Crauetta in conſi.101.col.1.verſ.2. quia & Franciſ.Marc.deciſi.856.num.8.deciſ.858. num.2.& deciſi.860.num.7.par.1.quo loco determinat, quod ſi talis mulier decedat ante matrimonium, quod non ideo legatũ huiuſmodi, & ſi ſit purum ad hæredes trãſmittat, cum in eo inſit modus finalis, quatenus nubat; & ideo effecta nubilis ætatis poteſt petere, præſtita tamen cautione de nubẽdo, vt dicitur in dictis locis, & ideo hoc uidens Caſtrenſis in dict. §. Titio genero, num. 8. uerſi. item &c. dicit quod intentio legantis fuit legatum expendi debere in ipſam matrimonii dotem, non in alias expenſas nuptiarũ; maxime in eam cauſam, quæ ſolet matrimonium præcedere, quod aliquando non contrahitur, ut ideo ſiue purum ſit, ſiue modale, ſiue conditionale, in actu ipſius matrimonii ſit ſoluendum; ne cõtingat in aliam cauſam erogari contra principalem intentionem relinquentis, vt videntur concludere omnes prælegati, & Franciſ. Marc. in dict. deciſ. 866.num.7.dum firmat quod per Puellam nubilis ætatis effectam poſſit peti, exigit ab ipſa cautionem de nubendo cum illo legato, vt in aliam, quam matrimonii cauſam non valeat erogari, ut uoluit etiam Caſtren. ubi ſupra.

Sexto caſu ſi extraneus reliquit ſimpliciter
57 legatum alicui Puellæ, & demum in parte executiua Teſtamenti apponat clauſulã, quod legatum illud eidem Puellæ præſtetur cauſa dotis, & hoc caſu legatum dicitur purum iuxta, conſ. Crauettæ. 101.num.1. Angel.conſ.392.Pierus olim &c.num.2. Alex. in conſ.55.nume.2.lib.2. Crauetta ſequitur Didacus in ca.nos quidem, nu.11.uerſ. Tertio inde conſtat &c.de teſtamen. Socin. ſen. conſ.92.col.8. verſic.ſed dicet aliquis lib.1. Bald.in conſi.286.ſuper primo puncto.uerſ. ſuper tertio li.3.quos eſt ſequutus Crauetta in dict.conſi.101.num.1.uerſ. Primo quia illa &c.

58 Septimo caſu ſi extraneus legat pro dote, uel cauſa dotis, cum conditione, quod muliere legatariam mortua; dos illa ad alium perueniat, & iſto caſu dos præſumitur pure relicta quoad matrimonium, quod noluit expectari ſi mors illam in nuptã præueniat. Socin.in conſi.92.num.9.verſi.quarto probatur &c.lib.1. Crauetta in dict. conſi. 101. col.1.verſic. tertio Bart. Sed facit dubium, quod Teſtatore videtur intellexiſſe; quod muliere nupta decedente legatum dotis vadat ad alium; non autẽ decedente in nupta.

Secundo vero caſu principali ſcilicet; ſi legatum ſit relictum ab Auo Patre; ſeu alijs obligatis dotare, filiam; Neptem; ſeu alias fœminas, & ſecundum Caſtren.in d.l.Titio centum. §. Titio genero nu.6.ff.de condit.& demonſtr. eſt iterum diſtinguendum; Aut enim verſamur in terminis diſpoſitionis iuris communis, quo Pater tenetur filiæ relinquere legitimam; Aut in terminis ſtatuti mu-

Digitized by Google

ti municipalis; quo ſtantibus maſculis fęmi-
na non ſuccedit, ſed excluditur. Primo caſu
iterum eſt diſtinguendum; Aut enim Pater
59 reliquit legatum filiæ pro dote reſpectu ma-
trimonij contrahendi cum certa perſona, &
eſt conditionale ſecundum Bart. in d. §. Ti-
tio genero nu. 4. & cæteros ſcribentes ibi.
60 Si ſimpliciter Pater reliquit pro dote; &
etiam reliquit ipſi filiæ legitimam; & in hoc
caſu non eſt differentia inter Patrem; & ex-
traneum, & ſic legatum reſpectu dotis erit
conditionale, vt docuit Bart. in d. §. Titio ge-
nero. num. 4. verſ. Si vero &c. ſequitur An-
char. in conſ. 323. Iſta omnia in princ. Soci.
iun. in conſ. 134. nu. 14. lib. 1. & antea Bald.
in conſ. 248. Quidam dicunt lib. 4. dum di-
cit eſſe purum vſq; ad legitimam; & vltra
legitimam conditionale; & ex Bart. in l. qui
negoriationem. §. pupillo, ff. de adminiſtr. tu
tor. idem determinat Franciſ. Marc. in deciſ.
860. num. 3. & 5. lib. 1.
61 Sed ſi Pater legat ſimpliciter filio cauſa
dotis, eiq; legitimam non reliquit; & tunc
legatum cauſa dotis eſt purum, vt dicunt
præallegati Doctor. & Alex. in conſ. 77. lib.
5. Socin. ſenior. in conſ. 92. nu. 8. lib. 1. Ruy.
in conſi. 53. num. 12. lib. 2. & in conſ. 51. nu.
9. lib. 4.
62 Nam Pater dicitur filiæ reliquiſſe dotem
loco legitimæ; quam ad ſaluandum teſta-
mentum ne redderetur nullum, erat relictu-
rus; vt dicit Bartol. & cæteri allegati ſupra;
in cuius locum ſuccedit legatum; & in eam
imputatur l. quoniam nouella. & l. omnimo
do. §. fin. C. de Inoff. teſtam. Bart. in l. in quar
tam nu. 10. ff. ad l. Falcid. Theſau. deciſ. 195.
per totam. Rota diuer. deci. 202. nu. 20. par.
2. & ipſa legitima ſine onere, & conditione
63 relinqui debet l. quoniam in prioribus, C.
inoffic. teſtament. & ideo eſt dicendum Pa-
trem ab initio filiæ dotem pure reliquiſ-
ſe; Nec releuat quod dixerit pro dote;
64 cauſa dotis, vel reſpectu matrimonii,
quia illud eſt conſilium, & monitio quæ-
dam, ut filia ſe cum illo legato nubat. l.
muto. §. hanc autem, ff. de tutelis, leg. ſi
extraneus in princip. ff. de condit. ob cauſ.
vlterius cum huiuſmodi legatum ſit factum
in diem incertum; nempe in tempus nuptia-
rum, fauore filiæ cui Pater legauit, non facit
conditionem, l. Seius ſaturninus, ff. ad l. Fal
cid. & in terminis Socin. ſen. In d. conſil. 92.
col. 8. verſi. confirmatur hoc &c. li. 1. Alban.
conſi. 19. num. 28. & in conſi. 21. num. 4. Et
65 conſequenter ipſum legatum trãſmittit ad
hæredes per notata ſuperius in hac 2. par. c.
1. quæſt. 26. in princip.
66 Et hoc procederet etiam quod tale lega-
tum excedat legitimam de iure debitam, ut
etiam reſpectu illius exceſſus dicatur purũ
ſecundum Bart. in dict. l. Titio centum, §. Ti
tio genero. num. 4. verſic. & intelligitur hoc
&c. ff. de condit. & demonſt. ſequitur Socin.
ſen. in dict. conſi. 92. num. 8. lib. 1. Laurus in
tract. quod ſtantibus maſcul. part. 3. nu. 22.
Ruyn. in conſi. 53. nume. 12. & in conſi. 74.
num. 19. lib. 2. Pariſ. in conſi. 25. num. 58. li.
1. Didacus, quia dicit communem in c. nos
quidem, num. 11. verſi. Octauo a mente &c.
de teſtamentis. Et ratio eſt ſecundum Barto.
67 quod eadem res legata non debeat diuerſo
iure pure ſcilicet, & conditionaliter cenſeri,
l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupi. l. eum qui
ædes, ff. de vſucapio. ſed contrarium tenue-
runt Bald. in dict. conſi. 248. & 249. lib. 2. &
alii relati per Gabriel. in conſi. 116. nu. 13.
lib. 1. & ſupra, n. 60. uer. ſi ſimpliciter. Pater.
68 Prærerea Pater admodum diues, qui alias
erat filiæ omnino dotem relicturus pure,
non autem ſub conditione cenſetur reliquiſ
ſe, Socin. ſenio. in conſi. 92. num. 8. verſi. pro
hac opinione lib. 2. quem ſequitur Menoc.
in conſi. 151. num. 36. lib. 4. facit non in diſ-
ſimili caſu Crauetta in dict. conſ. 101. col. 1.
verſ. quarto alia, &c. dum dixit quod ſi fra-
ter legauit ſorori dotem pure, pariter & filia
bus ſororis ob eamdem ſanguinis coniun-
ctionem præſumitur pure legaſſe.
69 Si Pater reliquit dotem filiæ, & manda-
uit, quod ſtaret relicta dote tacita, & conten
ta hoc caſu præſumitur pure legaſſe, Ancha.
in conſ. 232. col. vlt. Socin. ſen. d. conſil. 92.
col. 8. ver. adducit etiam li. 1. & Soc. iunior.
in conſi. 134. numer. 26. in fine libr. 1. quia
ſecundum eos Pater videtur pro legitima
hoc caſu reliquiſſe: & conſequenter ſine one
re: quia id non patitur legitima. l. quoniam
& l. omnimodo C. de inof. teſta. Rota diuer.
deciſ. 61. nu. 1. par. 1.
70 Et Si Pater relinquat dotem filiæ; & inte
rim alimenta; & tunc dotem ſicut alimenta
pure reliquiſſe cenſuerunt Anchar. in conſi.
323. verſ. ſed vlterius, & Menoch. in conſi.
251. nu. 41. Cõtrarium exiſtimarunt Saly.
in l. ſancimus. col. vlt. verſ. tertio ad quæſtio
nem &c. C. de nuptijs Bald. nouell. de dote
par. 6. priuileg. 17. col. 4. verſic. & ex prædi-
ctis ſequitur &c. Et cum dos; & alimenta

Vu ſint

ſint duo legata diuerſa; & alimenta ſint reli-
cta interim præſtanda donec veniat tempus
ſoluendæ dotis, credo cum Saly. & Bald. no
uello quod debeantur diuerſo iure; alimen-
ta ſcilicet pure, & dos ſub conditione, ob tē-
poris diuerſitatem; quæ facit præſumere di-
uerſitatem factorum per allegata per Eue-
rardum in loco a diuerſitate temporum.

71 Si Pater habēs plures filias omnibus legaſ
ſet dotem; & viuens vna cum dote nupſiſſet;
aliæ pure debent legatam dotem conſequi;
ne detur inter ipſas inæqualitas, Anchar. d.
conſ. 323. verſ. Item poſtquam Socin. ſen. in
conſ. 92. col. 7. verſ. vltra adduco lib. 1. Me-
noch. in d. conſ. 251. nu. 38. & nupta cum do
te a Patre viuente nō conſequetur amplius
legatum dotis l. filia legatorum 11 vbi Bal.
Salyce. & Alex. C. de legatis, Curtius iun. in
l. quoties nu. 50. C. quando non peten. part.
Decius in conſ. 81. nu. 6. Didac. in ca. officij
nu. 10. de teſtamen. facit l. ſi cum dotem. §.
ſi Pater. ff. ſolut. matri. vbi Alex. nu. 4. & Au
the. præterea. vbi Doct. C. vnde vir. & vxo.
& probatur in l. Lucius la 1. ff. de legat. 2. &
ita tenent communiter Doct. vt inquit Cor.
in conſ. 230. nu. 2. lib. 4. & hanc probarunt
Bart. Bald. Ang. Salyc. Caſtren. Alex. Iaſ. &
Decius, quos refert Pariſ. in conſ. 60. nu. 33.
lib. 2. Ruyn. conſ. 223. nu. 4. lib. 1. & in conſi.
82. nu. 7. lib. 2. Socin. iun. in conſ. 79. nu. 18.
lib. 3. Bero. conſ. 46. nu. 8. lib. 2. Phanuc. de
dote glo. 8. nu. 43. Campeg. de dote part. 1.
quæſ. 37. & hanc bis tenuit Rota in Montiſ-
faliſci dotis. 19. Ianuarij 1601. coram Reue.
Mellino.

An autem per ſolutionem partis factam
in vita cenſeatur ademptum legatum dotis
maioris ſummæ vel ne; & an debeatur reſi-
duum: & Dyn. in l. Lucius Titius 22. ff. de
legat. 2. tenet cenſeri ademptum; & quod ni
hil debeatur, & ibi ſequitur Caſtren. nu. 4.
Cum. Imo. & Campeg. de dote par. 1. q. 36.
Oldradus vero Bald. Ang. & Iaſ. tenent con-
trarium in l. filia legatorum. C. de legatis
quod ſcilicet reſiduum non cenſeatur adem
ptum; & debeatur; quia pars remanens in le
gato non cenſetur adempta l. ſi ex toto. ff. de
legat. 1. §. ſi rē Inſtit. de legatis Rimin. conſ.
220. nu. 2. & Implementum pro parte non
facit ceſſare legatum; ſed illud confirmat, l.
ſi iam facta l. conditionum. ff. de conditi. &
demonſt. Dida. in c. officij nu. 10. de teſtam.
Et ego hoc idem procedere affirmari in obli
gato dotare eccleſiam, cui legatum relique-
rat, & ipſo uiuente dotem dederat, ut ſcilicet
legatum Eccleſiæ non debeatur, in Roma-
na legati, & Donationis pro Illuſtr. D. Mar-
chione Saluiato contra eccleſiam S. Iacobi
incurabilium: & in eadem cauſa eiuſdē opi
nionis fuerūt D. Hieronymus de Rubeis, &
D. Gerius Spinus.

Si vero verſamur in terminis diſpoſitio-
nis ſtatuti municipalis, quo filia excluditur
maſculo exiſtente, & eſt iterum diſtinguen-
dū, Aut enim ſtatutū dicit, quod ſtātibus ma
ſculis fœminæ nō ſuccedāt, ſed dotētur. Aut
dicit quod filiæ dotatæ nō ſuccedant cū ma-
72 ſculis, Primo caſu ſecundū Caſt. in d. l. Titio
centum §. Titio genero, nu. 8. verſi. ego plu-
ries, & c. ff. de cōdi. & demo. fœmina excludi
tur a maſculo, & illud qđ debeat dotari, in-
telligitur ſub cōditione ſi maritabitur, & tūc
ei non debetur legitima, & cenſetur tanquā
extranea; vt etiam dixit ibi Bart. nu. 7. verſi.
ad quæſtionem propoſitam; & ratio eſt, quia
etiam ſi Pater nihil ei relinqueret pro dote,
tamen non ſuccederet cum maſculo, quia
iſte actus dotationis poteſt exerceri a maſcu
lo fœminam excludente, Cum enim dotatio
fieri poſſit ab alio, quā a Patre legitimæ de-
bitore, apparet dotem illam non ſuccedere
loco legitimæ, & per conſequens non debe
ri pure, ſed ſub conditione, ſi maritabitur, ut
per Caſtren. in conſi. 9. & 16. lib. 1. Ruyn. in
conſi. 51. nu. 11. lib. 3. Pariſ. in conſi. 35. nu.
5. lib. 3. & Ceph. in conſi. 145. nu. 19. & 20.
lib. 1. Caſtren. in conſi. 25. per totum & nu.
26. lib. 3. & ſupra numer. 48. citantur alii, &
Rota diuer. deciſ. 538. & 540. p. 1. & iſte ca-
ſus applicatur ad ſtatutū Vrbis excluſiuū fœ
minarū maſculo exiſtēte; & dotare eligēte.

Limitatur. 1. non procedere, ſi Pater reli-
73 quit filiæ dotem honorabili inſtitutionis ti-
tulo, tunc enim, & ſi Pater non ſit propter
ſtatutum aſtrictus ſic relinquere, cenſetur ta
men quod voluerit pure relinquere, vt te-
net Alexand. in conſi. 131. lib. 1. eum ſunt ſe
cuti Iaſon. in conſil. 105. in fine & in conſil.
171. col. penult. in fine libro 4. Alciat. in leg.
ventre. numero 26. ff. de acquir. hæred. Hoc
idem ante Alexand. tenuit Abbas in conſil.
91. Illud indubitati, colum. 2. verſicu. & hæc
interpretatio & c. lib. 2. Socin. iun. in conſil.
134. nu. 21. lib. 1. facit doctrina Caſtren. in l.
quoniam C. de iure deliber. & iſtam ſenten-
tiam cōprobat validiſſimis rationibus Ale.
in d. conſ. 131. lib. 1.

74 Limitatur ſecundo non habere locum. Si

Pater

Digitized by Google

Pater in legato ſit vſus verbis præteriti temporis; vt quia dixit; quod dotauit; quia tūc dicitur pure legaſſe; & hoc idem eſt ſi reliquit dotem filiæ Pupillæ; quia tunc non dicitur conſideraſſe tempus nuptiarum, vt per Corn. in conſ. 40. nu. 15. lib. 3.

75 Secundo caſu, ſi ſtatutum dicat, quod filia dotata non ſuccedat cum maſculo; & tunc ſi Pater reliquit dotem, illud legatum dicitur purum: quia ſi eſſet conditionale, filia nō poſſet dici dotata; & conſequenter non eſſet excluſa; quia ſtatutum incipit a dotatione, & per eum excluſionem inducit: & ideo in propoſito caſu antequam excludatur, debet eſſe dotata de tempore excluſionis, Caſtren. in d. §. Titio genero nu. 8. & in conſ. 6. verſ. nam tunc lib. 3. & conſequenter pure, quia conditionalis actus non eſt actus l. ſi quis ſub conditione, ff. ſiquis omiſ. cauſ. teſta. & conditio nihil ponit in eſſe præallegata ſuperius in par. 1. c. 88. nu. 3. & ſequen. quia poteſt eſſe quod conditio non exiſtat; & quod filia careat dote; quod dici non debet. Nam cum actus dotationis ſit ante excluſionem neceſſarius; non poteſt fieri niſi a Patre; qui cum dotem dat, eam dicitur dare loco legitimæ: vt in ſpecie Pariſ. in conſ. 53. num. 76. in fine lib. 3. & legitima non recipit onus: nec conditionem, l. quoniam & l. omnimodo. C. de inoff. teſta. & ita pure relicta præſumitur & hanc ſententiam probarunt Brunus in Tract. quod ſtan. maſ. art. 11. quæſt. 3. Dida. in c. nos quidem col. penul. verſ. Decimo ex præmiſſis & c. de teſtamen. Corneus in conſ. 40. nu. 12. verſ. his tamen lib. 3. Socin. iun. in conſ. 75. nu. 10. verſic. Vnde ſtatutum, & nu. 11. li. 3. in terminis ſtatuti Ferrariæ; ſub rubrica quod fęmina deſcendens ſit contenta &c. & hanc ſententiam comprobat Caſt. in conſ. 5. ſup. eo de quo quæritur, lib. 2. Alex. in conſ. 13. nu. 11. & 12. lib. 3. Socin. ſen. in conſ. 288. col. 13. lib. 2. Brun. art. 11. nu. 34. & 79. vbi ſup. late Menoc. in conſ. 251. n. 47 & ſeque. lib 3. & Ang. in conſ. 349. conſultatio hæc. nu. 2. dicit quod ſtatutum excludens filiam dotatam, intelligit quod dos ſit pura, & dicit eſſe differentiam, mulierem eſſe dotatam, & dotem eſſe, Dos enim non eſt niſi ſubdit matrimoniū, vt ſup. diximus, ſed dotata dicitur antequam nubat, cum ſola dotis aſſignatio ſufficiat. Hoc idem comprobāt Iaſ. in l. quoniam in 4. li. nit. C. de inoffi. teſt. Pariſ. in conſi. 36. num. 5. & 6. libr. 3. Socin. ſen. in conſi. 288. num. 27. lib. 2. in terminis ſtatuti Florentini Ceph. in conſi. 145. nu. 19. & 20. lib. 1. ſed Pariſi. non recordatus de dictis ſupra in dict. conſi. 36. dicit contrarium in conſi. 110. col. 1. lib. 4.

76 Et quod ſit purum, eſt maxima utilitas quia ſtatim peti poteſt ſine aliqua cautione de nubendo, Bar. in dict. l. Titio cētū. §. Titio genero, num. 2. in fine, ff. de condit. & dem. vbi Caſtren. num. 7. verſi. circa primam. Roma. in conſi. 134. num. 2. Alexand. in conſil. 55. num. 2. lib. 2. Pariſ. in conſi. 25. num. 58. lib. 2. Bald. nouel. de dote in 6. parte priuil. 76. num. 2. uerſi. & iſta inueſtigatio. Si uero eſt conditionale, non poteſt peti antequam nubat, & ſic ante euentum conditionis l. cædere diem, ff. de condit. & demon. cum aliis allegatis ſupra in 1. par. capit. 7. per totum. Et ſi interim moreretur, legatū deficeret, & remaneret apud hæredem teſtatoris, non autem ad ſuos proprios hæredes legataria trāſmitteret, vt dicunt præallegati Doct. & Frāciſ. Mar. in deciſi. 856. nume. 13. & 14. & in deciſi. 860. numer. 7. & melius in dict. deciſi. 856. nu. 9. Emanuel. a Coſta Select. interpr. circa conditiones lib. 2. cap. 22. nume. 11. & 12. etiam in modo perſonali ab hærede legatarij inexplicabile per allegata ſupra in cap. 3. quæſt. 7.

Et hoc habet locum etiam in legato relicto Puellæ cum monachabitur; Nam ſi ante monachationem decedat, non trāſmittit ad ſuos hęredes Bereous in conſi. 28. num. 5. li. 1. & in legato relicto Puellæ pauperi, Nam & ipſum ante matrimonium decedente legatum apud hæredes Teſtatoris remaneret Bald. Nouell. de dote p. 6. priuileg. 77. nu 2.

77 Verum quando legatum dotis eſt ſub modo debeatur, an ipſo modo deficiente deficiat legatum? Et licet ſuperius in aliquibus locis dixerimus deficere; Tamen cum id nō ſit ſemper indiſtincte verum, duximus ideo hic eſſe hoc pacto diſtinguendum, Aut enim modus eſt nudus non habens efficaciā, quia adiectus in fauorem ſolius legatariæ, qui quidem dicitur impulſiuus; vt in l. Titio centum in princ. ff. de condit. & demo. Socin. in l. quibus diebus. §. Termilius nu. 7. ff. eod. & tunc ipſo deficiente non deficit legatum. l. ſi fundum, §. Iulianus ff. de legat. 1. vbi Bar. Franciſ. Marc. in d. deciſ. 856. nu. 4. & ſequē. Aut modus non eſt nudus: ſed cum cauſa: quia adiectus ad alicuius tertij fauorem; ad neceſſitatem, vel ad honorem teſtatoris; qui dicitur mixtus; & iterum diſtinguendum eſ

ſe puto: Aut enim talis modus mixtus defi-
cit caſu, & fortuna: nō autem facto alicuius,
& habetur pro impleto, & non facit defice-
re legatum. Accur. in l. ſi Titio ff. de legat. 1.
& in l. ſi Titius ff. de conditio. & demoſt. vbi
etiam Bart. & Caſtren. in l. in teſtamento, la
2. in fine ff. eo. Alex. in l. 1. nu. 5. C. de inſtit.
& ſubſt. vbi Corn. col. penult. Alberic. num.
7. Homod. nu. 11. & communem dicit Iaſ.
in d. l. ſi Titio nu. 8. ff. de legat. 1. Socin. in l.
ſi Titius col. 2. ver. nec tex. ff. de condi. & de-
monſt. & hoc probatur per tex. in l. quæ ſub
conditione. §. quoties. verſic. idem eſt etſi, ff.
eod. & in d. l. ſi Titio. & in l. Pater. §. Tuſcula
nus, ff. de legat. 3. Et hanc tanquam commu
nem amplexus eſt Eman. a Coſta. Select. in-
terpr. circa conditiones lib. 2. c. 22. nu. 7. Ni-
ſi tamen appareat teſtatorem voluiſſe mo-
dum omnino impleri; quia tūc ipſo non im-
pleto deficit legatum; vt conditione ipſa nō
impleta per allegata ſuperius in hac 2. parte
c. 1. quæſt. 50. per totum.

Aut modus mixtus deficit facto, & culpa
eius, in cuius perſonam erat implendus: &
hoc caſu pariter habetur pro impleto l. 1. C.
de his quæ ſub modo. vbi Corneus poſt a-
lios. nu. 3. & idem in l. 1. nu. 31. C. de inſtit.
& ſubſtit.

Si vero modus mixtus deficit culpa lega
tarij; qui eum debet implere, & tunc non
habetur pro impleto; & legatum deficit d. l.
1. C. de his, quæ ſub modo arguendo a ſen-
ſu contrario: vt facit in ſpecie ibi Corne. nu.
3. Socin. in l. quibus diebus, §. Termilius nu.
14. in fine, & num. 15. ff. de condit. & demo.
Si modus ſit talis: qui non poſſit per hæredē
legatarij impleri, legatario decedente ante
implementum deficit legatū vt per Eman.
à Coſta vbi ſup. nu. 11. & 12. Franciſ. Marc.
in dict. deciſi. 856. ſub num. 10. uerſic. niſi eſ
ſet talis modus, eſt quod comprobatur mul
tis authoritatibus ſupra in cap. 3. quæſt. 7. in
princip. Nec eſt omittendum, quod legatum
78 relictum pro dote filiæ præfertur, & detra-
hitur ante omnia legata tamquam æs alie-
num, Bart. in le. 2. §. ſi ſponſa, ff. de priuileg.
credit. vbi dicit, quod relictum pro dote fi-
liæ nupturæ detrahitur ante alia relicta, Bal.
in l. 2. circa finem. C. de lib. prætor. & in le.
Papinianus, §. unde ſi quis, ff. de inoffi. teſta.
Alexand. conſi. 35. num. 12. lib. 4. Soc. conſ.
82. num. 36. lib. 4. & conſi. 75. in fine libr. 3.
Pariſ. conſi. 25. numer. 41. lib. 2. Gabr. conſi.
11. nu. 10. & conſ. 116. nu. 41. lib. 1. Caulus
per legitima. tit. legitima eſt quota bonorū
illatione. 11. nu. 36. Rub. Alex. conſ. 156. nu
me. 7. Brunus de ſtatut. artic. 13. num. 32. &
nu. 33. & de Menoch. conſ. 12. nu. 25. lib. 1.
Gabr. de legitima concluſ. 2. nu. 2. & ſi bo-
na non ſufficiant pro cæteris legatis; quia
onus dotandi pertinet ad Patrem l. qui libe-
ros, ff. de ritu nupt. ſequitur Ripa in d. §. ſpō
ſa nu. 13. Et licet Bart. ibi non loquatur ex-
plicite in legato; tamen eum ibi ita intelle-
xit Caſtren. nu. 4. dicēs quod legatum factū
filiæ pro dote deducitur ante alia legata tā-
quam æs alienum & idem dicit de legato
79 ad pias cauſas; quia non ſubiacet falcidiæ
Bald. nouell. in l. 1. num. 471. ff. ſolut. matr.
vbi dicit eſſe notandum; quod legatum do
tis præfertur cuicumq; alio, & non patitur
diminutionem falcidiæ & ita etiam conclu-
dit Roland. in conſ. 25. nu. 21. lib. 4. vbi alle
gat Alex. & Nattam; & dicit quod ſi hære-
ditas non eſt ſoluendo; legatum dotis nihilo
minus integraliter debetur ante omnia alia
legata, & ita declarat l. in teſtamēto. §. apud
Iulianum, ff. de legat. 1. & ita reſpondet ad
l. quærebatur, ff. ad l. Falcid. & hoc eſt notan
dum, quia Caſtren. & Iaſ. in l. 1. C. commu.
de legati non ſunt recordati de hac deciſio-
ne pro declaratione ſui dicti.

SVMMARIVM.

1. *Diſpoſitio potius præſumitur pura; quam modalis, in diem, conditionalis, vel pœnalis.*
2. *Conditio eſt quid facti, & facta non præſumuntur.*
3. *Conditio ex natura rei aliquādo præſumitur.*
4. *Conditio præſumitur ex diſpoſitione legis.*
5. *Conditio colligitur ex verbis, & mente.*
6. *Dies potius quam conditio præſumitur.*
7. *Modus potius quam conditio præſumitur.*
8. *Conditio potius quàm pœna præſumitur.*
9. *Pœna non præſumitur niſi expraſſe legatur, & de ea actum ſit.*

Caput VI. Quæſt. 2.

SVpra in ca. 1. quæſt. 20. diſputatum fuit
An legatum in dubio præſumatur reli
ctum potius in diem, vel ſub modo, quā ſub
conditione? Modo occurrit videre, An di-
ſpoſitio quælibet in dubio præſumatur pura,
modalis, in diem; pœnalis; vel potius condi-
1 tionalis? & eſt dicendum potius eſſe præſu
mendam puram, quàm conditionalem l.

omnia

omnia.ff.de lega.3.l.omnibus,ff.de reg. iur.
Oldr.per illa iura in conſ.114.nu.3.Bald.in
conſil.58.in reſtitutione dotis. Ruyn.in l. 3.
nu.12. & in leg. ſtichum qui meus,num.11.
in fine,ff.de legat. 1.& in l.Auia, nu.3.ff.de
condit. & demonſt. Tiraquell.in l.ſi unquã,
in verbo libertis,num.19. uer. Similiter ſta
tuit,C. de reuocand. donat Quod compro-
bat text.in leg.ſi Titius mihi,§.vlt. ff. de le-
gat. 1.& text.in dict.leg.omnia, ff.de legat,
2 3.Nam conditio dicitur eſſe quid facti, l.qui
hæredi,ff.de condit.& demonſt.& quæ ſunt
facti non præſumuntur,leg.in bello.§.factæ
ff.de capt.& poſtlimi.reuer.le.quæcumque,
§.de publi.& le.denique,ff.ex quibus cauſ.
maior.leg.unica,C.de mandat.princip.leg.
1.C.de probat.leg.aſſeueratio,C.de non nu
mer.pecu.leg.ſi emancipati, C.de collat.ca.
cum in iure peritus de offic. delegati Roma.
conſi.509.num.24.& 25.Caſtren.in l.illud,
nnm. 7.C.de ſacroſanct.eccleſi.& ideo con-
ditio, vt quid facti non eſt in diſpoſitione
præſumenda.

3 Limita,1.hoc non procedere,ſi natura ip-
ſius rei conditionem ſignificet,ut ſi Teſtator
leget alicui fructus naſcituros, partum An-
cillæ, & ſimilia.Nam licet iſta, & ſimiles di
ſpoſitiones ſint puræ,ex verborum ſono.Ta
men ex natura rerum legatarum ſunt con-
ditionales,ſi fructus,ſi partum naſcentur, l.
1.in fine,ff. de condit. & demonſt. Doct. in
leg.Interdum,ff.de verbor. oblig. & ſolent
ſimiles conditiones apellari extrinſecæ, vt
per Bart.in leg.conditiones extrinſecus,nu.
1.ff.de condit.& demonſt.de quibus ſup.pa.
1.cap.2.num.27.& 28.& hac part.2.cap.1.
quæſt.6.

4 Limita 2.non procedere ſi lex in actu, &
diſpoſitione conditionem ſubintelligat, illa
enim omnino præſumitur,l.Titio,§.quædã,
ff.quando dies legat.ced.Bart.in le.multum
intereſt,num.1.ff.de condit.& demonſt.vbi
Socin.num.1.Iaſ.in l.3.nume.10.& cæteri,
ff.de legat.1.& iſta appellatur tacita a Bald.
in rub.C.de inſtit.& ſubſtit.de qua ſupra ca.
3.num.8.& ſequen.par.1.

5 Limita,3.non procedere, ſi ex uerbis, &
mente Teſtatoris conditio colligatur, Bald.
vbi ſupra num.1.per text.in leg. ſticchum,
qui meus,ff.de legat.1.& per allegata ſupe-
rius in cap.1.quæſt.50.

6 Si dubitatur an dies, vel conditio adije-
cta præſumatur?& potius diem;quam con-
ditionem adiectã præſumi ultra relatos ſu-
pra in cap.1.quæſt.20.dixerunt Nicholaus
de Neapoli,& Caſtren.quos ſequitur Ruy.
in l.3.num.12.Alciat.nume.3.ff.de legat.1.
& hoc comprobatur per tex. in leg. ſi Titio.
§.quædam, ibi, nam hoc legatum in diem
erit,non ſub conditione, ff.quando dies le-
gat.ced.& quid legatarijs interſit uide in d.
quæſt.20.

7 Si dubitatur an ſit modus, vel conditio,
& in dubio præſumitur modus per allegata
dict.quæſt.20.num.4.quibus accedat Aret.
in conſi.149.in fine Socin.in leg.1.in 2.no-
ta.ff.de condit.& demonſt.Crauetta in con-
ſil.59.num.1.Rota diuer.in deciſi.39. num.
5.li.1.quod procedit,& ſi fuiſſet dictum ſub
hac conditione per allegata ſuperius in cap.
1.quæſt.50. per totum quibus accedat Ro-
ta diuer.in dict.deciſi.39.nu.1.& Sarmien.
Select.interpt.lib.2.ca.3.nu.5.Ruy.in con-
ſi.127.num.2.lib.1.Et hæc iure maxime in
tereſt, cum magna ſit differentia inter mo-
dum,& conditionem,ut ſupra in 1.par.cap.
102.num.4.notauimus.

8 Si dubitetur An pœna,vel potius condi
tio ſit appoſita,& in dubio potius conditio
nem,quam pœnam appoſitam fuiſſe eſt præ
ſumendum,arg.leg.2.ff.de his quę pęn. no-
mi.leg.merito.ff.pro Socio. & leg. quoties,
ff.de rebus dubijs.

9 Nam pœnæ locus eſſe non debet, niſi ex
præſſo iure cautum legatur,leg.at ſiquis, §.
diuus,ff.de relig.& ſumpt.fun. Menoch. d.
præſumpt.lib.3.præſumpt.144.nume.2.&
7.Vel niſi expræſſe ita actum ſit inter partes
vel diſpoſitum in legatis,arg.dict. §.diuus,
& §.cum igitur Auth. de non eligen. ſecun-
do nub.Menoc.de Arbitr.caſu.276. in prin
cip.& dict.præſumpt.num.7.& concordan
tes adducit Surdus in deciſi.7.num.23.licet
ab hac ſententia, quando extant contrariæ
coniecturæ, recedat ibi ex Alexand. in leg.
ita ſtipulatus la grande col.fin.uerſi.fuit alia
opinio,ff.de verborum oblig.Ruy.conſ.10.
num.5.lib.2.Pariſ.conſ.19.nu.138.lib.2.&
alijs,quos adducit ſub nu.24.25.& ſequen.

S V M M A R I V M.

1 *Mens præcipientis eſt ſemper attendenda.*

2 *Conditio aſſumendi nomen debet impleri ante emolumentum.*

3 *Præceptum aſſumendi nomen eſt conditio præciſe implenda.*

4 *Præce-*

4 *Præceptum quod Titius aſſumat nomen,& ſit hæres eſt conditio.*

5 *Præceptum aſſumendi nomen iniunctum poſt inſtitutionem eſt modus.*

6 *Conditio appoſita donationi perfectæ dicitur modus.*

7 *Præceptum aſſumendi nomen ſi dubius eſt modus.*

8 *Præceptum aſſumendi nomen eſt implendum ſtatim.*

9 *Modalis diſpoſitio aſſumendi nomen in primis efficitur conditionalis in ſequentibus.*

10 *Modus cohærens perſonis adimpletus tranſmittitur: non autem adimplendus.*

Caput VI. Quæſtio 3.

SVpra in 1.par.c.55. indiſtincte notatum
dimiſimus Præceptum aſſumendi no-
mẽ cognomẽ,& inſignia Teſtatoris inter cō-
ditiones prorſus præciſe implendas dinume
rari,eiq; ideo omnia cōuenire;quę conditio
nibus ipſis cōueniūt;Nūc vero quęrēdū du-
ximus, An id ſemper,& indiſtincte verū ſit?
1 & in hac re diſpicienda mens potiſſimum
ipſius præcipientis eſt ſemper attendenda l.
in conditionibus,ff.de condit.& demo.cum
alijs allegatis in 1.c. huius 2. partis qu. 50.
late deductis.

Nam etſi verba ipſa poſſent importare
modum; & præcipiens dixerit velle ante
impleri præceptum aſſumendi nomen; co-
2 gnomen,& eius inſignia,id erit conditio,cu
ius natura eſt ante conſequutionem emolu-
menti impleri debere l.Thais ancilla.§. ſtic-
chum ff.de fideicom.liber.cum alijs late de-
ductis ſupra in d.quæſt.5.nu.3.& in hac ſpe
cie loquuntur allegati ſupra in 1. par. d. ca.
55.firmantes huiuſmodi præceptum eſſe cō
ditionem proculdubio præciſe ſeruandum,
alias ille talis hæreditate;& emolumento pri
uabitur.l. facta circa fine. §. in danda. ff. ad
Trebel.vbi Bart.& communiter id notant,
l.hoc iure.§.fina.ff.de donat.l.ſed ſciendum,
ff.ad Trebell.Socin. in l. quibus diebus, §.
Termilius col.3.ff.de condit.& demonſtr.&
in conſ.259.col.2.li.2. Decius,in conſ.273.
num.2.Gulielmus de Benedictis in repet.c.
Raynutius de teſtame.in uerbo Raynutius,
num.44.& ſequen.& in verbis, ſi abſque li-
beris moreretur in 2.num. 25. Guido Papæ
in deciſi.251.& 467.Boer.deciſi.146.num.
6.Tiraquell.de legibus connub.leg.5.num.
14.Pariſ.in conſi.15.num.79.& in conſ.19.
num.28.& ſequen.lib.2.Gregor.Lop.in le.
3.titul.4.par.6.in gloſſ.uerb.contra honeſt.
& eſt adeo uerum, vt teneatur grauatus illā
non ſolum tanquam modum implere; ſed
tanquam veram, ac propriam conditionem
& non tranſit dominium,nec poſſeſſio bono
rum in hæredem niſi prius huiuſmodi con-
ditionē adimpleuerit ſecundū naturā ipſius
cōditionis Guido Papæ,in d.deciſi.251.nu.
1.quem referunt,& ſequuntur Guliel.de Be
nedit.in dict.repet.capit.Raynutius, in uer-
bo Raynutius,nu.45.de teſt. Burgoſ.de pa-
ce in proœm.legum Tauri,num.27.

4 Et hoc idem erit dicendum, ſi ex ordine
ſcripturæ ſit prius iniunctum huiuſmodi prę
ceptum aſſumendi nomen,cognomen, & in
ſignia, quia fuerit diſpoſitum, quod Titius
acciperet nomen &c.& eſſet eius præcipien
tis hæres.leg.mulier.§.ſi quis hæreditarium
ff.de condit. Inſtitu. quam in hunc ſenſum
adducit Guido Papæ in dict.deciſ.251.quo
in tex.quando Teſtator diſponit,quod quis
ſeruum manumittat,& hæres ſit,hæc uerba
important conditionem propriam,atq; præ
ciſam,quaſi in dictis caſibus uelit Teſtator,
quod conditionis impoſitio inſtitutionem
præcedat,& implementum conditionis prę
cedat acquiſitionem,quod & animaduertit
Pariſ.in dict.conſi.19.nu.258.lib.2.& con-
ſideraujt Rota diuer.in deciſi.39.nu.4. par.
1.arguēdo ab ordine ſcripturæ. Sed ſi appa
rebit mētē Teſtatoris fuiſſe inducere modū
& erit modus,& de eo uti de modo iudica-
bitur,iuxta deducta ſuperius in dict.quæſt.
50.cap.1.huius 2.par.

Qua in re diudicanda etiā ſcripturæ or-
do attenditur, ut per Rotam diuer.in d. de-
5 ciſi.39.num.4.par.1.Si enim prius fuerit fa
cta diſpoſitio in teſtamento ad alicuius fauo
rem,& ei poſtea iniunctum præceptum aſ-
ſumendi nomen &c.erit modus arg..a con-
trario ſenſu dict.leg.mulier.§. ſi quis hære-
ditarium,ff.de condit. Inſtitu.facit pariter a
contrario dictum Guid. Papæ & Pariſ. vbi
ſupra & faciunt late deducta per Ludouic.
Molin.de Hiſpan.Primog.lib.2.cap.12.nu.
2.& ſequen.

Et ideo uidemus conditiones adiectas do
natario vt aliquid faciant,quod in futurum
veniat explicandum poſt donationem per-
fectam importare modum,licet dictum fue
rit ea conditione,ſub hac conditione, &c.l.
Meuia,ff. de manu.Teſtamen.l.Caius, ff.de
manu.l.debitori, C.de pactis ubi Deci. &

Alciat.

Alciat. Tiraquel. de retract. conuent. §. 2. gl. 1. num. 76. cum aliis allegatis ſupra in cap. 1. quæſt. 59. in fine, & in ſpecie Molina, vbi ſupra, nu. 5. & ſupra c. 1. quæſt. 71.

7 Et ſi in caſu propoſitæ quæſtionis contigerit dubitari an ſcilicet ſit conditio, vel modus; erit in dubio modus iudicandus, per generaliter deducta ſuperius c. 1. huius 2. part. quæſt. 29. per totam, & quæſt. 50. & in hoc c. 6. quæſt. 1. & ita in hac ſpecie dixit Rota diuer. in d. deciſ. 39. nu. 5. & ſequẽ. par. 1.

8 Et huiuſmodi præceptum eſt per grauatum adimplendum quam primum; ſiue ſit iniunctum per viam conditionis, Pariſ. dict. conſ. 19. nu. 197. 199. 200. 204. 221. & per totum conſ. lib. 2. Siue per viam modi Pariſ. d. conſ. 19. nu. 10. & ſequẽ. quia in vltima voluntate non procedit diſpoſitio, Authẽ. hoc amplius, C. de fideicommiſ. vt ſcilicet graua to interpellato huiuſmodi præceptum implere, expectetur annus; quo elapſo ſi id facere neglexerit, erit priuandus; vt notant ibi Doctores, Nam iniuſtum quodammodo videtur; vt detur annus ad tam faciles conditiones explicandas; & quod is annus nõ currat ante interpellationem.

Quod idem ſeruandum erit in contractibus; quia text. in d. Auth. hoc amplius non loquitur in contractibus; ſed in vltimis voluntatibus; in quibus eius diſpoſitio erit attendenda in modalibus non tam facilis explicationis; vt iſta aſſumendi nomen &c. vt optime declarat reſpondendo contrarijs Ludouic. Molin. de Hiſpan. Primogenijs lib. 2. c. 14. ſub nu. 20. & ſequen.

9 Et huiuſmodi modalis diſpoſitio aſſumẽdi nomẽ &c. non adimpleta per primos ſub ea vocatos fit conditionalis in ſequentibus Bolognett. in conſ. 12. nu. 10. & ſequen. & non adimpleta a primis cæteri ſequentes excluduntur l. quibus diebus §. quidam Titio ff. de condit. & demo. & Bologn. vbi ſupra. Et ſiue ſit conditio, ſiue modus tenentur ſequẽtes probare; quod authores eorum adimpleuerint, vt poſſint obtinere, Gratus in cõſ. 5. num. 75. & ſequen. lib. 2. & ſupra c. 1. quæſtio. 92. per totam.

10 Et hoc maxime procedit quando huiuſmodi modalis diſpoſitio cohæret perſonis ſub ea grauatis; quia tunc non adimpletus ab eis; quibus cohæret non tranſmittitur adimplendus ad eorum ſucceſſores; ſed ſolum adimpletus, per late deducta ſuperius in c. 3. quæſt. 7. in princ. & nu. 6.

SVMMARIVM.

1 *Conditione ſi rationes reddiderit adempta, nõ dicitur ademptum legatum ſub ea relictum.*
2 *Modo adempto cenſetur ademptum legatũ ſub eo relictum declarant in fine.*
3 *Conditione reuocata an cenſeatur reuocatum fideicommiſſum late diſſeritur.*
4 *Conditio ſignificat fideicommiſſum.*
5 *Circuitus ſunt omni interpretatione vitandi.*
6 *Cõditio ſi deceſſerit duas continet cõditiones.*
7 *Præceptum dandi intra Kalendas duplex.*
8 *Conditio vnica poteſt diuidi de voluntate diſponentis.*
9 *Conditio ſi deceſſerit, cuius fauore dicatur appoſita.*
10 *Conditione adempta cenſetur ademptum fideicommiſſum.*
11 *Conditione ſi deceſſerit adempta: eſt adempta & alia ſi ſine liberis.*
12 *Conditione ſi deceſſerit ſine liberis adempta, eſt ademptum & fideicommiſſum.*
13 *Conditione adempta non cenſetur ademptum fideicommiſſum inter filios inæqualiter inſtitutos.*
14 *Conditio aliud eſt; & aliud conditionatum.*
15 *Conditione adempta an cenſeatur ademptum fideicommiſſum inter extraneos æqualiter inductum.*
16 *Conditione adempta an cenſeatur ademptum fideicommiſſum inter extraneos inæqualiter inductum.*

Caput VI. Quæſt. 4.

Supra in hac 2. par. c. 1. q. 30. per totã fuit quæſitum, ſi cõditio deficiat facto teſtatoris, an habeatur pro impleta? & quia et facto Teſtatoris põt adimi, & remoueri; vt in exẽplis ibi traditis, & hoc põt etiã circa modũ, & alia onera cõtingere; iõ ſub hoc ſexto communi capite quærendum duximus, An & quando adempta, ſeu reuocata conditione, ſeu modo, uel alio quocumque onere, cẽſeatur, & reuocatum ſub eis quodcũque relictum? & eſt diſtinguendum; Aut enim agitur de ſimplici legato, Aut de fideicommiſſo. Primo caſu iterum eſt diſtinguendũ, Aut enim legatum fuit relictum ſub conditione,
1 vt puta ſi rationes reddiderit, Si conſul factus erit, & ſimilibus. Hoc enim caſu ſi Teſtator adimit, & reuocat conditionem, non dicitur ademiſſe, & reuocaſſe legatum, l. ſi quis

ſeruum

Digitized by Google

ſeruum vbi Barto.num.1.Caſtren. Imol.&
alij,ff.de condit.& demo.& ſupra in 1.part.
cap.5.num.16.& in hac 2.par.cap.1.quæſt.
30.num.1.& quæſt.72.per totam.

2 Aut legatum fuit relictum ſub modo; &
hoc caſu adempto modo cenſetur ademptũ,
& reuocatum legatum, ita Bart.in l.alumnę
§.ſeiæ, ff.de alimen.lega.& in dict. l. ſi quis
ſeruum, ubi etiam Caſtren. Socinus in l. in
Teſtamento la 2.nu.13.verſi.ſed in hac con
ditione,ff.de condit.& demonſt.Decius in l.
1.nu.4.C.de pactis.Nam legatum ſub mo-
do relictum præſumitur datum in recompẽ
ſationem oneris,& ideo remoto onere,cen-
ſetur,& ipſum legatum remotum,& reuoca
tum,ſecundum Bart.& Caſtren. in dict. l. ſi
quis ſeruum,ff.de condit.& demoſ.ſequitur
Cardinalis Mant.de coniectur.lib.12.tit.2.
num.27.& 29.Nam oneris,& commodi eſt
quædam connexitas,ut ſublato onere dica
tur & commodum ſublatum, & econtra, ſi
cut ex dict.§.ſeiæ reſpondit.Signor.in con-
ſi.2.num.4.quod procedit,& ſi id fiat in par
te arg.eorum quæ notantur ſupra in hac 2.
par.cap.1.quæſt.24.& 25.& quæſt.72. per
totam vbi pro propoſita diſtinctione dan-
tur multa.Tamen hæc omnia ſunt intelligẽ
da ſi ademptio ſit facta fauore ipſius teſtato
ris grauati, non autem honorati, vel graua
ti, quia tunc procedit diſtinctio data ſupra
in 1.cap.huius 2.par.quæſt.61.in fine. Et ſi
ſit appoſita conditio,ſiue onus in contractu,
& poſtea de cõſenſu partium abolitum; an
& contractus utique abolitus cenſeatur;dic
vt in quæſt.92.d.1.cap. & ſemper cum di-
ſtinctione cõditionis,ſeu modi, uel alterius
oneris per uiam conditionis, vel per viam
modi appoſiti.

Secundo uero caſu primæ diſtinctionis,
ſi agitur ſcilicet de fideicommiſſo ſub condi-
tione relicto,ut puta ſi quis duobus hæredi
3 bus inſtitutis,eoſdem grauauit;quod ſi quis
eorum deceſſerit ſine liberis,reſtitueret al-
teri ſuperſtiti,& poſtea in codicillis condi-
tionem illã ademit,& licet Cardinalis Man
tic.ex Bart.& aliis in tract.de coniect.li.12.
tit.2.num.28.indiſtincte determinet condi-
tione reuocata non cenſeri reuocatum fidei
commiſſum ſub ea relictum,ſed factum pu-
rum. Tamẽ cum res habeat difficultates,pu
to ſic eſſe diſtinguendum. Aut enim teſtator
inſtituit filios ſuos æqualiter, & æqualiter
appſuit conditionem reſtituendi ſuperſtiti
Si eorum alter ſine liberis deceſſiſſet, & iſto
caſu reuocata conditione cenſetur utique ex
tinctum, & reuocatum fideicõmiſſum. Bart.
in dict.l.ſi quis ſeruum,num.2.ff. de condit.
& demonſt. vbi etiam Caſtren.idem Bar. in
l.1.num.2. C. de pactis,& cæteri ſcribentes
Socin.Iun.in conſ.126. num.12. lib.1. & in
conſi.100.num.46.& 47.lib.3.

Sed dum ſe fundant in dict.l.1.C.de pa-
ctis videtur eis poſſe reſponderi id ibi fuiſſe
ex mente illius Philini fratris,qui fratri ſuo
Frontoni ſextantem dedit, vt ſibi onus reſti
4 tuendi fideicommiſſi,remitteret,quo loci cõ
ditionem dicendo intellexit de fideicommiſ
ſo,alias ſibi damnum emiſſet,quia conditio
ne ſublata pure teneretur reſtituere,& tamẽ
hoc facere non intellexit,ſed totum fideicõ-
miſſum ſibi per remiſſionem fratris acquire
re; Vlterius uerba illa conditionis incertum
&c.non ſolum ſignificant conditionem, ſed
totum ipſum fideicommiſſum,ut notãt om-
nes ibi in dict.le.1.C.de pactis Bart. in dict.
leg.Siquis ſeruum, & cæteri allegati ſupra
in 1.par.cap.1.ſub numer.30.Vt ex illo tex.
nõ poſſit inferri ad propoſitam quæſtionem
de conditione reuocata; quia ibi eſt remiſ-
ſum & fideicommiſſum,non autem ſola con
ditio.Saluari tamen poteſt accipiendo con-
ditionem pro fideicommiſſo, Nam ſi de ſo-
la conditione ibi in dict.leg.1.intellexiſſent,
fruſtra appoſuiſſent Imperatores illud uer-
bum incertum poſt verbum conditionis;
cum eſſet ſufficiens dicere conditionis, quia
eſt ſui natura incerta,leg.ex facto,ff.de con-
dit.& demon.Bart.& alii in leg.cum ad præ
ſens,ff.ſi cert.petat.& ſupra par.1.cap.2. nu
mer.22. ſed & hæc non procederent in ſola
conditione reuocata. Rurſus pro iſta opinio
ne poteſt conſiderari,quod omnis diſpoſitio
5 ita debeat interpretari, vt circuitus euiten-
tur, leg. Dominus teſtament.ff.de condit.in
deb.Decius in leg.cum fundum, §.ſeruum
tuum,col.1.ff.ſi cert.petat.& debet interpræ
tari, ne quid fruſtra,& inutiliter ita actum
ſit.l.quoties,ff.de rebus dubijs.Sed ſi in hoc
caſu diceremus conditionem ſolam eſſe ſub
latam,& remanere firmum fideicõmiſſum;
diſpoſitio eſſet inutilis,& fruſtratoria,& da-
rentur vani circuitus,quoniam reſtitutio fi-
deicommiſſi remaneret pura, & ſic unus te-
neretur alteri reſtituere contra diſpoſitionẽ
l.ſi ab omnibus 107. §. ſi Attio alias ſi Titio
ita legatum fuerit, ff. de legat. 1. Surdus in
conſ.253.num.3.li.2.Decius in d.l.1.nu.2.
C.de pactis. & ideo dicendum eſt Teſtatorẽ
uoluiſſe

voluiſſe reuocata conditione utique fideicō
miſſum adimere potius quam actum eluſo-
rium,& inutilem facere, & hos vanos cir-
cuitus permittere.

6 Sed Fulgoſ.& Cuman.in d. l. ſiquis ſer-
uum,ff.de condit.& dem. huic ſundamento
reſpondent,quod in caſu iſto duo poſſunt cō
ſiderari conditiones, vna ſcilicet ſi deceſſerit
quæ quidem eſt cōdit.l.ſi cum hæres,ff. quo
ad dies l.ced.altera ſi ſine liberis,l.ſi a teſta-
tore,ff.de condit. & dem. Bart.in l.1.ff. eod.
cum concordantibus adductis per Ioannem
Thomaſiū ſub nomine Beroij in q.41.nu.3.
Menoc.de pręſum.li.4.pręſum.201.ſub nu.
71.facit Bernardus in cōſ.156.n.4.lib.8. vt
ſublata vna; attamē remaneat altera, & cū
ea fideicōmiſſum,qđ & admittūt alii,qui re
uocata cōditione negant eſſe reuocatū fidei
cōmiſſum.Nec cōtra Fulg.Cum.& alios ob
ſtare uidetur cōſideratio Decij,in d.l.1.nu.2.
ver.ſed hoc quidē,C.de pactis,quod ſcilicet
verba iſta,ſi ſine filijs deceſſerit unicam tan
tum faciant conditionem,& cōſtituant vnū
totum, & conditio liberorum eſt cōnexa cū
morte,& ideo ſi adimitur conditio liberorū
dicitur in conſequentiam adempta condi-
tio mortis,l.cui fundus,ff.de conditio. & de
mo.quia diuidi non poſſunt, ut ibi per eum
dem Decium in d.nu.2.cui ad ſtipulantur
deducta per Menoch.de Arbitr.libr.2.caſui
95.num.14.& per nos ſupra in hac 2.par.c.
1.quæſt.21.& 22. quia reſpondetur immo
duas eſſe conditionēs,vt dixerunt Fulgoſ.&
alii exemplo l.Celſus in princ.& §.1.ff. de
recept.arbitris, vbi præceptum dandi intra
7 Kalendas licet inſpectis verbis videatur u-
nicum,tamen uirtualiter,& re ipſa conſide-
rata dicuntur duo vnum dandi,alterum dā
di intra Kalendas,& exemplo.l.2.vbi gloſſ.
in uerbo duplici,ff.de hæred.inſtitut.& cap.
cum dilect.§.penult.de dolo.& contum.Ab
bas,in cap.licet cauſam in 9. notab. de pro-
bat.Fely.in cap.1.num.28.de iure. iurando
& exemplo l.cum ſeruus,ff.de condit.& de-
monſt.de quo ſupra in 1.par.cap.19.per to
8 tum.Et quod a Decio; per Bart.in l. Aure-
lius,§. idem quæſijt,ff.de liber. leg. dictum
eſt, quod vnicum capitulum non poſſit di-
uidi,non procedit quando diuiſio fit de vo-
luntate diſponentis leg.3.§.cum Titio,ff. de
adimen. legat. Cardinalis Mantic. de con-
iect.lib.12.tit.2.nu.28.verſi. & cum condi-
tione & infra,ver.ſed Rimin.ſen.nu.14.

Et quod ab eodem Decio, in d.l.1.num.
9 2.C.de pactis conſideratur ademptionem
eſſe factam fauore filiorum inſtitutorum, vt
ideo non debeat in eorum odium retorque-
ri l.quod fauore, C. de legibus ſicuti retor-
queretur in caſu dict.l.1.C.de pactis, ſi ſub-
lata conditione ſi deceſſerit ſine liberis onus
reſtitutionis remaneret magis certum apud
ipſum inſtitutū remanente conditione mor-
tis quæ eſt certa leg. 1. ff. de condit. & de-
monſt. Decius,ubi ſupra verſ. & hoc confir-
matur &c.

Sed huic Decij argumento reſponderi
poteſt,quod conditio mortis,uel liberorum
adijcitur fauore hæredis grauati, quia per
eas differtur reſtitutio, & illis pendentibus
commodum ipſe conſequitur, vt declarat,
Bart.in leg.illis libertis, col.1.ff. de condit.
& demonſt.& in leg.1.col. 1. C. de legatis.
Aretin.in conſi.1.col.1.verſi. Præmitto pro
declaratione &c. quod ſemper verum eſſe
formauimus ſupra in hac 2. part.cap.1. qu.
76.Hinc eſt quod conditio iſta reſpicit com
modum grauati ſuperſtitis,cui a præceden-
te debet hæreditas reſtitui Ioannes Thoma
ſius Conciuis meus ſub nomine Beroij, in
quæſt.112.numero ſecundo,& ideo cum te-
ſtator conditionē adimat,fauet ipſi ſuperſti-
ti, & magis prædecedentem grauat, quod
præcipue contingit, ſi una ex duabus con-
ditionibus remaneat, illa ſcilicet ſi deceſſe-
rit, & contrarium ſequeretur, ſi utraque
cōditio diceretur adempta; quia nihil ſuper-
ſtiti acquireretur, ſi prædecedens non eſ-
ſet grauatus, ſi per ademptionem conditio-
num fideicommiſſum eſſet effectum purum
reciproce, vt dixit Bartol.in dict.leg.1.& le.
ſi quis ſeruū,ff.de cond.& dem.& ita indu-
cta ad fauorē ſuperſtitis operarentur odiū
contra text. in l. quod fauore, C.de legibus.

10 Sed in re tam difficili puto conſideran-
dum eſſe quibus verbis Teſtator conditio-
nem adimat, vt conſiderant Bartolum, &
alij in dict.leg.ſi quis ſeruum,& in dict.leg.
1. Nam ſi teſtator dicat adimo conditio-
nem, quam appoſui, & hoc caſu eſt ſatis
clarum,& fideicommiſſum ipſum eſſe adem
ptum indiſtincte, ſicut in d.leg.1. in diſtin-
cte fuerat ſublata illa conditio, ſiue vnica,
ſiue duæ extiterint, Nam Teſtator refe-
rendo ſe ad illud totum a ſe in teſtamento
diſpoſitum per relatiuum quam, quod ſui
natura operatur relationem præcedentium
cum omnibus qualitatibus ſuis Bartol. in
leg. ſi quis ſeruum, §. vltim. ff. de legat.

2.& in l.1.ff.de receptato. Rota diuer.deciſi. 243.num.7.par.2.& pro concordantibus in ſiuitis Surdus in deciſi.291.num.18.neceſſario ſequitur non ſolum conditionem, ſed & etiam fideicommiſſum hoc pacto cenſeri ademptum, & ita procedant dicta Decij, in d.l.1.nume.2. C.de pactis, & aliorum ante ipſum.

1 Si teſtator dicat ad imo conditionem ſi deceſſerit & hoc caſu utiq; cenſetur, & adēpta alia ſine liberis, quia poſterior hæc ſi ſine liberis ſtare non poteſt ſine præcedenti ſi deceſſerit, vt animaduertit Ripa in d.l.1. nu. 2.C.de pactis.

2 Si teſtator dicat adimo conditionem ſi deceſſerit ſine liberis; & hoc caſu cenſetur etiam ſublata ſimplex conditio. ſi deceſſerit, nam & ſi duæ ſint conditiones, ſicut ſunt duo præcepta, de quibus in dict.leg. Celſus §.1.ff. de recept.arbitris; & in aliis legibus ſupra pro exemplis adductis; Nihilominus ſicut ſunt duæ conditiones in affimatione, ita & duo ſunt in negatione, & ademptione, & ſic per iſta verba ademptiua tot ſunt ademptæ conditiones, quot per eadem verba appoſitiua ſunt appoſitæ, & conſequenter etiam fidcicommiſſum eſt ademptum hoc pacto conditione, uel conditionibus ademptis. Bartol.in dict.leg. ſi quis ſeruum, nume.2. ff.de condit. & demonſt. ubi etiam Caſtren. idem Bartol.in dict.l.1.num.2.C. de pactis ubi Decius poſt alios Socin. iun. in conſi.126.num.12.lib.5.& in conſi.100. num.46.& 47.lib.3.

13 Aut teſtator inſtituit ſuos filios inæqualiter, & tunc conditione adempta non cenſetur ademptum fideicommiſſum inter eos inductum Caſtren.& Fulgoſ.in dict.le.1.C. de pactis ex mente Bart.in dict.l. ſi quis ſeruum, ff. de condit. & demonſtr. arguendo a ſenſu contrario Iaſ.in dict.le.1.num.2. Decius, num.3. ſed illa præcipua ratio Bar. qua dixit, quod vbi eſt adempta cōditio fideicommiſſum efficitur purum, atque inutile, ceſſat in hoc caſu; ubi dicitur aliud eſſe conditionem, aliud conditionatum, & ipſa conditione ſublata non dicitur ſublatū conditionatū, leg.3.§.conditio, ff.de adimen. legat. Tamen contrarium; & clarius probarunt Alex.in dict.leg.1. nu.2. Iaſ.num.1.in fine Socin.in 1.notab. Decius, num.3. Curtius iun.num.4. Ripa.num.2. Alciat. nume. 3.C.de pactis. Non enim eſt ea ratione credendum teſtatorem voluiſſe grauare filium ſuum liberos habentem ſuperſtiti fratri reſtituere leg. cum Auus. ff. de condit. & demonſtr. ſed ad text.in dict.leg. cum Auus reſpondetur habere locum in fideicommiſſo conditionali non in puro Riminald.in dict. leg.1.num.2.verſ.nec placet quod poſt Bar. &c.& Doct. in dict. leg. cū Auus vbi Socin. num.28. Niſi forte cum Socino dicatur non eſse credendum Teſtatorem voluiſse fideicommiſsum purum, ne deueniatur ad caſum, ut filius habens liberos teneatur alteri reſtituere, vel cum Decio in d.leg.1. dicatur quod text.in leg. cum Auus loquitur in conditione tacita prout late ſupra demonſtratur fuit in 1.par.cap.12.nu.12. non expreſſa expreſse appoſita, uel remota, cui etiam aliter, & clarius reſpondet Bologn. in dict. leg.1.numer.27.C.de pactis uerſ. unde clarius &c.

14 Aut teſtator inſtituit hæredes extraneos æqualiter, & tunc idem eſt, quando ſunt inſtituti æqualiter filii. Bartol.& Alexa. quos Ripa in dict.leg.1.num.2. Alciat.num.4. C. de pactis ratio enim, qua eſt vſus Bart.in illo caſu, quod ſcilicet ſublata conditione cenſeatur fideicommiſſum inutile ex dict. leg. ab omnibus, §. ſi Titio ff.de legat. 1. militat etiam in iſto caſu. Sed Rimin. ſenior & Iaſon. in dict. leg. 1. poſt Caſtren. & Cuman. in dict. leg. ſi quis ſeruum, ff.de condit.& demonſtr. contrarium probare tentarunt;
15 quia aliud eſt conditio, aliud conditionatum, d. leg.3. §. conditio, ff.de adimen.le. & dict. leg. ſi quis ſeruum, ff. de condit. & demonſtr. & ideo Teſtator remouens conditionem videtur velle remanere firmum conditionatum, argument. leg. ſancimus, in princip. de teſtament. ſed quando conſtat de mente remouēdi vtrumque, utique utrūque remouetur dict. §.conditio Aret.in conſil.93.in fine Crauetta in conſi.80.nume.2. per conſi. Bald.478. Quidam Franciſcus, lib.1. De mente autem coniecturata conſtat quia non præſumitur voluiſſe facere actum inutilem, adimendo conditionem efficere reſtitutionem puram, leg. ab omnibus, §. ſi Titio, ff.de legat.1.

Mouentur etiam prælati Rimin. ſen. & Iaſon poſt Caſtren. vbi ſupra ea ratione; quod conditio ſit duplex ſi deceſſerit vna, altera ſi ſine liberis deceſſerit, exemplo dict. leg. Celſus, in princip. & §. primo ff. de Arbitris, vt ſublata una ſi deceſserit ſine liberis, ſuperſit altera, ſi deceſſerit; ſed

huic

huic fuit ſupra plene ſatisfactum. Facit, & illa ratio ſupra adducta; quod ſcilicet cõditio mortis, & liberorum cenſeatur adiecta ad fauorem hæredis grauati ex mente Bar. in d.l.illis libertis.col. 1. ff. de condit. & demo.& aliorum ſupra allegatorum; quo fit vt reſpiciat grauati præcedentis, & non ſuperſtitis commodum; & cum Teſtator conditionem adimit, fauere voluit ſuperſtiti; non præmorienti; quod eueniť; ſi ex duabus conditionibus vna remaneat; Cuius contrarium ſequeretur; ſi vtraq; conditio cenſeretur reuocata; quia ſuperſtiti nihil acquiretur: cum prædecedens non eſſet grauatus; vt ſupra dictum fuit. Et ideo hac ratione nõ omnis conditio dicitur ſublata.

Sed huic fundamẽto ſatisfacit: quod præcipua Teſtatoris intentio fuit fauere hæredi; cui debet fieri reſtitutio, & grauare hæredẽ inſtitutum; ideo adimẽdo voluit fauere grauato; Et ideo niſi diceremus vtramq; conditionem eſſe ſublatam; ſequeretur quod hic hæres eſſet magis grauatus contra mentem Teſtatoris: & communem regulam, quod cẽſeatur Teſtator in dubio minus grauaſſe hæredem l. vnum ex familia. §. ſi rem tuam. l. ſi ita relictum l. ſempronius ff. de legat. 2. l. ſeruus §. qui margaritam ff. de legat. 1. & l. nummis, & l. qui concubinam, §. 1. ff. de leg. 3. & in puncto Card. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 2. num. 8. verſ. ſed hoc ſane &c. determinat in fideicommiſſo puto hæredem minus cenſeri grauatum quam in conditionali in d. nu. 8. in princ.

16 Aut ex vltimo ſunt inſtituti inæqualiter hæredes extranei; & tunc reuocata conditione non cenſetur reuocatum fideicommiſſũ: ſed remanet firmum. Ale. in d. l. 1. nu. 2. Iaſ. nu. 1. in fine Curtius iun. & Ripa nu. 3. Decius, nu. 3. C. de pactis, quia Teſtator voluit adimendo hanc conditionem fauere ei ſoli, cui minorem partem reliquit: & grauare eũ, qui maiorem partẽ eſt conſecuturus; ne relictum minoris partis prorſus extinguatur; quod ſemper in dubio eſt euitandum, Decius. in conſ. 289. nu. 1. in fine. & nu. 3. & 4. Ruynus in conſ. 98. nu. 11. lib. 2. Socin. iun. in conſ. 98. nu. 19. lib. 1. Nam vtraq; conditione ſublata ei fauetur, cui minor pars eſt relicta, vt extinctio, & inutilitas relicti ſemper euitetur vt per Decium, & alios mox citatos. Is enim, qui maiorem partem habuit in teſtamento ex diſpoſitione codicillorum ei reſtituit qui in Teſtamento minorem habuit: & ſic ille qui habnit minorem partem mutata uoluntate maiorem recipit: qua de re ceſſat ratio Bart. & ſequacium ex d. l. ab omnibus, §. ſi Titio alias ſi Attio ff. de leg. 1.

SVMMARIVM.

1 *Onere annullato non annullatur legatum.* 3.
2 *Onere annullato non annullatur quandoque legatum.*
4 *Onere annullato facto teſtatoris annullatur etiam legatum.*
5 *Onere annullato alio caſu quam facto Teſtatoris non annullatur legatum.*
6 *Annullato legato propter ſe ipſum eſt nullum etiam onus, ſecus propter aliud.*

Caput VI. Quæſt. 5.

QVando onus legato impoſitum eſt nullum; vel eſt nullum legatum, cui eſt adiectum onus; vtrum annulletur legatum; ſeu onus legato iniunctũ? Et Primo caſu eſt diſtinguendum; Aut enim Teſtator voluit ad legatarium aliquod commodũ pertinere puta interuſurium medij temporis; & tunc
1 licet annulletur onus, non annullatur legatũ l. ſi quis eum 37. vbi glo. Bart. & cæteri omnes ff. de cond. & demonſtr. l. legatũ ciuitati 16. ff. de vſufruct. legat. l. e. vnica, §. fin. C. de his quæ pœnæ nomi.

Aut noluit ad eum commodum pertinere & iterum eſt diſtinguendum. Aut onus annullatur ratione impoſſibilitatis de natura, vel de iure, vt puta quia impoſſibile, vel turpe & legatum non annullatur, ſed onus debet remoueri per mox allegata & per text. in l. obtinuit. 3. ubi gloſ. & Doct. ff. de conditio. & demonſt. l. multa. 6. §. fin. ff. eod. l. 1. ff. de condit. inſtit. l. mulier. 20. in princip. eod. l. cum in fundo. 16. §. fin. ff. de iniuſt. teſtam. leg. ab omnibus. 101. §. in teſtamento, ff. de
2 legat. 1. §. impoſſibilis Inſtitut. de hæred. inſtitu. leg. ſeruum, 48. §. in non. ff. de hæred. in ſtitu. leg. ſi quis, 6. ff. de condit. inſtitut. l. repræhendenda. C. de inſtit. & ſubſtitu. & ſupra cap. 1. quæſt. 93. ſed ſi reſpiceret actum pium, deberet tunc in alium trãſmutari, Bar. in leg. legatum. num. 2. ff. de vſufruct. legat. Abbas in cap. nos quidem num. 14. de teſtamen. Bart. in leg. Paterfilium, §. Tuſculanus ff. de legat. 3. Bart. in leg. ſi ad declinandum, 38. numer. 9. & ſequen. C. de epiſ. & cleric. Emanu. a Coſta in cap. ſi Pater in verſi. bo-

na omnia num.3.& in uerſi.& econtra, nu-
mer.7.Niſi uoluntas Teſtatoris eſſet præciſa
& certa,qui a tunc non fit tranſmutatio,Ia-
cob.de Atena,quem refert Bald.in dict. leg.
ſi ad declinandum,num.9.& ſequen. vſque
in finem, C.de epiſ. & cleric. & ibi adden
tes, D.& E.Abbas, in cap.ſua nobis, nu.7.
de teſtamen.Cardinalis Mantic. de coniect.
lib.3.tit.19.num.10.& 11.Didac.in dict.c.
ſua nobis,nu.6.& 7.fo.108. Berous, conſil.
49.nume.2.lib.2. Federic.de ſenis. in conſi.
175.quem ſequitur Cardinalis in d.ca. nos
quidem infine Imola,nu.24. Ruy. in conſi.
75.num.4.& ſequen.lib.2.

Aut eſt nullum quia lex ei non aſſiſtit, &
eſt iterum diſtinguendum, Aut enim onus
eſt implendum de ipſo legato: Aut extrinſe
cus de alia re. Primo caſu ſubdiſtinguendũ
2 eſt.Nam aut onus eſt nullum mixta conſide
ratione legantis,& legatarij, & legatum eſt
nullum quoad petitionem,non autem quo-
ad retentionem,leg.codicillis,91.ff.de lega.
2.vbi gloſſ.& Doctores,Vigellius lib. 32.ff.
cap.3.except.25.col.2.prope finem dat con
cordantes leg.per retentionem, C.de vſur.
leg.Paulus, ff.de doli except. Surdus in de-
ciſi.277.num.13.& 14.& in conſil.4.nu.5.
& ſupra c.5.quæſt.5.num.3.& 4.

Aut onus eſt nullum alia ratione; & tũc
legatum eſt nullum in totum l. ſi quis quos.
31.ff.de legat.2.vbi glo.& Doct.& ſupra c.
1.quæſ.93. faciunt allegata ſupra c.5.q.25.

3 Secundo caſu ſi onus debeat impleri aliũ-
de;& tunc licet onus ſit impoſſibile, tamen
legatum non vitiatur l.cum filius,78.§.nõ
iure ff.de legat.2.vbi glo.in verbo cõſentiat
allegat text.in l.ab adminiſtratione. 8. vbi
Bald.& cæteri omnes C.de legatis.

Secundo caſu principali,quando ſcilicet
onus annullatur ex poſt facto;& non eſt nul
4 lum ab initio,eſt vtiq; diſtinguendum; Aut
enim annullatur ex poſt facto teſtatoris; aut
alio caſu.Primo caſu annullatur etiam lega
tum l.filio 31.§.Matri vbi glo.& Doct.ff.de
adimen.legat. de qua re latiſſime dictũ fuit
in præcedenti quæſt.4. & in c. 1. quæſt. 30.
per totam.Si vero annullatur alio caſu; quã
5 facto Teſtatoris,& tunc non annullatur le-
gatum,licet annulletur onus legato iniũctũ
l.Pater 36.§.Tuſculanus,ff.de legat. 3. vbi
Doct.& l.ſi quis Titio 22.vbi Bart.& Doct.
ff.de legat.2. & pro concordantibus Vigel.
li.32.ff.c.13.reg.4.col.2.paulo poſt mediũ.

Secundo vero caſu principalis quæſtio-
nis quando ſcilicet legatum eſt nullum; an
6 erit nullum onus legato iniunctum? & eſt
diſtinguendum; Aut enim eſt nullum pro-
pter ſe ipſum;aut eſt nullum propter aliud;
Si eſt nullum propter ſe ipſum;eſt nullum
etiam onus,nec remanet apud legatarium l.
vnica,§.in primo itaq; ordine vbi Bar.& Sa
lycet.C.de cad.tollen.Angel.in prin. Caſtr.
& alij dant duas limitationes de mente glo-
ſæ ibi;ſed in diuerſis caſibus a noſtro.Si lega
tum eſt nullum propter aliud,ſecus eſt.l.Co
dicillis Caio.vbi glo. in verbo petere poſſe
ver.Itẽ ex prædictis patet.ff.de legat.2.& de
hac re late tradit Vigel.lib.32.ff.c.11.de cau
ſis amittendi legati in re legata conſiſtenti-
bus per totum,& faciunt allegata ſuperius
c.5.quæſt.25.

SVMMARIVM.

1 *Mutiana cautio vnde dicta.*
2 *Cautio Mutiana habet locum in conditione ne-
gatiua.*
3 *Item & in conditione affirmatiua.*
4 *Cautio Mutiana habet locum in legatis.*
4 *Et in hæreditatibus.*
6 *Cautio Mutiana in legatis non habet locũ quã
do certum eſt,id non poſſe euenire,quod teſta
tor prohibuit fieri.*
5 *Cautio Mutiana in legatis non habet locum
quando legati actio per aliam conditionem
poteſt differri.*
7 *Cautio Mutiana poteſt a teſtatore remitti.*
8 *Cautio Mutiana non habet locum,quando con-
ditio eſt appoſita principio, & origini inſtitu
tionis,ſed declara,ut ibi.*
9 *Quando eſt præſtanda,quibus ſit præſtanda.*
10 *Quando eſt præſtanda quomodo ſit cauẽdum.*
11 *Quando eſt præſtita,& ei locus factus eſt,agi-
tur ex ſtipulatu.*
12 *Quando non eſt præſtita,agitur rei uendica-
tione.*
13 *Hæres ad cuius fauorem eſt Mutiana, ſi rem
relictam poſſideat,poteſt agentem repellere
exceptione non cauſti.*
14 *Cautio Mutiana habet locum etiam in relictis
ſub modo.*
15 *Modus ad effectum cautionis Mutianæ non dif
fert a conditione.*
16 *Cautio Mutiana non habet locum in contracti
bus,ſed in vltimis voluntatibus,& donatio-
nibus cauſa mortis.*
17 *Cautio Mutiana habet locum in contractibus
bonæ fidei.*

Caput

Caput VI. Quęſt. 6.

SVpra in multis locis fuit facta mentio de
cautione Mutiana, ſed quia de ea non
fuit tradita perfecta, & continuata do-
ctrina, ideo nunc de ea particulariter in hoc
1 communi capite dicendum putauimus. Et
quidē cautio iſta Mutiana appellatur, quia
primum a quinto Mutio Scęuola fuit adin-
uēta, vt probatur in Auth.de Nuptiis c. 23.
ſi maritus ita reliquerit uxori.§. 1. verſ. ſed
quintus Mutius Scęuola &c.de qua Doct.
late allegati per Simonem de Prætis, de in-
terpret. vlt. volunt. lib. 5. interpret. 2. dub. 1.
2 col. 1. & ſequen. Huic enim Mutianæ cautio
ni locum eſſe affirmant maiores noſtri, ſi
quid ſub conditione negatiua poteſtatiua
aliquid non faciendi alicui ſit relictum, &
ſic habet locum in omnibus illis conditioni
bus, quæ conſiſtunt in prohibendo, ne quid
fiat, quo caſu legatario non aliter legati a-
ctio datur, quam cauerit ſe nō facturum id,
quod teſtator fieri noluit, ut probatur in le.
Mutianæ, 7. ff. de condit. & demo. & ibi glo.
Ordefred. Bart. & cæteri omnes, glo. in dict.
§. 1. in uerbo prohibitionibus Auth.de Nu-
ptiis, Bald. in Authen. cui relictum, col. 3. &
4. verſ. Vlterius reuoco. C. de Indict. viduit.
tollen. Imola in leg. hæres meus, nume. 2. ff.
de condit. & demonſt. Emanuel a Coſta in
repet. l. cum tale. §. ſi arbitratu limitat. 4. nu.
3 3. Simon. ubi ſup. nu. 23. Vtique danda eſt
in conditione affirmatiua habente implici-
tam negatiuam, ut puta in legato ſub condi
tione, ſi vel dum cum liberis erit, ſeu cum li-
beris habitauerit in domo, vel cum hæredi-
bus, de quibus ſupra in par. 1. c. 14. & 15. &
ſub aliis ſimilibus, de quibus in d. p. 1. c. 19.
& ſequentib. in quib. eſt implicita negatiua
ſi non deceſſerit, vel alia, vt docuit Bart. in
d. l. Mutianæ. nu. 3. ver. oppono. ff. de condi.
& dem. Et in illa affirmatiua habēte perſe-
uerantiam vſq; ad vltimum vitæ ſpiritum.
l. Pater §. Socrus, ff. de condit. & demo. vbi
Imola. nu. 4. l. Titio fundum in princ. ff. eod.
l. ſeruo inuito, §. 1. ff. ad Trebell. Bart. in d. l.
Mutianæ nu. 3. vbi Imo. & Socin. Iaſ. in l. ſi-
ue apud acta nu. 20. C. de tranſact. Coſta Se
lect. Interpr. lib. 2. c. 6. nu. 1. Ruy. in conſ. 34.
nu. 3. & 4. lib. 2. & in conſ. 170. nu. 7. lib. 3.
Gratus in conſ. 102. nu. 12. lib. 2.

Et quando affirmatiua non poteſt bene
impleri niſi cauendo præſtatur cautio ad ſi-
militudinem Mutianæ, Caſtren. in l. 4. inci-
pien. Si quis ita nu. 2. ff. de condit. Inſtit. Si-
mon de Prætis vbi ſup. nu. 28.

4 Et danda eſt non ſolum in legatis; ſed etiā
in hæreditatibus ſub conditione negatiua;
ſiue affirmatiua implicitam negatiuam ha-
bente d. l. Mutianæ. §. nec ſolum ff. de condi.
& demo. §. Vnde ſancimus ibi præfatæ au-
tem obſeruationes Auth. de Nuptijs Bald. in
d. Auth. Cui Relictum col. penult. ver. ſepti-
mo nota, & in l. 1. in fine C. vt in poſſeſſ. leg.
& in l. quamuis, ff. de condit. & demo. Coſta
vbi ſupra Limita. 9. nu. 3. Iaſ. poſt alios in d.
auth. cui relictum, nu. 7. Ludouic. Molina de
Hiſpaniorum; Primogen. lib. 2. cap. 12. nu.
21. & 22.

5 Sed ſi per aliam conditionem actio lega-
ti differre poſſit; tunc danda non eſt cautio
mutiana l. Auia. 75. §. 1. ff. de condi. & dem.
& exemplo l. ſi ita. 101. ff. eod.

6 Et ſi viuo legatario, vel hærede, conditio
negatiua, ſiue affirmatiua implicitam nega-
tiuam habente poſſit impleri, non eſt cautio
mutiana præſtanda l. cum tale. 71. §. 1. ff. de
condit. & demo. l. Pater. 99. §. penu. & l. hoc
genus. 104. & d. l. cum tale in princ. ff. eod.
vbi Doct. Imola in d. l. Mutianæ. nu. 2. ff. eo.
Doct. in d. l. hoc genus.

6 Nec minus præſtanda eſt ſi fuerit a Teſta
tore remiſſa. §. Vnde sācimus in fi. c. 23. Au-
th. de Nuptijs, Bal. in d. Auth. cui relictū col.
penult. verſ. Nota quod Teſtator. C. de In-
dic. vidui. tollen. Angel. in §. Præterea col. 4.
ver. vltimo Auth. de Nupt. Emanu. a Coſta
Select. interpr. circa conditiones lib. 2. cap.
6. num. 3.

8 Minus etiam præſtanda eſt, cum conditio
ſit appoſita principio, & origini inſtitutio-
nis, Bald. in conſil. 266. lib. 5. Natta in con-
ſilio 459. numero 14. & ſequen. Sed loquun
tur in legato relicto Vxori donec vitā vidua
lem ſeruauerit, Nam in inſtitutione illa ver
ba reſoluuntur in conditionem, vt dicebat
Bald. ponens hanc differentiam inter legata
& inſtitutionem hæredis in l. fina. num. 2.
& 3. C. de indic. uidui. tollen. ſequitur Saly-
cet. col. 2. Angelūs de teſtamentis, gloſſ. 46.
num. 8. Coſta in repet. l. cum tale, §. ſi ar-
bitratu limitat. 9. num. 1. ff. de condit. & de-
mon. Ruy. d. conſi. 170. lib. 3.

Vis enim eſt uidere etiam in legatis, an
relictum ſit unicum, uel annuum, nam ſi ſit
annuum pro primo anno eſt purum; ſi uni-
cum ſit, eſt cōditionale pro futuris annis im-

plicita

plicita conditione negatiua, ſi uitam iudicalem non ſeruauerit, & tũc neceſſaria eſt cautio Mutiana. Bald. in d.l. ſi. col. 1. num. 3. C. de indic. uidu. toll. Salyce. num. 4. Ruy. dict. conſi. 170. num. 7. Gratis d. conſi. 102. num. 46. & 47. lib. 2. Alciat. in ſuo caſu. conſ. 140. lib. 9. Signorollus in ſuo caſu conſ. 114. n. 1.

9 Quando autem eſt pręſtanda, ijs demum eſt cauendum, ad quos deficiente conditione res eſt peruentura, leg. is cui. 18. ff. de cõdit. & demonſt. §. Vnde ſancimus, verſi. præfatæ autem cap. 23. Authen. de Nuptiis. Inter iſtos intelligo, atque connumero non ſolum hæredes ſcriptos, & ſubſtitutos, ſed & etiam legitimos, qui ab inteſtato ſuccederẽt nam & iſtis vtique eſt cauendum dict. le. is cui. & §. quæ uero nunc ſequitur ad finem Authen. de Nuptijs. Imola in l. Mutianæ, numer. 7. ff. de condit. & demonſt. & in l. ſeruo inuito. num. 3. ff. ad Trebell. Ruyn. d. conſi. 170. num. 7. lib. 3. Coſta in repet. leg. cum tale, §. ſi arbitratu limitat. 9. num. 3. & ideo ſi nullus adſit, ad quem conditione deficiente res ſit peruentura cauendum non erit dict. l. is cui. & dict. §. vnde ſancimus, quia tunc erit ſuperflua, & cautionibus ſuperfluit vtendum non eſt. Iaſ. in leg. decem, num. 30. ff. de verbor. obligat. & condit. reijcitur, le. 4. vbi glo. 1. in fine, ff. de condit. inſt. & dict. l. 4. §. idem Iulianus ubi Doct.

10 Rurſus quando eſt præſtanda, ſi quidem res relicta immobilis ſit, ſufficit quod iuratoria præſtetur cautio cum hypotheca ſuorum bonorum de reſtituendo rem in eadem bonitate, in qua eam ſuſcepit, una cum fructibus, quos medio tempore percepit, ſi res mobilis ſit, & legatarius ſit idoneus eodem modo, quo ſupra cauendum erit de rem reſtituendo in eadem bonitate, in qua eam ſuſcepit, ut ſi qua ex parte deterior facta ſit, reſarciat, ſi vero ſit pecunia numerata debet eodem cauere modo pecuniam cum uſuris redditurum conditione deficiente, & ſi fęneratus non eſt, & in uſus ſuos conuertit, trientes reddet vſuras.

Sed ſi non fuerit facultatibus idoneus debet tunc dare fideiuſſores; ſed ſi illos non inueniat, & tunc eo quo ſupra dictum eſt modo cauendum erit, vt probat omnia præmiſſa tex. in d. §. vnde ſancimus Authe. de Nuptijs. & in l. hæres 77. §. qui poſt ff. de condi. & demo. & in auth. cui relictum & ibi Bal. col. 2. verſ. tertio vides hic C. de indicta vidui. tollen. Bart. in d. l. Mutianæ. col. vlt. ver. quæro an cum fideiuſſore ff. de condit. & de mo. Imola iu l. hoc genus nu. 1. ff. eo. Gratis d. conſ. 102. nu. 45. lib. 2.

Si ob conditionis defectum præſtitæ aliquo modo cautioni Mutianæ locus ſit; quia de iure, ſiue de facto contrauentum ſit; nam vtroq; modo ſufficit, quod contrafiat, vt cautioni locus ſit, vt poſt Petrum Cynum Bald. & Imolã probat Iaſ. in l. ubi pactum nu. 28.

11 & ſequẽ. C. de tranſact. Tunc ei ad quem res eſt peruentura, datur actio ex ſtipulatu per allegata ſupra in c. 3. quæſt. 7. num. 19. & ſequen.

12 Si vero nullo modo pręſtita ſit cautio pręd ict a, poterit penes quemcumq; res relicta exiſtat conſequi per rei vendicationem d. §. Vnde ſancimus Auth. de Nuptijs.

Et in ea venit res ipſa cum fructibus d. auth. cui relictum. C. de indic. uid. tolle. l. cum filius, §. qui mutianam, ff. de legat. 2. l. hæres §. 1. ff. de condit. & demo. cum alijs allegatis ſupra nu. 10. & ſupra c. 3. q. 7. nu. 26. Niſi forte relictum ſit annuum, quia tunc non veniunt in ea fructus primi anni per allegata ſupra ſub nu. 8. verſ. Vis enim eſt, &c.

13 Et ſi penes ſe rem illam hæres habeat poterit ſe tueri aduerſus legatarium exceptione tu non præſtitiſti cautionem d. §. Vnde ſancimus Auth. de Nuptijs l. Tutor. 27. ff. de libert. legata l. ſi tibi, 19. ff. de legat. 3. l. quibus diebus, §. fin. ff. de condit. & demonſ. l. ſi vnum, 69. §. ſed etſi fundum in fine, ff. de legat. 2. l. peto. 71. §. fina. ff. eod. l. ſi quis, 3. §. ſi quis ita, ff. de adimen. lega. l. cum in teſtamẽto, 48. ff. de fideicommiſ. liber. l. ſi cui. 7. ff. eo.

14 Quod idem procedit etiam in relictis ſub modo per iura ſupra deducta. Nam & tunc cauendum eſt hæredi implere modum, etſi ei non interſit, d. l. ſi tibi. 19. ff. de legat. 3. Ludouic. Molina de Hiſpan. Primog. lib. 2. ca. 12. nu. 24. & ſupra c. 3. quæſt. 7. nu. 19. & ſequen. & quæſt. 9. nu. 3.

15 Nam ad effectum cautionis nil differt modus a conditione, quia non propter conditionem, ſed propter mentem Teſtatoris cautio de modo implendo requiritur. d. l. quib. diebus, 39. §. fin. & ibi Bart. ff. de condit. & demo. Cuma. in d. l. Mutianæ nu. 1. ff. eo. Cuiac. lib. 14. obſeruat. c. 32. Ludouic. Moli. vbi ſupra. Et eſt textus reprobans hanc verborum differentiam, in d. l. fina. ibi ſancimus cum aliquid &c. C. de indic. viduitate tollen.

16 Non autem cautioni prædictæ locus eſt in contractibus; ſed in vltimis voluntatibus, & donatio-

donationibus cauſa mortis vltimis voluntatibus ſimilibns, d. §. quæ vero, Auth. de Nuptijs, glo. Bart. & Doct. in d. l. Mutianæ. col. 2. ver. oppono de lege ff. de condit. & demo. idem Bart. in l. 1. ad finem verſ. quærit glo. C. de pactis Bart. contra gloſ. in l. ſiue apud acta col. 3. vbi Bald. col. 5. verſ. primo quæro C. de tranſac. vbi antea Petrus nu. 12. & Cynus nu. 10. Dyn. ſing. 15. Roman. ſing. 184. Iaſ. in l. quæ de legato nu. 21. ff. de legat. 1. & in d. l. ſiue apud acta nu. 16. C. de tranſac. Socin. in d. l. Mutianæ. nu. 11. Coſta. in repe. l. cum tale. §. ſi arbitratu ampliat 2. nu. 4. & 5. & Select. Interpræt. circa conditiones lib. 2. c. 5. nu. 4. & 5. & Molin. de Hiſpan. Primog. lib. 2. tit. 12. nu. 26. & 27.

17 Niſi forte ſint contractus bonæ fidei Bar. in d. l. ſiue apud acta. col. 3. verſ. contra prędict. oppono vbi Iaſ. nu. 21. C. de tranſact. Socinus in d. l. Mutianæ nu. 12. & ſequen. Vel ſtricti iuris ſed ſub modo; quia & in iſtis habet locum Bart. in l. dedi tibi in prin. col. 2. verſ. oppono tertio. ff. de condi. ob cauſ. & in l. Inſulam. §. quidnam ff. locati Bald. in l. 1. in fine verſ. quæro an C. vt in poſſeſſ. lega. Aret. in d. l. ſiue apud acta col. 4. ver. in gloſſa ex pacto, vbi etiam Iaſ. nu. 21. Socinus ex Angelo Imola; & Caſtr. in d. l. Mutianæ ſub nu. 15. ff. de condi. & demo. Aret. in §. ſi quis ita ſtipulatus. nu. 2. & ſequen. Inſtit. de verb. oblig. & ſupra c. 1. quæſt. 106. in fine Ludouic. Molin. vbi ſupra nu. 28. Sed Iaſ. in d. l. ſiue apud acta. nu. 21. verſ. tenē indiſtincte &c. dicit quod cautio modalis nunquam poteſt interponi in tranſactione; nec in alijs cōtractibus innominatis.

18 Effectus autem cautionis Mutianę eſt producere actionem, non natam ob conditionis pendentiam, quæ cautione præſtita dicitur purificata, & nata actio; quæ alias nnnquam nata fuiſſet d. l. Mutianæ. & l. Titio fundus, ff. de condit. & demo. & d. l. cum filius, §. qui mutianam, ff. de legat. 2. Iaſ. in d. l. ſiue apud acta. nu. 13. in princ. C. de Tranſactionibus.

S V M M A R I V M.

1 *Conditio modus, cauſa, pœna, qualitas; & onus an referatur ad omnia præcedentia, & ſequentia, vel ad vnum; pendet id a coniectu-rata mente diſponentium.*

2 *Regula eſt quod referantur ad omnia niſi aliqua ratio contrarium ſuadeat.*

3 *Etiamſi ſitis poſita in principio, medio, & fine.*

4 *Referuntur ad omnia quando reguntur ab eodem verbo, & ſunt poſita ſub vnica diſpoſitione.*

5 *Item quando præcedentia ſunt ſequentibus ſimilia.*

6 *Item quando minus lædunt ius commune.*

7 *Item habet locū relatio etiā in materia odioſa.*

8 *Relatio non habet locum quando vni ex præcedentibus, vel ſequentibus eſt ſpecialiter prouiſum.*

9 *Maſculinum non concipit fœmininum, quando eſt habita diſtincta ratio.*

10 *Retentio ad omnia non fit quando conditio eſt appoſita in vno gradu ſubſtitutionis perfecto*

11 *Relatio ad omnia non habet locum, quando præcedentia repugnarent ſequentibus, vel econtra.*

12 *Nec minus quando præcedentia ſunt a ſequentibus diuerſa; vel econtra.*

13 *Nec minus quando ex relatione ad omnia ſequeretur legum correctio; vel contrarietas.*

14 *Niſi forte omnia præcedentia eſſent contra ius.*

15 *Relatio ad omnia non habet locum quando proprietas recti ſermonis repugnat relationi.*

16 *Nec minus quando ex tali relatione diſpoſitio ad quam fieret relatio redderetur ex relatione ipſa inualida.*

17 *Nec quando præcedentia a generali clauſula aliquo diſtarent interuallo.*

18 *Decretum irritans non refertur ad præcedentia longo interuallo diſtātia ſed ad proxima.*

19 *Relatio quoad declarationem fit ad præcedentia, & ſequentia longo interuallo diſtantia.*

20 *Relatio non fit per tacitum intellectum clauſula.*

21 *Nec minus quando conditio ſiue clauſula eſt poſita ad aliquid qualificandum.*

22 *Nec quando repugnat præſumpta mens.*

23 *Relatio non habet locum quando reſtringeret diſpoſitionem alias vt fauorabilem extendendam.*

24 *Nec minus quando ex relatione reſultaret abſurdum.*

25 *Inducta ad vnum finem non debent operari contrarium.*

26 *Relatio non procedit reſpectu eorum, quæ acceſſorie; vel cauſa demonſtrationis ſunt appoſita.*

27 *Tamen declarant præcedentia, & ſequentia principalia.*

28 *Relatio non procedit id ſuadente ratione.*

29 *Nec quando ratio eſt diuerſa.*

30 *Vel maior adeſt in vno; quod in altero.*

31 *Relatio non habet locū in caſibus priuilegiatis.*

32 *Nec*

Nec minus quando reſtringeretur materia large, vel largiſsime interpretanda.
33 *Relatio non procedit quando venit continuatiue ad aliquam diſpoſitionem.*
34 *Referenda ſunt ſingula ſingulis congrue.*
35 *Conditionibus, & modis præmiſsis quomodo iſta referantur.*
36 *In omnibus & per omnia quomodo referatur.*
37 *Et refertur etiam ad priuilegiata.*
38 *Relatio non procedit quando loquitur expreſſe de alijs caſibus, quia ad illos refertur, niſi ad ſint alij ſimiles.*
39 *Pœna non refertur ad omnia in dubio.*
40 *Relatio nunquam fit ſi ſine ea intentio diſponẽtis ſuum ſortiretur effectum.*
41 *Nec fit ad extranea.*
42 *Nec contra ius tertij.*

Caput VI. Quæſt. 7.

CONditio, modus, cauſa, pœna, qualitas, & onus appoſitum in clauſula ſeparata a præcedentibus, & ſequentibus in principio, medio, & fine alicuius diſpoſitionis; vel in clauſula coniuncta, An & quando referatur ad omnia ſeparata, vel ad proxima, ad vnum ex præcedentibus coniunctis, vel ſequentibus. & licet id vt plurimum depen-
1 dat a coniecturata, & præſumpta mente diſponentis Bald. in l. 1. in fine. C. de liber. preter. & in l. Titius C. de operis libert. Aret. conſil. 1. nu. 14. Ruy. conſ. 15. num. 8. lib. 1. Decius conſ. 480. nu. 4. Soci. iun. conſ. 103. nu. 55. lib. 1. Alciat. reſpõſo. 96. nu. 20. Berouus conſ. 120. nu. 80. lib. 2. Boerius quæſt. 146. num. 10. verſic. Tum ex mente. Rota in Carpentoratenſis Penſionis die 20. Maij 1602.
2 coram Reuer. Lancellotto. Tamen regula eſt conditionem, modum, cauſam, pœnam, qualitatem, & onus appoſitum in clauſula generali tam a præcedentibus, quam a ſequentibus ſeparata ad omnia referri, quando nulla extat ratio, quare magis ad vnum præcedens, ſeu ſequens; quam ad alterum debeat referri Bart. in l. ult. §. Titia, nu. 3. ff. de liber. legat. l. 1. C. de liber. pret. c. inquiſitioni, & c. ſecundo requiris de appellat. l. 3. §. filius, ff. de liber. & poſthum. Bart. qui allegat Specul. in l. talis ſcriptura, ff. de legat. 1. vbi Iaſ. nu. 36. Roma. conſ. 480. nu. 7. Alex. in conſ. 48. nu. 1. lib. 2. & in conſ. 158. num. 7. lib. 6. Ludo Bologn. in conſ. 40. col. 5. verſ. Præterea Decius in conſ. 11. nu. 13. in conſ. 92. nu. 1. & in conſ. 673. in fine. & in c. ſecundo requirit col. 2. de appellat. Capic. deciſ. 108. nu. 11. Socin. iun. in conſ. 3. nu. 41. in conſ. 138. nu. 98. & in conſ. 139. nu. 5. lib. 1. & in conſ. 26. nu. 2. lib. 3. Alciat. reſponſ. 55. Cardin. Mantica de coniect. lib. 3. tit. 14. nu. 8. Rota diuer. deciſ. 227. in princ. 368. nu. 8. & 666. nu. 2. par. 1. & in deciſ. 243. nu. 8. par. 2. Peregr. de fideicom. art. 16. nu. 102. fo. 155. Et id omnes conſtituunt pro regula præfata ex diſpoſitione virium ſupra citatorum, & text. in l. 3. §. filius inter medias ff. de lib. & poſthu. & in l. vlt. ff. de rebus dubijs.
3 Etiam ſi ſit poſita in principio Bart. in d. l. fin. ff. de rebus dubijs in fine remiſſiue ad l. prætor. §. eritq; vi bonorum raptorum & ſupra in hac ſecũda parte c. 1. q. 11. col. 2. ver. & ratio eſt nu. 7. In medio, vt per text. in d. l. 3. §. filius, & notata per Bart. in d. l. talis ſcriptura, decidit Achilles in deciſ. 3. alias, 349. nu. 1. de priuileg. Mandoſ. in reg. 3. q. 6. nu. 4. reg. 8. quæſt. 4. nu. 2. & reg. 34. q. 81. nu. 2. Menoch. de Arbitr. caſu 64. nu. 19. & ſequẽ. multos citat Cardinalis Mantica de coniect. lib. 6. tit. 13. nu. 6. Vel in fine d. l. 3. §. filius ff. de lib. & poſthu. & d. l. talis ſcriptura ff. de legat. 1. Bart. in d. l. fin. ff. de rebus dubijs, Baldus in conſ. 357. lib. 4. Surdus in deciſ. 88. nu. 13. in deciſ. 322. nu. 59. & in conſ. 200. nu. 24. in conſ. 242. num. 10. & in conſ. 282. nu. 4. & 5. Card. Mantic. de coniectu. lib. 3. tit. 14. nu. 8. lib. 5. tit. 1. nu. 23. & lib. 6. titu. 13. nu. 6. Peregr. de fideicommiſſis Artic. 16. nu. 102. & ſequen. fo. 155. late præmiſſa cõprobantur, ampliantur, & controuertuntur apud Ant. Gabrielium li. 6. de Clauſulis cõcluſ. 9. in princ. & per totam.
4 Et quidem pręcipue regula ſupra firmata locum ſibi vendicat, quando omnes conditiones, & qualitates ſunt poſitæ ſub vnica diſpoſitione, & reguntur ab eodem verbo Bart. in d. l. prætor. §. eritque. vi bonorum rapto. Socin. iun. in d. conſ. 26. nu. 3. lib. 3. &
5 per allegata per Peregr. d. artic. 16. nu. 102. Et quando præcedentia ſequentibus ſunt ſimilia Aret. in l. 2. in princ. ff. de verbo. oblig. per tex. in l. vlt. §. cui dulcia ff. de Trit. vino oleo lega. Berous in conſ. 15. num. 50. lib. 3. Card. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 14. nu. 7. & allegati infra nu. 8. 11. & 12. Et quando
6 minus per relationem ad omnia læderetur ius commune, ut per text. & ibi notata per Gemi. in c. vbi periculum, §. nulli. de elect. in 6. ſequitur Decius in conſ. 92. Viſo pũcto col. 7. verſ. quarto cum ex rationibus prædictis &c.

ctis &c.& ita notatur in c.cauſam quæ de re
ſcriptis,& in d.l.talis ſcriptura Soc.in d.l.ſi.
ff.de reb.dub.ſequitur,& ita cōcludit in ſpē
Gozzad.in conſ.88.n.9.& 14.& ꝑ totū mul
ta adducit ad propoſitā quæſtionē facientia.
7 Et præmiſſa pro prędicta regula ſūt adeo
vera,vt locū habeāt ēt in diſpoſitione,& ma
teria odioſa d.l.3.§.filius inter medias,ff. de
liber.& poſth.& l.1.C.de li.præter.Iaſ.in d.
l.talis ſcriptura in prin.nu.36.verſ. Amplia
ff.de legat.2.Bal.in l.quiſquis in princip. C.
ſi cert.peta.Ale.cōſ.102.li.2.Capitius.de de
ciſ.108.nu.15.Rota diuerſ.deciſ.54.nu.19.
par.1.Surdus in conſi.379.num.1.lib.3.
8 Tamen propoſita regula vt ꝑ ſe vera, ita
multas patitur limitationes,Nā primo limi-
tatur qñ vni ex præcedentibus,vel ſequēti-
bus eſt ſpecialiter prouiſum,tūc enim gene-
ralis clauſula præcedens,ſeu ſubſequens ad
illud ſpecialiter prouiſum nō refertur Iaſ. in
d.l.talis ſcriptura.nu.37.alleg.Bal.Caſtren.
Imolam,Salicetum,Card.& Alexādrū.Soc.
iun.in conſ.22.col.3.ver.præterea in ſequē
ti.li.3.Curtius ſenior.in conſ.43.col.vl.ver.
& facit quia Ludouic.Bologn.in cōſ.49.col.
3.ver.iſtis ſic Decius in conſ.213.n.5.Goz.
in conſ.2.nu.30.Soc.iun.in conſ.98.n.32.
li.1.Boer.q.146.nu.4.Natta in conſ.678.n.
34.li.4.& in ſpecie limitationē iſtam uide-
tur probare tex.in c.cum dilecti, de donatio
nib.ubi clauſula poſita in fine nō refertur do
nationē præcedentē habentē propriā, & ſpe
cialē conditionē,Nos & alios concordantes
adducit Gabr.li.6.de clauſulis d. concl.9.n.
8.Rota diuer.deciſ.698.nu.15. p.2. Surdus
in deciſ.84.nu.4.in deciſ.319.nu.4.in conſ.
24.nu.29.& in conſ.430.nu.18.Peregr. de
fideic.d.art.16.nu.107.fo.156.
9 Et ideo Bal.in l.multis,ff.ſtatu homin.dixit
maſculinū nō cōcipere fęmininū,qñ fęmina
rū,& maſculorū eſt habita diſtincta,& ſepa-
rata rō, ſequitur Iaſ. in l.ſi quis id qđ.n.13.
ff. de iuriſd.om.Iudic.Dec.& Cagno. in ru-
br.ff.de regu.iuris, Curtius ſen.in conſ. 52.
col.4.in fi.Ruy.in conſ.22.col.2.li.3.Socin.
iun.in conſ.1.nu.37.li.5.Pariſ. in conſ. 49.
nu.36.li.3.Corn. in cōſ. 122.n.18.li.2.late
Rota diuer.in deciſ.125.nu.2.& ſequ.p.2.
10 Et adiecta in vno gradu ſubſtitutionis
per ſe ſubſiſtente,& perfecto non extēditur
ad alium,ut poſt alios probat Pariſ.in conſ.
87.col.pen.li.2.nu.46.per tex.in l.quæ con
ditio, vbi Bar.Caſt.& Soc.in l.Auia,ff.de cō
dit.& dem.alios citat Peregr. de fideicom.
artic.16.num.94.fol.154.col.4.& artic.15,
numer.42. & 43.
11 Secundo limitatur non procedere, quādo
præcedentia repugnarent ſequentibus, vel
e contra;ſeu eſſent contraria,gl.& Bart. in l.
ſi idē cū eod.§.vlt.ff.de iuriſdict.omn.Iudic.
Bald.in conſ.357.Clauſula &c.lib.4. Alex.
in conſ.48.nu.6.li.1.Iaſ.in d.l.talis ſcriptu-
ra,nu.39.& 40.ff.de legat.1. & in conſ. 97.
col.2.li.1.Decius in conſ.195.col.pen.verſ.
4.hoc idē Gozzad.in conſ.6.nu.30.Crauet
ta in conſ.70.nu.3.in conſ.296.col.3.verſi.
4.niſi &c.Soc.iun.in conſ.81.n.20.li.3.Nos
& alios citat.Gabr.de Clauſulis,concluſ.9.
nu.9.verſ.5.Limita.Peregr.de fideic.art.16.
nu.39.& 107.verſ.ſecundo,&c. fol.156.
12 Tertio,Limitatur non procedere quando
præcedentia ſunt a ſequētib.diuerſa,vel ecō
tra,Puteus deciſ.226.nu.5.& 8.li.3.Berous.
conſ.15.n.50.li.3.Peregrin.d.art.16.n. 103.
Menoch.conſ. 177.nu. 12.Burſatus , conſil.
256.nu.11.& 13.Gabr.conſ.137.nu. 31. li.
1.Rolan.conſ.54.nu.11.& 23. li.4. Surdus
deciſ.88.nu.13.& ſequen.multa adducit ad
propoſitum huius quæſtionis.
13 Quarto,Limitatur regulā non procedere
qñ ex relatione ad omnia ſequeretur legum
correctio,vel cōtrarietas,tūc.n.ad ea quæ ꝑ
relationē corrigerentur, vel aduerſarētur nō
fiet relatio,Abb.in c.eccleſia de elect. quem
Iaſ.in d.l.talis ſcriptura,nu.39.ff.de legat. 1.
Soc.ſenior in conſ.150.ver.Octaua ratio li.
1.Curtius iun.in conſ.7.nu. 12. & 13. & in
conſ.156.nu.3.Gozzad. in conſ. 88. nu.14.
Crauetta in conſ.70.nu.3.Peregr. de fideic.
art.16.n.39.& 107.ver.4.&c.Gabr.li.6.de
clauſ.concl.9.nu.5. ver. 3.limita,adducit cō
cordantes,& ſup.nu.6.& id procedit etiam
ſi clauſula in fine poſita ſe expreſſe referret
in genere ad præcedentia,Arer.in d.l.3.§.fi-
lius in fin.ff.de li.& poſth.Sed ſi omnia præ
14 cedentia eſſent contra ius cōe, & tunc clau-
ſula in fine poſita eſſet ad omnia referenda,
Aret.in l.talis ſcriptū;nu.5.ver.4.adde,ff. de
leg.1.Ruy.in conſ.185.nu.4.li.1.& id fit ne
clauſula in fine poſita reddatr ſuperflue,vt de
15 clarat Ruy.in conſ.51.nu.6.li.3.Quinto,Li
mitatur nō procedere qñ ꝓprietas recti ſer-
monis tali relationi repugnat.l.Plautius , ff.
de auro & arg. leg.Old.in cōſ.152.n.2.in fi.
per ea Iaſ.in d.l.talis ſcriptura,nu.40. uerſi.
4.vltra,ff.de legat. 1.Alex.in conſ.48.col.7.
lib.1.& in conſ.66.col.2.lib.2. Afflic.ſuper
conſt.tit.de ſucceſ.nobi.nu.65.Ruy. in conſ.

185. in princ. li. 1. Surdus in conſ. 315. nu. 9. & in conſ. 303. n. 35. li. 3. Rota diuer. in deciſ. 54. n. 20. & 21. p. 2. Roma. conſ. 180. nu. 10.

16 Sexto, limitatur non procedere, quãdo ex tali relatione diſpoſitio ad quam fieret relatio redderetur ex relatione ipſa inutilis, tũc enim ad illam non ſit relatio. Bald. in conſil. 153. quidam teſtator col. vlt. ver. item quia &c. lib. 5. Rom. in conſ. 12. nu. 3. Iaſ. in d. l. talis ſcriptura, nu. 59. ver. tertio &c. & in conſ. 142. num. 6. lib. 2. Decius, in conſ. 11. nu. 13. & in conſ. 14. nu. 5. ver. confirmatur. Soc. iun. in conſ. 98. n. 41. li. 1. Crauetta in conſ. 70. nu. 4. & eſt tex. in l. Titia, §. idem reſpondi il. 1. ff. de verb. oblig. ubi Iaſ. in fine. Surdus in conſil. 450. num. 48. lib. 3. Peregr. de fideicommiſ. artic. 16. nume. 31. & 107. alios concordantes adducit Gabr. de Clauſulis, concluſ. 9. num. 10. verſ. ſexto limita.

17 Septimo, limitatur non procedere quando præcedentia a generali clauſula aliquo diſtarent interuallo, vt quia in medio eorũ plura fuiſſent inſerta, tunc enim ad omnia præcedentia aliquo interuallo diſtantia non fieret relatio, ſed ad proxima, & ad q̃ congrue relatio fieri poſſet, vt docuit Bart. in d. l. vlt. in fine, ff. de rebus dubiis & in conſ. 99. Col. a in fine Bald. in l. 1. C. de legit. hæredit. Soc. ſen. in conſ. 63. nu. 19. ver. Preterea li. 3. & in d. l. vlt. Ruy. in conſ. 121. nu. 3. li. 2. & in conſi. 111. nu. 12. li. 5. Peregr. de fideicom. art. 16. nu. 103. 105. & 106. facit Rota diuer. in deciſi. 195. nume. 3. par. 2. & allegati infra, numer. 31. limitat. 16.

18 Quod idem dicendũ eſt de decreto irritãte, quod ſcilicet non referatur ad præcedentia, ſed ad diſpoſitionẽ illam, cui magis proxime cohæret. Boerius in deciſ. 119. nume. 5. quem ſequitur Gabr. lib. 6. de clauſulis concluſ. 3. in fine & in concluſ. 9. num. 12. verſi. octauo limita; & num. 27. alios adducit.

19 Verumtamen id non procedit quoad declarationem, quia ſequentia, etſi a præcedentibus, & e contra longo diſtent interuallo, tamen illam declarant l. verum, ff. de petit. hæredit. l. ſi ſeruus pluriũ, §. fi. ff. de legat. 1. Bat. in l. qui filiabus, in princ. ff. eod. & in l. ex facto, §. ſiquis rogatus, ff. ad Treb. Aret. in cõſi. 143. col. vl. & in d. l. 3. §. filius, col. vl. ff. de li. & poſthu. Soc. in d. l. fi. nu. 2. ff. de reb. dubiis Curtius iun. in conſ. 112. nu. 7. Ruy. in conſi. 113. nu. 11. li. 1. in conſ. 147. nu. 8. li. 2. & in conſ. 13. nu. 11. li. 1. Soc. in conſ. 63. nu. 14. li. 3. Pariſ. conſ. 72. nu. 42. & 43. li. 4. Bar. in l. Centurio, nu. 27. de vulgari, Pereg. de fideicom. art. 16. nu. 108. fo. 156. Surdus in conſ. 45. nu. 24. in conſ. 179. n. 58. in conſ. 232. nu. 27. & in deciſ. 322. nu. 60. Card. Mantic. de coniect. li. 3. ti. 9. nu. 3. & li. 6. titu. 13. nu. 20. quia vna pars teſtamenti aliam declarat d. l. qui filiabus, ff. de legat. 1. & pro concordantibus Card. Mantic. de coniect. li. 3. tit. 9. nu. 5. & Peregr. de fideic. art. 25. nu. 30. & 34. fl. 240. quod & deduxi in vrbeuetana præſenti fideicommiſſi pro Ill. D. Liuia Capranica de Bonellis impreſſa de anno 1605. qui ſubſcripſerunt Celebres Aduocati D. Bernardinus Scottus. Io. Bapt. Spada. Ludouic. Albertonius, Ludoui. de Vignate, & alii Iuniores.

20 Octauo, Limitatur non procedere quãdo qualitas, & clauſula tacite ſubintelligitur, quoniam de iſta tacite ſubintellecta nulla fit relatio, vt declarat Bal. in l. 1. in prin. ff. quod quiſq; iuris. Ale. col. 4. ver. no. ex gl. Decius in c. ſecundum requiris in fine de appe. Soc. iun. in conſ. 1. n. 31. li. 1. Decius in conſ. 353. n. 4. Rom. ſing. 237. Dico tibi Fely. in c. cauſam quæ col. 5. limitat. 8. de reſcriptis, quia natura relationis eſt natura veritatis patentis ex coniunctione duarum ſcripturarũ, vt dixit Bal. in conſ. 338. ea quæ ueniunt li. 2. Decius, in conſ. 407. nu. 3. Peregr. d. art. 16. nu. 113. & artic. 29. nu. 25. 26. & 27. & ſup. parte hac 2. c. 1. quæſt. 18. nu. 28.

21 Nono, limitatur non procedere quando clauſula eſt appoſita ad qualificandã aliquã diſpoſitionẽ, tunc enim refertur ad illã tantũ diſpoſitionẽ non ad alias, Bar. in d. l. vlt. ver. ſi enim illa, ff. de reb. dubiis Ale. in conſ. 48. nu. 8. li. 1. in conſ. 158. nu. 7. li. 6. Ludou. Bologn. in cõſ. 40. col. 5. Afflic. in deciſ. 248. nu. 12. Capicius in deciſ. 108. nu. 11. & 12. Soc. iun. in cõſ. 31. nu. 41. li. Surdus in deciſ. 88. n. 6. & in conſ. 315. nu. 10. cũ allegatis ſupra, n. 8. & pro aliis cõcordantib. Gabr. li. 6. de clauſulis, cõcl. 9. n. 11. ver. ſeptimo limit.

22 Decimo, limitatur non procedere, qñ præſumpta Teſtatoris voluntas repugnaret, nã ex ea vt plurimũ pendet relatio vt diximus in prin. & ita in ſpecie Oldra. in conſ. 152. nu. 2. in fin. Abb. in conſ. 75. in fin. li. 2. Soc. iun. in conſ. 81. n. 19. & 20. li. 3. Crauetta in cõſ. 70. nu. 9. Rota in dicta Carpentoratenſi.

23 Vndecimo, limitatur non habere locum quando ex tali relatione reſtringeretur ea diſpoſitio, quæ alias vt fauorabilis eſſet extendenda, Alex. in conſ. 48. nu. 14. li. 1. Iaſ. in d. l. talis ſcriptura, num. 40. verſ. ſexto limita.

ff. de

ff.de legat.1.Decius,in conſi.76.nume.1.in
fine Gozzad.dict.conſi.88.num.5.& 13.&
pro alijs concordantibus Gabr.li.6.de clau
ſulis,dict.concluſ.9.num.4.verſic. ſecundo
limita Rota in dict.Carpentorate Penſionis
29.Maij 1602.coram Reuerend. Lancellot-
24 to. Duodecimo limitatur non habere locũ
quando abſurdum aliquod ex huiuſmodi
relatione reſultaret,Oldrad.dict.conſi.152.
num.1.Abbas,in c.eccleſia veſtra.de elect.
& in cap.penult.in fine,de iure patro. Iaſ.in
dict.l.talis ſcriptura,num.4.verſicu. quinto
nota.Decius,in conſi.213.num.8.Gozzad.
in conſi.58.nu.18.Socin.iun.in conſi.1.nu.
30.lib.1.& in conſi.160.num.61.lib.2.Be-
rous in conſi.66.num.2.lib.2.Crauetta in
conſi.296.col.3.verſ.tertio,&c.Rota diuer.
in deciſi.54.num.24.par.2. Et ideo ſi indu-
25 cta ad augumentum operarent? diminutio-
nem non fieret relatio. Decius in cap. ſecun
do requiris in fine, de appellat.quia inducta
ad vnum finem non debent contrarium ope
rari,leg.legata inutiliter,ff.de legat.1.l.lega
ta inutiliter,ff.de adimen.legat. l.cum tale,
§.fin.ff.de condit.& demonſt. l.ex facto, ff.
de hæred.inſtitut.l.Titia,§.ſin. ff. de manu.
Teſtam.Iaſ.in dict.l.legata inutiliter. nu.5.
ff.de legat.1.Surdus deciſi.238.num.10.
26 Decimotertio limitatur non procedere re
ſpectu eorum,quæ acceſſorie, vel cauſa de-
monſtrationis ſunt appoſita;quia relatio fit
ſolum ad principaliter poſita,Bart. in l. vlt.
§.Titia ff.de liber.legat.& poſt eum Iaſ.in d.
l.talis ſcriptura nu.49.verſ.ſeptimo intelli-
go ff.de legat.1.Decius in c.ſecundo requi-
ris nu.3.de appellat. Rota diuer. deciſ. 195,
nu.3.par.2.Surdus in conſ.45.num.6.& in
conſ.217.nu.3.in conſ.265. nu.33.& me-
lius in conſ.379.nu.2.in conſ.359.nu.28.&
conſ.453.nu.38.Gabr.de clauſulis d. concl.
9.nu.15.verſ.Nono &c.alios citat,& in du-
bio præſumuntur appoſita demonſtratiue l.
fin.§.Titia ff.de liber.leg.l.Mela in princ. ff.
de alim.& cib.legat.l.quidã Teſtamento ff.
de legat.1.Bart.in l.cum Pater. §. menſæ ff.
de legat.2.Iaſ.in l.Centurio nu.51. Alciat.
conſ.34.nu.6.lib.8.Card.Mantic. lib.9.tit.
2.nu.5.Fely.in c.ſuper literis. nu.4.& in c.
ad audientiam nu.2.& 7.de reſcript.Ripa in
d.l.centurio.nu.173.Natta conſ.34.nu.6.
27 Tamen & iſta acceſſorie vel cauſa demon
ſtrationis poſita declarant præcedentia, &
ſequentia per allegata ſuperius,nu.19.limi-
tat.7.Bald.in l.eam quam nu.36.C.de fidei
commiſ.Socin.conſ.272.col.fin.lib.2.& con
ſil.63.nu.14.lib.3.Pariſ.conſ.72.nu.42.&
43.lib.4.Corn.in conſ.202.nu.8. lib.3.per
doctrinam Bart.in l.centurio num.27.ff.de
vulg.vbi ita dicit per tex.in l.ſeruus pluriũ.
§.finali.ff.de legat.1.idem Corn.in conſ.93.
col.3.& in conſ.116.col.3.& in conſil.138.
col.3.eod.lib.& in conſ.152.col.4.lib.2.Cu
man.conſilio 33. Ripa in d.l. Centurio nu-
mero 124.& eſt communis traditio. Pariſ.
conſilio 74.numero 4.conſilio 86.num.55.
libro 2.Clarus in §.teſtamentum,quæſ.76.
verſ.dixi Beccius multo adducit,in conſ.88.
numero 50.Surdus in conſ.402.num.32.&
conſilio 422.numero 16.Et præmiſſa proce
dunt etiam ſi acceſſorie, vel cauſa demon-
ſtrationis poſita ſint in alia ſcriptura; quia
& ex eis declaratur quid ſenſerit diſponens,
l.vxori §.fin.vbi Bart.ff.de lega.3.& in l.ali
menta,ff.de alimen.& cib.legat.Alex.conſ.
69.numero 3.libro 6.Curt.ſen.conſilio 49.
col.6.Crauetta conſ.231.nu.12.faciunt la-
te deducta per Peregr.de fideicom.arti.25.
nu.19.& ſequen.Bart.& cæteri omnes in l.
1.§.nunciatio ff.de ope.noui nunc.
28 Decimoquarto limitatur non procede-
re ſuadente ratione; quod tantum ad im-
mediate, & proxime præcedentia fiat rela-
tio, quia tunc ad illa tantum referuntur
non ad alia, & remota, dicta lege fina. ff.
de rebus dubijs, quam ita ibi ponderauit,
Bart.ubi adducit in ſimili,gloſſ.in §.item la
pill.Inſtitut.de re diui Cuma.conſ.22.colu.
1.Bart.in dict.leg.talis ſcriptum, §. fin.per
text.in leg.ſed ſi per prætorem §. deinde,ff.
ex quibus cauſ.maior.& in l.1.§. eum qui,
ff.de poſtu.& in leg.cohæred.§. qui partem,
ff.de vulg. ubi traditur pro regula genera-
li, quod generalis prouiſio non refertur ad
ea,de quibus fuit ſpecialiter prouiſum, vt
in pulchro caſu,Bartol.in conſi.54.Angelus
Mariæ,Zanchus in repetit.l.Gallus, §.cum
ita num.674.Alexand. in conſil. 138. in 3.
dubio.lib.1.Fely.in ca. cauſam quæ, col.4.
verſi.limita,2.de reſcriptis,Peregr. de fidei
commiſſo articu.16.num.30.& nume.105.
& 106.in princip.fol.156.& ſupra capit.1.
quæſt.18.num.17.
29 Hoc idem dicendum eſt,quando ratio eſ
ſet diuerſa,tunc enim ad id tantum refertur
cui ratio conſonat,& adaptatur, non autem
ad aliud,cui non conſonat, & eſt diuerſum,
dict.l.3.§.filius,& d.l.talis ſcriptura,Dec.in
cap.ſecundo requiris,num.3.Bald.in d.l.1.

Digitized by Google

C. de leg. hæred. per tex. in l. ſi idem cum eo. §. fin. ff de iuriſdic. om. iudic. Socin. iun. in conſi. 1. nu. 28. lib. 1. & in conſi. 15. num. 49. lib. 2. & conſi. 68. num. 117. lib. 3. Gozzad. in conſi. 2. numer. 3. Peregr. vbi ſupra, num. 105. & ſequen. & ſupra, nume. 11. & 12. & ſup. c. 1. q. 18. nu. 32. Surdus deciſ. 88. nu. 13.

30 Et quando maior adeſt ratio in vno, quã in altero, quia tunc ad illud tantùm ſit relatio. Dec. in cap. ſecundo requiris, num. 3. de appellat. Corneus conſi. 150. num. 24. libr. 2. Rubeus, conſi. 49. num. 4. Crauetta, conſi. 84. num. 17. & conſi. 326. num. 14. concordantes adducit Gabr. libr. 6. de Clauſulis. clauſ. 9. num. 3. uerſi. Primo limita. Rota diuer. deciſi. 666. num. 2. par. 1. & deciſi. 667. numer. 1. par. 1. pro iſtis faciunt, & allegati ſuperius, num. 8.

31 Decimo quinto, limitatur non habere locum in caſibus priuilegiatis, Aretin. in leg. ſi ſeruum in princip, colu. 1. de uerb. oblig. Gomeſ. in §. fuerat, numer. 37. Iaſ. de acto. Paulus Picus, in leg. Titia, §. Titia cum nuberet. ff. de legat. 2.

32 Nec minus quando reſtringeretur materia large, vel largiſſime interprætanda. Abbas poſt Innocen. in cap. cum dilecti de donat. Alexand. in conſi. 48. col. pen. lib. 1. Iaſ. in leg. fin. col. 6. de Conſtitu. principum, & in leg. 1. C. de lib. præter & in conſi. 97. col. 2. lib. 1. Socin. leg. fin. col. fin. ff. de rebus dubijs, Dec. in cap. ſecundo requiris, col. 3. limit. 8. de appellat. Alexand. conſi. 214. col. penult. lib. 2. Fely. in cap. cauſam quæ, col. 1. limit. 6. de reſcript. Ruy. in conſil. 45. col. 3. lib 1. conſi. 64. col. 3. & conſ. 106. colu. 3. lib. 3. Gratus in conſi. 16. num. 9. lib. 1.

Decimoſexto, limitatur non procedere
33 quando venit continuatiue ad aliquam diſpoſitionem, quia tunc ad illam non autem ad remota refertur, Bart. in dict. l. fin. ff. de rebus dubijs Dec. poſt alios in dict. cap. ſecundo requiris, nume. 3. de appellat. Socin. ſen. in conſi. 63. num. 19. uerſic. præterea, libr. 3. Rota diuer. deciſi. 195. numero 3. part. 2. & allegati ſupra, numero 17. cum alijs allegatis per me in dict. Vrbeuetana præſenti fideicommiſſi impreſſa de anno 1605. uerſ. Nec obſtat in propoſito &c. ſubſcripta ab Illuſtriorib. Vrbis Aduocatis Dominis Bernardino Scotto. Ioanne Bapt. ſpada, Ludouico Albertonio, & Ludouico de Vignate, & alijs Iunioribus.

34 Decimo ſeptimo limitatur, ut ſemper ſint ſingula ſingulis congrue referenda, non autem incongrue, & ita intelligitur debere poſſe fieri relationem ad omnia, ſi æque commode, apte, & congrue fieri poſſit, & ſi non ad omnia, ad ea, ad quæ congrue fieri poteſt ſingula ſingulis congrue referendo. Caſtren. in l. 1. C. de lib. præter. vbi Iaſ. in 1. Limit. Soc. in l. hæc ſcriptura, §. cum eadem, ff. de condit. & demonſt. & in conſil. 21. col. 3. libr. 3. Alexandr. in conſi. 214. col. penult. lib. 2. & conſi. 48. col. penul. lib. 1. Iacob. de Beluiſo. in l. quoties, C. famil. erciſ. Aretin. in conſil. 116. Barbat. in conſi. 34. col. 2. lib. 1. Bald. in cap. ſecundo requiris, colu. fin. de appellat. Corne. in conſi. 268. num. 22. lib. 4. ex regula dict. l. talis ſcriptura, ff. de legat. 1. & dict. l. 1. C. de liber. & poſthu. & vbique Iaſ. & dict. cap. ſecundo requiris de appellat. Rota diuer. in deciſ. 54. num. 18. par. 2. Ruy. conſ. 123. num. 12. lib. 3.

Quod profecto ſine aliqua dubitatione procedet, ſi fuerit etiam ſuperaddita clauſula ſingula ſingulis congrue referendo, quæ idem importat, & operatur, ac ſi nominatim prius narrata, eſſent de nouo ſpecificata, cap. vt circa, ubi gloſſ. in verbo omnia & ſingula, de elect. & clementina electionem, de elect. Bald. in conſil. 254. libr. 2. & in conſil. 420. lib. 3. Late Pariſ. in conſi. 97. nume. 90. & ſequen. & 92. & ſequen. lib. 4.

35 Maxime ſi adſit & clauſula conditionibus, modis, & qualitatibus præmiſſis, gloſſ. in l. ſi negotium, C. de neg. geſtis. in l. 1. §. ſin autem, C. de cadu. tollen. & in l. fin. vbi Angel. C. de fideicommiſſ. Aymon. in conſi. 98. numero 11. Nam illa uerba conditionibus, & modis præmiſſis, ſunt adeo reſtrictiua, ut ſolum referantur ad ea, quæ in diſpoſitione legi poſſunt, per notata per Bart. in l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulg. Ruyn. in conſi. 122. numer. 6. uerſic. & non obſtat. lib. 2. Zanchus in l. hæredes mei, §. cũ ita nume. 414. in fine, ff. ad Treb. quod & admittit Rota diuerſ. in d. deciſ. 54. num. 27. & 28. par. 2.

36 Contrarium eſt de clauſula In omnibus & per omnia, omnia & ſingula. Aut in omnibus ſuis partibus; quia iſtæ operãtur effectũ ſpecialis expraſſionis, gloſ. communiter approbata, in c. vt cura de Iurepatro. in 6. Bal. & Ang. in l. omnes, C. de præſcrip. 30. anno. Ripa in l. 1. col. 1. 2. & 4. ff. de legat. 1. Iaſ. in l. ſin. C. ſi contra ius, Guido Papæ q. 96. & in conſ. 133. numero 2. Ruynus in conſi. 56.

num. 2.

num.2.& 6.lib.2.Curtius iun.in conſ. 159. & in eodem caſu Socin.iun.in conſ.122.nu. 9.& 21.lib.1.Ang.in l.per omnia nu.1.ff.de legib.Caſtren.in l.1.nu.6.ff.de legat.1. Barb. conſ.13.nu.4.conſ.25.nu.13.lib.2.conſ. 84. col.3.lib.3.& conſ.40.nu.7.lib.4.Alex.con ſilio 99.nu.7.lib.6.& l.1.nu.9.ff. de legat. 1. Socin.conſ.165.nu.14.lib.2.Ruyn.conſ. 54. lib.3.conſ.44.nu.9.lib.4.conſ.71.nu.7.lib.1. Probus ad Monachũ in c.in generali n.9.de reg.iur. Roma.in l.ſi ei qui nu.1.ff.de iure co dicill.Marſil.conſ.10.nu.46.lib.2. Roland. conſ.30.nu.14.lib.3.Gozzad.conſ.8. nu. 9. & conſ.9.nu.22.Surdus deciſ.53.nu.5.Cur. ſen.conſ.49.nu.43. & conſ.48. nu.19.Rola. conſ.10.nu.19.Corn.conſ.245. nu. 10. lib. 2. Corn.conſ.207.nu.12.lib.2.Ruy.conſ.103. nu.13.lib.4.Pariſ.conſ.97.nu.9 1.lib.1.con ſil.16.nu.17.lib.2.Ceph.conſ.16.nu.51. Sil ua.conſ.49.nu.22.Bertram.conſ.249. nu.3. par.3.Neuiz.conſ.8.Pariſ.in conſ.1.nu.105 lib.2. Ruy.conſ.137.nu.6. Ferret. conſ. 75. num.6.Barbat.conſ.74.col.1.lib.3. Surdus deciſ.268.nu.4.& 14.& ſupra capit. 1. qu. 14.num.11.

37 Et ideo refertur etiam ad omnia priuilegiata, vt in ſpecie etiam ad legitimam debitam filijs tradiderunt Guido Papæ, & cæteri allegati ſupra Rubr. Alex.in conſ.44. col. penult.& vlt.Socin.iun.in conſ.136. nu.16. lib.1.Ripa lib.3.reſpon.5.Pariſ. in conſ. 46. nu.41.& 42.lib.2.& in conſ.1.nu. 104. lib. 3.Cephal.in conſ.153.nu.76.& in conſilio 563.in primo dubio Roder.in l.quoniam in prioribus nu.51.C.de inoffic. teſta. Menoch. in conſ.71.num.21.

38. Decimonono, Limitatur non procedere quando loquitur expreſſe de alijs caſibus; quia tunc non refertur ad præcedentes; nec ſequentes; ſed ad expreſſos, Gozzad.in conſil.6.nu.53.& in conſ.85.nu.23. Surdus in conſ.303. nu.36.& late adducti ſupra num. 8.Limitat.1.Afflict.in deciſ.248. nu.12.Dũ firmat clauſulam appoſitam in vna conditione ad aliam conditionem non referri.Gabr.in conſ.111.lib.1.vti dicebam in allegata Vrbeuetana præſenti fideicommiſſi verſ. Et in terminis, quod clauſula &c. Niſi forte eſſent ſimiles expreſſis, l.vltima, §.Cui dulcia.ff.de Tritic.vin.oleo legat. Aret.in l.2.in princ.nu.2.ff.de verb.oblig. Card.Mant. de coniect.lib.3.tit.14.nu.7.

39. Vigeſimo, Limitatur non procedere in pœna, non enim in dubio refertur ad omnia; quia in dubio pœna non præſumitur per allegata ſupra in hoc capite quæſt. 2. in fine. Licet enim præfata regula habeat etiam locum in diſpoſitione, & materia odioſa per allegata ſupra num.7.Id tamen eſt intelligendum in claris, non autem in dubijs vt per Baldum in l.vnica.ſub nu.6. verſ.Item licet C.de hijs quæ pœnæ nomi.Socin. in l. in teſtamento la 1.nu.3.ff. de condit. & demon. Nam pœna expreſſa in vna parte diſpoſitionis non refertur ad alias partes præcedẽtes; vt tradit glo.fin.in c. fin.de pœnis.Ruy.in cõ ſil.38.col.6.lib.3.& in conſ. 86. col. 4. cod. lib.3.& conſ. 127.nu.6.lib.2.& ſupra ca. 5. q. 16.nu. 1.& 2.Et ideo dicta in vno capitulo;quæ continent exorbitantia non cenſentur repetita in alio, vt per Bart.in l. Prætor. §.erit differentia ff. vi bo.rapt.

Contrarium tamen probant tex.in c. vbi periculum §.nonnulli; & ibi Gemin.de electio.glo.in c.de mulcta.in verbo in eadem eccleſia de præben.vbi Abbas col. fin. dicit veriorem & Abbas.in clemen.2.de vita, & honeſt.cleric.ſequitur Decius ſtante identitate rationis in c.ſecundo requirit de reſcript.Fely.in c.cauſam quæ,col.4.eod.Bald.in l.quiſquis ff.ſi cer.petat.Iaſ.in conſ.142.col. 2.lib.1.& conſ.47.col.1.lib.3.& in l.1.C.de liberis præter. Ruy.in conſ.45.col. 6. lib. 1.

Et contrarium de quo ſupra maxime procedit vbi eſſet adiecta dictio ſimiliter; quæ eſt repetitiua Ruy.conſ.169.col.penu.lib.4. & ſupra c.1.q.18.nu.9.

Et vbi ex veriſimili mente Teſtatoris pœna in vno capitulo adiecta cenſeretur in alio repetita, vt per Pariſ.in conſ. 19.nu.74.& ſequentibus lib.2. Socin.in l.in teſtamento la 1.nu.4.ff.de condit.& demo.

40 Vigeſimo primo limitatur non procedere quando abſq; relatione intentio diſponentis ſuum nihilominus ſortiretur effectum; quia tunc nulla fit relatio. Vt declarant Anto.de Butr.& Imola.in clemen. 1. in fine de ſuppl.neglig.prælat. Socin. in l.fin. col. fin. ff.de rebus dubijs Alex.in conſ.214.col.fin. lib.2.& in conſ.48. col.fin.lib. 1. Decius in c.ſecundo requirit limitat.9.de appellat.

41 Vigeſimo ſecundo limitatur nõ procedere quoad extranea; quia clauſula vel conditio in fine poſita ad extranea non refertur vt dicit Abbas, in conſ.97.col. 1.in fine lib.2.Iaſ. in l.1.limit.12.C.de liber præter. Felyn.In cauſam quæ col.4.limitat.2.de reſcriptis.

42 Vigeſimo tertio, limitatur non procedere quando

quando per relationem offenderetur ius tertij, Curt.conſi.64.col.3.Gozzad.conſ.2.nu.30.in fine,uerſ.quinto nunquam &c.

Non eſt omittendum naturam relationis eſſe naturam veritatis patentis ex coniunctione duorum ſcripturarum, vt dicebat Bald.in conſi.338.ea quæ veniunt, &c.lib.2.Decius,conſi.497.num.3.ubi dicit, quod in ſcriptura referente continetur,quod ſcriptum legitur in ſcriptura relata, l. aſſe toto, ff.de hæred.inſtitut.& l.ait prætor.§.1.ff.de re iudic.& l.ſi ita ſcripſero, ff. de condit. & demonſt. vbi Bart.voluit relatum implicite contineri ac ſe expreſſum eſſet,etiam ubi expreſſio eſſet neceſſaria pro forma, ueluti in Inſtitutione hæredis, quem ibi ſequuntur communiter Doctor.Alexand.in conſ.276.lib.5.& conſi.4.num.7.lib.7. Socin. conſil.273.col.3.verſi.ſecundo principaliter, libr.2.Socin.iun.conſi.234.col.2.libr.3. Alciat.conſi.57.& conſi.226.lib.9.Clarus,in §.teſtamentum,quæſt.4.& 36.

Et ideo aduertendum eſt,quod vbi relatio fit in aliqua diſpoſitione,vel fieri prætẽditur ad præcedentem diſpoſitionem, ſunt ſemper conſiderandi tres caſus. Primus quã do diſpoſitio referens eſt certa, & determinata;nec reperitur relata, & hoc caſu ſtatur diſpoſitioni certæ,& determinatæ; & relatio illa non facit conditionem, Bart.in l.eũ qui, §.Iulianus,ff.de conſtit.pecu. quem ſequuntur ibi Doct.Iaſ.& Dec.in l.penultim.in 2.notab.C.de Inſtit.& ſubſtit.Caſtren.in conſi.17.lib.2.Decius,in conſi.169.col.penult.Curt.iun.in conſil.97. Boer. deciſi.16.Gramm. deciſ.59.nu.25.& ſequen.Crauetta conſ.987.nu.65.Secundus caſus eſt quã do diſpoſitio referens eſt incerta, & determinata,nec apparet relata diſpoſitio, & tunc eſt inutilis,Bart.in l.ſi ſic,§. 1.ff. de legat. 1.quem ibi ſequuntur alij Doct.Dec.& Grã mat.ubi.5.Socin.in l.in teſtamento la 1.nu.7.ff.de condit.& demonſtr.Tertius caſus eſt vbi apparet diſpoſitio,& ſcriptura relata,& eo caſu ſcriptura referens modificatur, & reſtringitur ad terminos relatæ, ea ratione, quia relatum intelligitur eſſe in referente d.l.eſſe toto,ff.de hæred.Inſt. cap. Abbate ſane,§.porro,de verbo. ſignifi. l. edita, C. de eden. vbi Bart.& Doct.de dictione prout,& in extrauagan.ad reprimendum in gl.prout Ruyn.conſi.25.num.11.libr.1.Pariſ. conſi.17.nu.47.lib.3.& quando appoſita in actu nullo non cenſetur relata in actu valido Caſtren.conſi.175.lib.1.Natta conſi.459.n.4.

Et licet diſpoſitio referens alio modo referat,quod contineatur in diſpoſitione relata,tamen modificatur ad terminos relatæ, & aliter facta relatio pręſumitur per errorẽ, Decius,in conſi.63.col.3.& 4.Alex. conſil.66.col.penult.lib.1. & conſil.9. Ponderatis, col.penult.lib.5. Dec.in dict.l.2.num.2.notab.& in authẽ.quis in aliquo. Aut.nu.40.C.de eden. Crauetta dict.conſi.987.nu.56.& 57.vbi exiſtimat abſurdum plus quẽ cõſequi ex referente, quam ex relato & id ex Bart. Aretin. Dec.& alijs ab eo relatis idem quoque exiſtimauit,Curtius iun. in cõſ.94.nume.19. Niſi forte conſtaret diſponentem voluiſſe alio modo diſponere,quam continetur in relato Dec.in cõſ.326.col.vbi quia uoluntas ſemper attenditur,l.in conditionibus,ff.de condit.& demo.& probant in ſpecie allegati in princ. Vel ſequens diſpoſitio eſſet gratioſa, & referretur ad primam ampliandi cauſa,tunc enim per relatam diſpoſitionem non modificaretur neque reſtringeretur.Rui.in conſ.11.nu.8.lib.2.& allegati ſupra,num.23.& nu.31.& 32.facit Socin.in l.in teſtamento la 1.num.6.ff.de conditio & demonſtr.

SVMMARIVM.

1 *Legata & fideicommiſſa quomodo relinqui ſoleant.*

2 *Legatum, & fideicommiſſum purum cedit a morte Teſtatoris & tranſmittitur.*

3 *Caſus plures in quibus legatum vel fideicommiſſum purum tranſmittitur.*

4 *Legatum, ſiue fideicommiſſum purum aſcriptum in Teſtamento habente clauſulam codicillarem tranſmittitur.*

5 *Legatum, ſeu fideicommiſſum conditionale, vel in diẽ tranſmittitur conditione impleta.*

6 *Inſtitutus in re certa dato herede vniuerſali tranſmittit, ſi pure inſtitutus ſit, declara vt ibi.*

7 *Legatarius, ſiue fideicommiſſarius purus decedens ſuperſtite teſtatore non tranſmittit.*

8 *Legata duo relicta vnum pure, alterum ſub conditione non tranſmittuntur conditione non eueniente.*

9 *Legatarius ſecundus cui a primo eſt legatum non tranſmittit ſi ante aditam hereditatem decedat.*

10 *Fideicommiſſum quando reſultat ex clauſula codicillari non tranſmittitur.*

Legatum

Digitized by Google

11 *Legatum ſub modo ſi poteſt modus impleri per hæredes legatarij tranſmittitur; ſecus ſi non poteſt impleri.*

12 *Modus impoßibilis habetur pro non appoſito, & non impedit tranſmißionem.*

13 *Legatum, vel fideicommiſſum in diem certum tranſmittitur.*

14 *Dies incertus idem facit, quod conditionem, & tranſmißionem ideo impedit, & procedit in omni incertitudine.*

15 *Legatum relictum in die incertum a Patre filio tranſmittitur vt purum.*

16 *Dies incertus adiectus præſtationi legati non impedit tranſmißionem.*

17 *Dies incertus quando cenſetur adiectus ſolutioni, vel ſubſtantia legati.*

18 *Dies certæ ætatis adiectus ad extinctionem legati non impedit tranſmißionem.*

19 *Dies incertus quando impedit tranſmißionẽ.*

20 *Legatum ſub conditione intrinſeca tranſmittitur.*

21 *Etſi appoſita primæ ſubſtitutioni tacitæ inſit ſecundæ.*

22 *Conditio intrinſeca quæ tacite ineſt, nõ impedit tranſmißionem, & ſi exprimatur, niſi diuerſo quo ineſt modo exprimatur.*

23 *Conditio tacita ſubrogata in locum expreſſæ non impedit tranſmißionem.*

24 *Conditio tacita legis poteſtatiua impedit trãſmißionem.*

25 *Conditio tacita reſpiciens ſubſtantiam diſpoſitionis impedit tranſmißionem.*

26 *Conditio tacita quando ita vult Teſtator impedit tranſmißionem.*

27 *Conditio tacita cum incertum an extabit impedit tranſmißionem.*

28 *Conditio non quidem tacita, ſed quæ tacite ineſt, impedit tranſmißionem.*

29 *Conditio adiecta in pœnam non impedit tranſmißionem.*

30 *Cõditio tacite inducta per relationem quis vel quis adiectum executioni non impedit tranſmißionem.*

31 *Conditio addita poſt quæſitum ius non impedit tranſmißionem.*

32 *Conditio caſualis impedit tranſmißionem.*

33 *Etſi ſit appoſita in qualibet ſubſtitutione.*

34 *Conditio caſualis impedit tranſmißionem, & ſi certum ſit omnino extituram.*

35 *Et quando naturaliter non ceſſet.*

36 *Conditio caſualis impedit tranſmißionem in fiſcum.*

37 *Conditio caſualis, & quæuis alia quando habetur pro impleta non impedit tranſmißionẽ.*

38 *Nec minus quando ex coniecturis conſtat Teſtatorem voluiſſe non impedire tranſmißionem.*

Caput VI. Quæſt. 8.

SVpra in 1. par. c. 3. nu. 9. & ſequen. & in hac par. 2. c. 1. q. 45. & 47. & in c. 3. q. 7. & ſæpe alibi fuit dictum cõditionem; & modum impedire; & non impedire tranſmiſſionem; vt nihil certum adhuc ſuper hoc videatur firmatum, & ideo nunc in hoc ſexto communi capite quærendum duximus. An legatum, ſeu fideicommiſſum purum, modale, in diem, & ſub conditione per legatarium, ſeu fideicõmiſſarium ad hæredes trãſmittatur?

1 Nam cum legata, & fideicommiſſa relinqui ſoleant pure, ſub modo, in diem, & ſub conditione, vt patet in rubr. ff. de legat. 1. 2. & 3. C. de his quæ ſub modo ff. de condit. & demonſtr. & vt diſtinguit Papien. in forma libelli pro legato rei ſingularis glo. 1. nu. 10. & ante illorum conſecutionem ſæpe legatarij; vel fideicommiſſarij decedãt, eſt ideo videndum an, & in quo caſu illa ad hæredes tranſmittant?

2 Et quidem ſi legatum; ſeu fideicommiſſum ſit purum; tunc regulariter cedit à die mortis Teſtatoris tam quoad trãſmiſſionẽ, quàm quoad petitionem. l. vnica. §. cum igitur in fine. C. de cadu. tollen. vbi glo. in verbo in diem Azzo nu. 4. Cyn. nu. 6. Ioan. Faber. in princ. Alberic. nu. 8. & cæteri ſcribentes, & poſt omnes Peregrin. de fideicommiſ. artic. 31. nu. 2.

Verùm regula iſta vt per ſe vera non trãſit ſine difficultate vt patet ex glo. in d. §. cũ igitur, & ex notatis ibi per Doctor. ſupra allatos. Quapropter Alciatus poſt alios in l. cum filiofamilias nu. 25. ff. de lega. 1. dat plures caſus in quibus ſit legati, vel fideicommiſſi puri tranſmiſſio; quibus & nos nonnullas dabimus limitationes.

3 Primus itaq; caſus eſt quando hæres grauatus legato, vel fideicommiſſo, hæreditate iam adita, fuit in mora ſiue expreſſa, ſiue tacita, & irregulari reſtituendi legatario, vel fideicommiſſario; vt quia alicui minori deberetur; quo in caſu ipſo legatario decedente ante legati conſecutionem locum eſſe trãſmiſſioni ſine controuerſia firmat Alciat. in d. l. cum filiofam. nu. 25. per tex. in l. 3. §. 2. verſ. idemq; ff. de adimen. leg. & in l. ſi vſuſfructus legatus, ff. de vſufr. & quẽadm. quis

vtat.

Digitized by Google

vtat. Hoc idē accuratius explicat poſt multas oppoſitiones Socin. ſen. in d. l. cum filiofam. col. penult. ſub nu. 35. verſ. Sed adhuc contra communem ff. de legat. 1.

Secundus caſus eſt, quando hęres eſt coactus a fideicommiſſario; vt hæreditatem adeat, & deinde ante fideicommiſſi conſecutionem eſt fideicommiſſarius mortuus, quo in caſu poterit coactus hæres compellere dicti fideicommiſſarij hæredes, vt actiones ſuſcipiant, Alciat. vbi ſupra per tex. in l. poſtulante ff. ad Trebell. & ſi nullus adſit fideicommiſſarij hæres tunc bona venduntur Alciat. vbi ſupra per tex. in l. apud Iulianū. §. Antiſtius ff. ad Trebell.

Tertius caſus eſt quando talis fuit mens Teſtatoris, quod legatum rei particularis; vel fideicommiſſum purum tranſmittatur; & tunc certo certius eſt tranſmiſſioni locus ita Alciat. in d. l. cum filiofam. nu. 25. ff. de legat. 1. per text. in l. quidam ita ff. ad Trebell. & in l. Lucius 2. ff. de hæred. inſtit.

Quartus caſus eſt, quando legatarius, vel fideicommiſſarius poſt aditam hæreditatem deceſſit, hoc enim caſu receptior eſt ſententia tranſmiſſioni locum eſſe l. 3. l. ſi in perſonam C. de fideicommiſ. l. cogi. §. Idem Mætianus ff. ad Trebell. quos adhoc Alciat. vbi ſupra.

Hoc idem affirmauit Caſtren. in l. vnica in princ. nu. 3. C. de caduc. tollen. Papien. in forma libelli pro legato rei ſingul. glo. 1. num. 10. Capra in conſ. 62. in 2. dubio. & in conſ. 66. in fine Iaſ. in l. ſi infanti col. penult. C. de iure delib. Ripa in l. hæredes mei. §. cū ita nu. 57. vbi Socin. iun. num. 129. Bologn. nu. 46. Zanchus in 4. par. nu. 27. & 29. ff. ad Trebell. Socin. ſen. in d. l. cum filiofam. nu. 32. & ratio eſt, quia cum hæres adeundo hęreditatem videatur cum legatarijs, & fideicommiſſarijs contrahere l. 3. in fine. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eatur, & obit ipſis fideicommiſſarijs incipiat competere actio ex teſtamento; qua contra hæredem experiuntur, vt reſtituat. l. 1. C. commu. de legat. Bar. in l. ſi legatum in princ. ff. ad Trebel. exinde conſtat iam aliquod ius eſſe legatarijs, & fideicommiſſarijs quæſitum, videlicet actionem; quam ad ſuos hæredes tranſmittunt. l. 1. C. de hæredit. act. & cum dominium rei puræ legatæ; vel fideicommiſſæ ſtatim a die mortis teſtatoris in ipſos legatarios tranſeat l. a Titio ff. de fur. l. ſi alienus. ff. de noxa. acti. l. peculium, §. ſed & creditor, ff. de pecul. Decnas late in reg. 210. ſequitur quod illud ad hæredes tranſmittant. l. ſi poſt diem §. 1. ff. quando dies lega. ced. Peregr. de fideicom miſſ. artic. 31. nu. 4.

Quintus caſus eſt in illis caſibus, in quibus hæreditas non adita ſuadente æquitate tranſmittitur, nam in eiſdem caſibus, ſi eadem ſubſit æquitas, tranſmittetur legatum, vel fideicommiſſum purum; ita Alciat. in d. l. cum filiofam. nu. 25. ff. de legat. 1. per text. in l. ventre vbi Bart. ff. de acquir. hæred.

Sextus ipſius Alciati caſus eſt quando fideicommiſſarius iſte rei ſingularis, vel legatarius deceſſit ante aditam hęreditatem. Nā iſte caſus maiorem habet difficultatem: Tamen communis opinio eſt locum eſſe tranſmiſſioni ita Alciat. vbi ſupra per tex. in d. l. cogi. §. idem Mætianus ff. ad Trebell. Socin. in conſ. vlt. lib. 4. Et hanc probarunt Bart. in d. l. cum filiofam. nu. 13. Alex. in d. l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebel. vbi Ripa nu. 58. alios refert Socin. iun. in conſ. 155. col. vlt. lib. 2. Crauetta in d. l. cum filiofam. in 2. par. nu. 264. & nu. 283. Phanucius de Inuēt. par. 6. num. 73. Zanchus in d. §. cum ita in 4. par. num. 29. & eſt tex. in l. vnica. §. cum igitur & §. in nouiſſimo. C. de caduc. tollen. & in d. §. idē Mætianus Peregrin. de fideicommiſ. artic. 31. num. 3.

Septimus vltra præcedentes poteſt eſſe caſus quando fideicommiſſum purum eſt vniuerſale, & fideicōmiſſarius deceſſit poſt aditam hæreditatem, nondum ſibi facta reſtitutione, Nam & hoc caſu locus eſt tranſmiſſioni ſiue hęres grauatus deceſſit poſt aditam hæreditatem; ſiue antea ita docuit Bart. in d. l. cum filiofam. nu. 12. ff. de legat. 1. vbi Soci. ſen. nu. 32. Alcia. nu. 26. verſ. Vltimus caſus Socin. ſen. in conſ. vlt. lib. 4. Decius in conſ. 478. nu. 6. Socin. iun. in conſ. 129. nu. 15. lib. 1. Alba conſ. 79. nu. 20. & probatur in d. l cogi. §. idem Mætianus ff. ad S. C. Trebell.

Octauus poteſt eſſe caſus, quando purum fideicommiſſum eſt vniuerſale, & fideicommiſſarius deceſſit ante aditam ab hærede hęreditatem; quo etiam in caſu locus eſt tranſmiſſioni; vt docuit Bart. in d. l. cum filiofam. nu. 13. ff. de legat. 1. quam ibi dicit communem Socin. ſen. num. 35. Iaſ. num. 106. Bart. in conſ. 13. Homo Accurſuli lib. 1. Bald. & Angel. in l. cum ſecūdum C. de fideicom. Imol. in l. vlt. §. 1. ff. de legat. 2. Alexan. in l. ſi quis priore in fine ff. ad Trebel. Pariſ. in conſ. 66.

nu. 57.

num.57.lib.3.Neuiz.in conſi.64.nu.8. Rota diuer.in deciſ.782.num.20. par.1. Nam & ſi hæreditas non adita non tranſmittatur iuxta diſtinctionem Azzonis in ſumma. C. de cad.tollen.numer.5.vbi Cyn.num.3.Io. Faber. & alij tamẽ fideicommiſſum purum hæreditate non adita, & ſic non reſtituto tranſmittitur, ut per Decium in l. emancipata in 2.lect.col.1.& 2.C.qui admitti. Alcia. in d.l.cum filiofam. in fine, & in lib.4. Paradoxorum,cap.5.in fine Peregrin.de fideicommiſ.artic.31.num.3.

4 Et caſu prædicti extenduntur vt habeant locum, & procedant etiam in fideicommiſſo puro relicto in teſtamento habente clauſulam codicillarem,hoc enim caſu purum fideicommiſſum ſiue vniuerſale,ſiue particulare,ſiue adita, ſiue non adita ſit hæreditas tranſmittitur,Baldus in conſi.503.Caſus talis eſt in fine,lib.5.Roma. in l. ſi quis priore,ff.ad Trebel.Cuma.in l.1.ff. de iure codicillorum Aret.& Alexand. in d.l.cum filiofam.& ibi Iaſ.num.122.Socin.ſen.num.34. Crauetta,nu.284.in 2.par.ff.de legat.1.Guido Papę,conſi.138.Decius,conſi.478.num. 7.& conſi.490. num.11, Peregrin. de fideicommiſſis,artic.31.num.5,

5 Extenduntur,& procedunt etiam in legato ſeu fideicommiſſo conditionali,vel in diẽ poſtquam cõditio euenit,& dies ceſſit,quia, & tunc eſt locus tranſmiſſioni, vt poſt Soc. & Ceph.conſuluit Rolan.in conſi.46. num. 6.lib.3.& hoc comprobant Zanchus in d.§. cum ita in 4.par.nu.29.& Sceuola in l. vlt. ff.quoad dies legat.cedat. & Imperatores in l.vlt.C.eod.Nam fideicommiſſum conditionale dicitur purum poſtquam conditio euenit,& puri & purificati eſt par virtus. l. potior.ff.qui potior.in pign.l.vlt.§.Titius ff.de vulg. l.cedere diẽ.ff.de verb.ſignifi.Pariſ. in conſ.48.nu.12.li.1.Menoc.in cõſ.568.n.12.

6 Extenduntur, & locum habent etiam in pure facta inſtitutione in re certa, quæ habetur loco legati dato hærede vniuerſali, nam & illa res certa in qua quis eſt inſtitutus tranſmittitur l. quoties, ff.de hæred.inſtitut.Bart.in l. ex facto la grande, nume.3. ff.eod.Caſtren.in l.Sororem, C.de iure delib. Capra in conſil.6. in fine, & in conſil. 118.col.2. Alexand. in conſi. 211.nume.2. lib.7.Corne.in conſi.116.col.penult.lib.2. Menoch.de adipiſcen. remed.2.num.64.ſed in eo quod participat de natura hæreditatis vt puta in iure accreſcendi non tranſmittitur.Crauetta poſt Bar.Caſtren. & Capran. ſup.citatos in d.l.cum filiofam.in 2.par.nu. 265.ff.de legat.1.

7 Præmiſſa omnia limitantur primo non procedere quando legatarius, vel fideicommiſſarius purus deceſſit teſtatore ſuperſtite, quia tunc,& ſi purum ſit legatum,vel fideicommiſſum non tranſmittitur, ſed efficitur quaſi caducum, l. ſi auguſte.ff.de legat.2.l. non putauit, §. a primo gradu.ff.de bonor. poſſeſ.contra tab.l.unica.§.pro ſecundo, C. de caduc.tollen.Crauetta vbi ſupra, nume. 266.Cornaus conſi.118.num.11. lib.1. Soc. ſen.in conſi.76.num.5.lib.3.

8 Limitatur ſecundo,non procedere quando relictæ fuerunt duæ res vna pure,& altera ſub conditione alternatiue,Tunc enim illa pure relicta non tranſmittitur decedente legatario ante euentum conditionis appoſitæ in alia Roma. ſing.89. Certum eſt &c. Euerardus in loco ab alternatiuis limita.5. per ſextum ſingularem ſecundum eos in l. cum illud in princ.ff.quam dies legat.cedat.

9 Limitatur tertio,non procedere quando legatum a primo legatario ſecundo legatario, vel fideicommiſſario; Tunc enim legatum non cedit niſi mediante ceſſione,aut traditione,l.ſi Imperator in princip.ff.de legat. 1.l.ſi legatarius,ff.de legat.2.Et ideo ſi ſecũdus moritur ante aditam hæreditatem non tranſmittit illud primum legatum,ſed remanet apud primum legatarium.l.ſiquis Titio in prin.ff.de legat.1.Iacob.Niger. in l.1.nu. 58.ver.non obſtat ratio, ff. de legat.1. poſt Ruy.ibi Peregr. de fideic.artic.31.num.5.

10 Limitatur quarto,non procedere qñ fideicommiſſum reſultaret ex clauſula codicillari,quia tunc non eſt locus tranſmiſſioni, vt poſt alios Alex.in l.ſi quis pondere in fine, ff.ad S.C.Trebel.Peregrin. de fideicom. articu.31.num.5.

11 Si legatum, vel fideicommiſſum eſt relictum ſub modo, & ſunt diſtinguendi caſus, Aut enim modus põt impleri ab hærede ipſius legatarij, vel fideicommiſſarij, & tunc legatũ, vel fideicommiſſum tranſmittitur. Bar.in l.quibus diebus,§.Termil.n.13.ff.de condit.& dem.& in l.a teſtatore.ff.eod. Papien.in forma libelli pro legato rei particularis.gl.1.nu.14.Cuma.in d.§.Termil.col.1.& in conſ.107.& Alexand.in l. huiuſmodi, ff. de legat.1.Socin.in d.§.Termilius, num.8. & in conſil.92. numer.11.libro 1.Berous in conſi.28.numer.8. lib. ſecundo Sarmientus

lib, 2. Select. interpr. c. 3. num. 1. Phanucius de inuentario par, 6. nu. 88, Et hoc probat tex. in l. a Teſtatore, ff. de condit, & demonſ, & in l. ſi poſt diem §. ijſdem ff. quando dies legati cedat, & ſupra in c, 3, quæſt. 7. Et ratio eſt, quia modus non ſuſpendit legati; vel fideicommiſſi acquiſitionem; & dominij trāſlationem, & ideo quoad hunc effectum dicitur purum cum ſtatim debeatur, l. eas cauſas, ff. de condit, & demo. vbi Bar. Berous in d. cōſ, 28. nu, 8. lib. 2, Menoc. præſump. 175 nu, 11. lib, 4. de præſump, & ſup. par, 1, c. vlt.

Et legatum ſub modo ſtatim peti poteſt præſtita cautione de modo implendo, l. quibus diebus, §. Termilius ff. de condit. & demonſt. vbi Bart. & cæteri Doctores & ſupra c. 3. quæſt. 7, nu. 24. cum diſtinctione data in quæſtione, 9. per totam.

11 Aut modus non poteſt per hæredes legatarij, vel fideicommiſſarij impleri, & tunc legatum, vel fideicommiſſum ſub illo modo non tranſmittitur, Bar, in d. §. Termilius, nu, 13, Papien, in d. glo, 1. nu. 14. quia modus deficit, & conſequenter legatum, vel fideicommiſſum per allegata ſupra, & in c, 3. quæſ. 7.

12 Aut modus legato, vel fideicōmiſſo adiectus, eſt impoſſibilis, & habetur pro non appoſito l, 1. in fine C, de his, quæ pœnæ nomi, l. obtinuit ff. de condit, & demonſt. l, libertate in fine de ſtatu lib, Doctor. in l. legatum, C. de condit, inſert, & ita legatum remanet purū; & tranſmittitur Papien. in d. gl. 1. nu, 14. in fine: faciunt allegata ſup, in c, 3, q. 13.

13 Si legatum, vel fideicommiſſum fuit relictum in diem; & ſunt diſtinguendi caſus. Aut enim dies eſt certus, quia Teſtator reliquit legatum præſtandum in feſtiuitate Natiuitatis Domini noſtri Saluatoris, & tunc dies ſtatim cedit quoad tranſmiſſionem; nō quoad petitionem, l. Sempronius Attalus, ff. de vſufruct. l. 5. & l. ſi dies ff. quand. dies legat. cedat, l. vnica in princ. verſ. ſimiliq; modo. C. de cad. tollen. vbi Azzo nu. 6, Cyn, nu. 6. verſ. ſi vero relictum eſt in diem Io, Faber, col. 1, & cæteri omnes poſt Bart. Bald. & Caſtren, nu. 7. Papien. vbi ſupra, in d, l. gl. 1. nu. 10. verſ. aut legatum eſt in diem, Nec eſt mirum quod cedat quoad tranſmiſſionem; non quoad petitionem; vt bene declarat Ruy, in conſ. 85. num. 8, lib. 2. Peregrinus de fideicommiſ, artic. 31. nu. 2. & 3. & declaratur ſupra in c, 1, quæſt. 89, nu. 13. & 14.

14 Aut legatum vel fideicommiſſum eſt relictum in diem incertum omni incertitudine an ſcilicet, & quando, & hoc caſu idem eſt dicendum; quod de legato; vel fideicommiſſo relicto ſub conditione; quia dies omnino incertus idem eſt; quod ipſa conditio l. talis ſcriptura, §. ſed & ſi ſub conditione ff. de legat. 1, l. ex his, C, quam dies legat. ced. l. cum teſtator C, de manumiſ, Teſta. Papien. in d. glo. 1. nu. 10. verſ. ſecundo caſu. Caſtren. in d. l, vnica in princ, & nu. 7. C, de caduc, toll, Fulgoſ, conſ, 70. col. 1 & antea Azzo Cyn. Io. Faber, & alij in d. l, vnica, C, de caduc. tollen, Socin, ſen, in l. 1, nu. 4. ff. de condit. & demonſtr. Imo dies incertus in teſtamento facit conditionem l. dies incertus ff. de condit. & demonſt. Cyn. & Ioan. Faber. vbi ſupra, Cardin, Mantic, de coniectur. lib. 11. tit. 20. nu. 3. & 4. Peregrin. de fideicommiſ. art, 31. nu. 6, & ſupra par. 1. c. 4. nu. 3. & legatum, vel fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur, Azzo in ſumma Cyn, in d. l. vnica Io. Faber & alij citati infra nu. 26.

Aut dies non eſt incertus omni incertitudine; ſed ſolum an, vt puta quando teſtator reliquit centum Sempronio, cum erit triginta annorum; Hoc enim caſu dies non eſt incertus quando; quia cōſtat quo tempore erit illius ætatis, ſi viuet; ſed eſt incertus an tandiu viuet, vt ad illam ætatē perueniat; Hoc etiam caſu legatum ſic relictum non tranſmittitur; quia, & talis dies æquiparatur conditioni l. ſi cui. §. hoc autem legatum, ff. de legat. 1. l. Publia. §. 1. ff. de condit. & demo. l. ſi ſeruus liber eſſe, ff. de ſtatu lib. Franciſ. Mar. in deciſ. 310. nu. 1. par. 1. & tale legatum, vel fideicommiſſum nō tranſmitti ad hæredes legatarij, vel fideicommiſſarij docuerūt Bart. Bal. Ang. Caſtr. Salic. & alij in d. l. ex his, C. quā dies leg. ced. & ibi Corn. nu. 6. Natta in conſ. 472. nu. 8. lib, 2. Card. Alba. in cōſ. 19. num. 28. Peregrinus de fideicommiſ. art. 31. num. 6. Petra eod. tract. q. 9. ſub num. 254.

Et procedit etiam quando dies iſte certæ ætatis fuit adiectus perſonæ hæredis grauati, quia dixerit teſtator Hæres meus cum peruenerit ad 30. annum centum Sempronio præſtabit. Nam & hoc caſu non tranſmittitur ad hæredes Sempronij hærede grauato decedente ante trigeſimum ſuæ ætatis annū cōpletū, Cyn, Arena. Dyn. Sali. Imol. Cum. & Alex. quos refert Iaſ. in l. ſi cui legetur, §. hoc autem legatum nu. 8. ff. de leg. 1. & omnes moti ſunt per tex. in l. Thais §. libertatē, ff. de fideicom. liber. & in l. fideicom. §. etiā, ff, eo. Franc. Marc. d. deciſ. 310. nu. 2. part. 1.

Contra-

Digitized by Google

Contrarium tamen tenuerunt Bart. Bal. Angel. Flor.& Caſtren. in d.l.ſi cui legetur, §.hoc autem.ut refert Iaſ.ibi Corne. in d.le. ex his,col.vlt. verſ.aut adiicitur tempus,C. quam dies lega.ced.Procedit etiam quando iſte dies certæ ætatis fuit adiectus in perſona non honorati,nec grauati, ſed Tertii,qa. & in caſu iſto legatum uti conditionale non tranſmittitur,d.l.ſeruus liber eſſe,ff.de ſtatu lib.& l.ſi ita ſcriptum ff. de manum. teſtam. Corne.in d.l.ex his,num.6.verſi.aut adiicitur tempus,C.quam dies leg.ced.

15 Quod ſupra dictum eſt limitatur primo, ut non habeat locum fauore alicuius perſonæ, vt puta filiæ,cui Pater legauit centum quando erit vigintiquinque annorum, qa tunc fauore filiæ legatum præſumitur purũ & ſolutio legati dilata in tempus illius ætatis,& ſic tempus præſumitur appoſitum ſolutioni,non autem ſubſtantiæ legati, gloſſ. in d.l.ex his,C.quã dies leg.ced. & ibi Corne.num.4.in fin.& in conſ.26.col.ult. lib.2. Capra in conſi.79.num.3.Socin.ſen.in conſil.92.col.6.lib.1.& in conſi.97.num.4. lib. 3.Alban.in d.conſi. 19.num.28.& in conſil. 31.num.4.Menoch. in conſi.251. num.53. lib.3.Rota diuer.in deciſ.782.nu.19. & 19. par. 1.& omnes moti ſunt per tex.in l.Seius Saturninus, ff.ad Trebell. & tranſmittitur per ſupra allegata iura,& per Peregrinũ de fideicommiſ.artic.31.num. 6. & 8. Cardin. Mantica de coniect.lib.11.tit.20.num.3.cõtradicit;ſed non cõſiderat fauorem perſonę, quo vtuntur ſupra citati.

16 Limitatur ſecundo, vt non habeat locum quãdo iſte dies certæ ætatis incertus an fuit adiectus præſtationi legati,tunc enim tranſmittitur ita relictum ad hæredes,d.l. ex his, C. quand. dies leg.ced. vbi Doctores communiter,Capra in conſ.133.num.4. Rota in Maceraten.legati die 27.Februarij 1606. coram Reuer. Cuccino; vbi hæc deduxi. Sed quando Teſtator dixit,lego cẽtum Sempro-

17 nio cum ad trigeſimum annum peruenerit; an ſcilicet hoc in caſu ſit adiectus ſolutioni, vel ſubſtantiæ legati? eſt dubitatio. Nam ſubſtantiæ legati adiectum eſſe affirmauit Alex.in d.l.Seius ſaturninus col.1.verſic. in glo.in verbo incertum &c.ff.ad Trebel.Corne.in d.l.ex his,nu.4.Socin.ſen. in conſ. 91. nu.8.lib.1.affirmauit eſſe adiectum ſolutioni,& quando reſpicit ſubſtantialia,in dubio præſumitur adiectum diſpoſitioni, non autem ſolutioni, & executioni; ſecus ſi reſpiciat accidentalia.Bald.in c. vlt.col.1. in fine de præſumpt.Iaſ.in l.item quia.num. 21. & 22.ff.de pactis,Crotus in repet. l. nemo poteſt.nu.85.ff.de legat.1.Decius in l. in omnibus obligationibus num.8.Cagnolus num. 22.ff.de regul.iuris. Vel quando ſit adiectus poſt legatum pure; ac ſimpliciter relictum; vt conſiderant omnes in d.l.ex his.C.quam dies legat.ced.Vigel.lib.32.ff.c.9.except. 1.

18 Limitatur tertio, vt non procedat quando certæ ætatis dies eſt ad ipſius legati vel fideicommiſſi extinctionem adiectus; vt quia Teſtator legauit Sempronio vſumfructum,dum filius ad certam ætatem perueneriti.Hoc enim in caſu non dicitur relictum in diem incertum,nec ſub conditione ſuſpenſiua;ſed extrictiua de qua ſupra c.1.quæſt.5. & ſic dicitur limitatum vſque ad illud tempus;& ideo ſi filius ad illam ætatem non peruenerit,non extinguitur legatum, ſed debet durare vſq; ad illud tempus l.ambiguitatẽ. C.de vſufruct.vbi Bart.Bald.Salyc.& cæteri omnes.Bald.in l.ſi cui legetur in fine ff. de legat. 1.Sed decedente ipſo legatario quandocumq; intra dictum tempus legatum extinguitur;& ſic non tranſmittitur ad eius hęredes; ſed conſolidatur cum proprietate ad commodum hæredis d.l.ambiguitatem l. vltim.C.de leg.Decius in conſ.598.nu.5.Rubeus conſ.23.Socin.iun. in conſ. 54. col. 1. lib.4.Phanuc.de inuentario par.6.nu. 104. Franc.Marc.d.deciſ.310.nu.2.par.1.

19 Aut & quarto caſu dies non eſt omnino incertus; ſed ſolum incertus quando; Vt quia fuit legatum Sempronio relictum quã do hæres morietur. Nam Sempronius decedens ante hæredem non tranſmittit ad ſuos hæredes, l. hæres meus, §. 1.ff.de con dit.& demonſt.l.huiuſmodi infinc,ff.quoad dies leg.ced. Corn. in d.l.ex his,nu.6.verſi. aut non eſt incertum an.C.eod. Alexa.conſ. 2.lib.1.Decius,conſi.417.nu.2.Ruy. conſi. 85.num.2.lib.2.Boer. deciſi.154. Gabr. de hæred.Inſtit.lib.4.concluſ.2.num.3.4.& 5. Phanuc.ubi ſupra,num.84.

Et id procedit etiam quando dies iſte fuit adiectus in perſonam alicuius Tertii, Nam & hoc caſu legatum tanquam conditionale non tranſmittitur.l.ſi pecunia, §. 1. ff.de legat.2.

Procedit etiam quando dies iſte incertus, quando fuit adiectus ſolutioni,& præſtationi legati,non autem ſubſtantiæ,quia & hoc caſu legatum habetur tanquam conditionale,&

le, & ideo legatario decedente ante illud tẽpus non tranſmittit ad ſuos hæredes, gloſſ. in d.l. Seius Saturninus, ff. ad Trebell. Bald. in d.l. ſi cui legetur, ff. de legat. 1. Alexand. in conſi. 134. num. 22. lib. 2. Ruyn. in conſi. 85. num. 4. lib. 2. in conſi. 68. num. 7. lib. 4. Emilian. in conſil. 143. numer. 7. & omnes moti ſunt per tex. in d.l. ſi pecunia, §. 1. ff. de legat. 2. & in l. quibus diebus, §. quidam Titio, ff. de condit. & demonſt.

Contrarium tenuerunt Capra in conſil. 79. num. 2. & in conſi. 133. num. 4. Cuma. in d.l. ſi cui, ff. de legat. 1.

20 Si legatum, vel fideicommiſſum fuit ſub conditione relictum, & eſt diſtinguendum. Aut enim conditio ſui natura, uel natura ipſius rei, vel diſpoſitione legis ineſt legato vel fideicommiſſo, & tunc ea non obſtante eſt locus tranſmiſſioni, Azzo in ſumma, C. de caduc. tollen. num. 6. ubi Cynus, num. 6. verſi. ſi eſt relictum ſub cõditione &c. Ioan. Faber. & cæteri ſcribentes, Bart. in l. cõditiones, quæ extrinſecus, ff. de condit. & demon. & in l. ſi legatum pure, ff. de adimen. legat. Papienſis in forma libelli pro legato rei ſingularis, gloſſ. 1. nume. 11. Crotus in l. nemo poteſt, num. 85. ff. de legat. 1. Socinus ſen. in l. 1. num. 5. ff. de condit. & demonſt. Iaſ. in l. ſi poſt mortem, §. ſi pure, num. 5. ff. de legat. 1. & in l. 2. §. harum, num. 28. ff. de verb. oblig. Ripa, in l. 3. num. 12. ff. de legat. 1. Pariſ. in conſi. 49. num. 49. li. 2. Cephalus in conſ. 56. num. 73. lib. 1. Anguſſo. in conſi. 55. col. vlt. lib. 6. Rota diuer. deciſ. 782. num. 24. p. 1. & hoc probat text. in l. cum illud, §. 1. ff. quam dies leg. ced. & in l. firmo, ff. eo. Nam iſta conditio dicitur intrinſeca, ſeu neceſſaria, de qua, & quibus inſit modis diximus ſupra in par. 1. cap. 2. & c. 3. quæ tranſmiſſionem non impedit, ut docuit Bald. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum nume. 3. in princ. ff. de lib. & poſthu. vbi autem Bart. numer. 12. idem Bart. in l. 3. vbi Ruyn. num. 9. Torniel. num. 5. ff. de legat. 1. Ruyn. in conſi. 85. numer. 8. lib. 2. Rota diuer. d. deciſi. 782. num. 24. & 25. par. 1.

21 Et idem eſt licet conditio appoſita primæ ſubſtitutioni tacite inſit ſecundæ, quia verificari debeat, ut ſecundus admittatur. Nam & illa tacita conditio non impedit tranſmiſſionem Fulgoſ. in conſi. 14. prope finem, Rimin. ſen. in conſi. 173. numer. 7. & 15. lib. 1. Quod idem eſt in conditione ſi deceſſerit in pupillari ętate, nam & hæc conditio, quę eſt ficta, & impropria non impedit tranſmiſſionem l. hæredis aditio, ff. quam dies leg. ced. Hercul. in l ratione, §. quod vulgo. col. 10. ff. ad l. falcid. Zanchus in §. cum ita in 4. par. num. 356.

22 Et prædicta ſunt adeo vera, ut procedant ſi hæc conditio, quæ tacite ineſt, exprimatur quia huiuſmodi tacita conditio quamuis exprimatur non impedit tranſmiſſionem, Bar. in d.l. conditiones quæ extrinſecus, ff. de condit. & demonſt. Aret. in l. qui libe. in princip. ff. de uulg. & pupill. Ruyn. in conſi. 83. num. 11. & in conſi. 85. num. 8. lib. 2. & in l. 3. nu. 6. ff. de legat. 1. vbi Socin. numer. 7. Ripa numer. 12. & 32. Zanchus, in §. cum ita in 4. par. num. 340.

Niſi forte aliter, & diuerſo modo quam ineſt, exprimatur, Ang. in conſi. 292. Iaſ. in l. ſi ita legat. §. illi ſi volet. ff. de legat. 1. Phanuc. de inuẽtario. par. 6. num. 82. Rota diuer. in d. deciſ. 782. num. 24. & 25. par. 1. & ſup. c. 1. q. 47. num. 1. & ſequen.

23 Procedunt etiam quando tacita conditio in locum expreſſæ ſubrogatur. Nam & per eam non impeditur tranſmiſſio Aret. in d.l. 3. ff. de legat. 1. & ibi Socin. num. 7. Iaſ. in l. quod in rerum in fine, ff. eod. Zanchus in d. §. cum ita in 4. par. nu. 341.

24 Verum id quod ſupra dictum eſt limitatur; vt non procedat in tacita conditione legis poteſtatiua; vt eſt illa tacite a lege ſubintellecta in hærede inſtituto, cui etiam ſit factum prælegatum ſcilicet ſub conditione ſi hæres erit, de qua ſupra in par. 1. c. 3. nu. 10. quoniam hæc impedit tranſmiſſionem, ſi nõ impleatur ab ipſo hærede Bart. & Caſtren. in d.l. conditiones quæ extrinſecus ff. de condi. & demo. & in l. vlt. ff. quam dies leg. ced. Angel. d. conſil. 292. Punctus eſt Imola in l. Miles. §. pro parte ff. de legat. 2. Caſtren. in l. quibus diebus. §. quidam Titio in fine ff. de condit. & demonſtr. Aret. in l. qui liberis, ff. de vulg. & pupill. Ruy. in d. conſ. 85. col. 4. lib. 2. Rub. conſ. 7. col. vlt. Phanuc. de inuentar. par. 6. nu. 81. Zãchus vbi ſupra nu. 342. & id dicunt omnes præcitati Doctores per tex. in d.l. Miles §. pro parte ff. de legat. 2. facit quod dicitur legatum factum Sempronio ſi volet non tranſmitti, ſi Sempronins decedat ante factam declarationem ſuæ voluntatis. l. ſi ita legatum, §. illi ſi volet ff. de legat. 1. l. ſi ita expreſſim. ff. de condit. & demonſt. Angel. in d. conſ. 292. Caſtren. & Imo. in d.l. ſi ita expreſſim Alex. in l. huiuſmodi ff. de

leg. 1

Digitized by Google

leg. 1. Socin. in l. quibus diebus §. Termilius ff. de condit. & demon. Decius in conſ. 554. nu. 5. Quod idem videtur procedere, & habere locum in habẽte optionem vel electionem legati; qui nondum facta electione deceſſit; quod ſcilicet ius eligendi non tranſmittat exemplo mox allegatorum; pro quibus faciunt allegata ſupra in 1. par. c. 71. & c. 89. nu. 26.

Stat enim in poteſtate ipſius Sempronij velle, vel nolle, & eo decedente ante declarationem non fit tranſmiſſio, vt ſcripſit Zanchus in d. §. cum ita in 4. par. nu. 343. & Phanucc. de inuent. par. 6. nu. 82. l. ſi. ff. de condi. inſtit. Surd. deciſ. 138. nu. 6.

25 Limitatur ſecundo, vt non procedat quãdo tacita conditio ex legis diſpoſitione, vel ex natura rei, & actus reſpicit ſubſtantiam ipſius diſpoſitionis; quia hoc in caſu impedit tranſmiſſionem, Aret. in d. l. qui liberis. col. vlt. ff. de vulg. Crotus in l. nemo poteſt. nu. 85. ff. de lega. 1. vbi Iaſ. nu. 82. in prima lect. & in 2. lect. nu. 93. Zanchus in d. §. cum ita in 4. par. nu. 346. Verum ab hac limitatione recedit Ripa in l. 3. nu. 15. ff. de legat. 1. dum affirmauit huiuſmodi legatum non eſſe conditionale.

26 Limitatur tertio, non habere locum quando conſtat de contraria mente teſtatoris, vt ſcilicet talis conditio impediat tranſmiſſionem; quia tunc ipſa tranſmiſſionem impedit; & ſi talis ſit; quæ ſui natura inſit, & tacite intelligatur, Bart. in d. l. conditiones quæ extrinſecus, ff. de condit. & demo. Zanchus vbi ſupra nu. 348. Caſtren. in l. 3. nu. 3. ff. de legat. 1. & ibi Ripa nu. 13. Ruy. num. 7. per tex. in l. in conditionibus, §. 1. ff. de conditio. & demonſtr. Gabr. in conſ. 91. num. 1. lib. 2. Decius conſi. 2. num. 5. Aret. conſ. 92. prope finem. Ioan. de Anan. conſ. 75. col. 1. Iaſ. in conſ. 162. col. penult. lib. 2. Crauetta in conſ. 59. num. 4. Peregrinus de fideicommiſſ. art. 31. num. 9.

27 Limitatur quarto, non procedere quando incertum eſt quod conditio hæc extabit in vita ipſius legatarij; quia tunc impedit tranſmiſſionem. l. ſi cum hæres in princ. ff. quam dies legat. ced. Papienſ. in forma libelli pro legato rei ſingularis glo. 1. nu. 11. verſ. aut non eſt certum &c. per text. in d. l. ſi cum hæres.

28 Aut conditio non quidem tacita; ſed tamẽ tacite ineſt legato; vel fideicommiſſo ex præſumpta mente teſtatoris, & tunc decedente legatario, vel fideicommiſſario ante ipſius conditionis enentum legatum vel fideicommiſſum non tranſmittitur. Barto. in l. ſi poſt mortem. §. vlt. ff. de legat. 1. & in d. l. conditiones quæ extrinſecus ff. de condi. & demo. Crotus in l. nemo poteſt. nu. 54. & nu. 85. ff. de legat. 1. Iaſ. in l. qui filiabus §. ſi vni. ff. eo. & id probatur exemplo l. ſi legatum pure ff. de adimen. legat. & l. quod pure ff. quando dies legat. cedat. Et id habet locum etiam quando conditio appoſita vni legato cenſetur in altero repetita, de qua re ſupra in c. 1. quæſt. 15. & ſequen. & quæſt. 18. latiſſime. Nam & hoc caſu repetita conditio impedit tranſmiſſionem, Bar. in d. l. conditiones, quę extrinſecus ff. de conditio. & demonſtr. Caſtren. in conſi. 123. in primo dubio lib. 2. Zãchus in d. §. cum ita in 4. par. num. 75. in fine per text. in l. duos vbi glo. ff. de condit. & demonſtr. & Fulgoſio reſpondet Zanchus vbi ſupra. nu. 339.

29 Verum id quod ſupra dicitur eſt limitatur primo, quando conditio hęc fuit adiecta in pœnam; Tunc enim legatum pure datũ, & ſub conditione ademptum manet purũ, & per conſequens tranſmittitur, Bart. in l. 1. §. item ſi ita, ff. ad legem Falcid. Zãchus vbi ſupra nu. 76. Ruy. in conſi. 48. nu. 4. in conſ. 122. col. penu. in fin. lib. 1. Alciat. conſi. 494. in fine.

30 Limitatur ſecundo, non habere locum in hac tacita conditione inducta per relatiuum quis vel qui adiectum exequutioni legati, quia tunc non impedit tranſmiſſionem, Socin. in l. 1. in fine ff. de conditio. & demonſt. Eman. a Coſta Select. interpr. circa conditiones lib. 1. cap. 7. num. 9. Zanchus vbi ſupra num. 77. per text. in l. ſi Titius, §. cum ita ff. de legat. 2. vbi Bald. & Imola.

31 Limitatur tertio, non habere locum quando poſt quæſitum ius conditio additur reuocationi, quia tunc illa prima datio remanet pura; & eſt tranſmiſſioni locus, Cepha. conſ. 52. num. 16. lib. 1. Zanchus vbi ſupra num. 77. in fine. & ſupra cap. 1. quæſt. 71.

32 Aut conditio eſt vere & proprie conditio, ſicuti eſt caſualis, de qua ſupra par. 1. cap. 2. num. 16. & 19. Vt ſi Nauis venerit ex Aſia, Si ſine filijs deceſſerit, & ſimiles, de quibus ſupra in parte, 1. capit. 12. 13. & 78. & tunc quoad hæredes extraneos legatarij ſeu fideicommiſſarij ſub iſta conditione quod ſcilicet ad eos non trãſmittat ſi ante implementum conditionis decedat, res eſt clara.

Dubi-

Dubitatio autem verſatur an tranſmittat ad ſuos hæredes deſcendentes,& nec ad eos tráſmittere dixit gloſſ.in l.unica,C.de ijs qui ante aper.tabul. & in l. ſi in perſonam, C. de fideicommiſſ.Cyn.in d.l.unica,vbi Bald. & alij, idem Bald.in conſi. 216. in conſi. 254. libr. 1. in conſi. 409.lib.2.& in l.ſi cui legetur.§.1.ff.de legat.1.Roma.in conſi. 29.Corneus in conſi. 180. col.2.lib.2. Guido Papæ in conſi.115.& in conſ.116.& in deci.132. num.3.Alexand.in conſi.93. lib.3. in conſi. 250.& in conſi.252. lib.6. in conſil.62. lib. 7.Barbat.in cap.Raynutius, col. 116. de teſtamen.Socin.ſen.in l.Paulus la 2.ff.de reb. dubijs,& in conſi.77.lib.1.Iaſ.in conſil.80. lib. 1.in conſi.203.lib.2.& in conſi. 154.lib. 4.Curt.ſen.in conſi.7.Decius in conſi. 417. nume.5.in conſi.511.num.7.Pariſ. in conſ. 25.col.2. Curt.iun.in conſi.83. num.7.Rube.conſi.8.Bertram.in conſ.324.lib.3.Boer. deciſi.354. num.13. Tiraquel.de retract. lignag.§.1.gloſſ.2.nu.25.Socin.iun.in conſi. 98.num. 7.lib.2.Gabr.lib.4.hæred.inſtitut. concluſi.numer.10. Oddo præceptor meus de Compendioſa in 6.p.pag. 180. Marzar. conſi.38.num.8.Gabr.conſi.91.num.1. lib. 2.Rota diuer.deciſi.782.nu.5.par.1. Card. Mantica de coniect.lib.11. tit.20. nume. 1. & ſequen.& Peregrinus de fideicommiſſ.artic.31.num.6.

33 Hoc idem procedit in qualibet ſubſtitutione conditionali;Zanchus in d.§.cum ita in 4.part. num. 30.ex Alexand. in conſi.30. lib.3.& in conſi. 165.lib.5. Crauetta in conſil. 152. col.2.Peregrin.de fideicommiſſ.artic.31.nu.6. Petra eod.tract.quæſ.9. ſub nume. 254.Procedit etiam quando Teſtator reliquit centum Nepoti ſuo, & eo ſine liberis decedente voluit;quod illa centum reuertãtur ad hæredem vniuerſalem;Nam decedẽte hærede vniuerſali ante Nepotem legatarium,non tranſmittet ad ſuos hæredes,Bal. in l.in cauſæ la 2.§.Pomponius ff. de mino. Caſtren.in l.Titia ff.de legat.2.& in l.vlt.C. de legat.vbi Alex.col.2.Crotus in l.1.num. 75.ff.de legat.1.& ibi Iaſ.num.81.idem Iaſ. in d.l. cum filiofamilias col.6.ff. de legat. 1. & in conſi.52.col.vlt.lib. 3. Decius in conſ. 417.num.2.

34 Hoc idem procedit, & habet locum etiã quando certum eſt conditionem exituram; vt quia Teſtator dixit lego centum Sempronio ſi filius meus deceſſerit ſine filijs, & iam certo conſtet, uel ob impedimentum naturæ; uel ob aliud accidens vt quia ſit aliquam religionem profeſſus non poſſe filios procreare, Nam & hoc in caſu decedente Sempronio ante talem filium,nõ tranſmittet ad ſuos hæredes, Alex. in conſil.2.col.penult.verſ.non obſtant.lib.1.Rui. in conſi.85.num.3.& 4.lib.2.Zanchus in d. §. cum ita in 4.par.num.72.qui adducit Roma.in ſing.90.Iaſ.Iulianus,nu.19.ff.de condit.& demonſt.Euerar.in loco ab Alternatius,nu.5.facit Ripa in l.ex facto,§. ex facto num.4.ff.ad Trebell.Boet.in deciſi.354.col. 5.faciunt allegata ſupra in cap.1.quæſt.91. per totum Roland. in conſi.97.nume.40. & 41.lib.2.Hoc idem habet locum ſi Teſtator dixit ſubſtituo fratres,vel ſuperuiuentes, & prædefunctorum filios, Nam & hoc in caſu non erit tranſmiſſioni locus, niſi aliquis ex ipſis fratribus ſuperuiueret,ita vt copulatiua poſſit verificari Pariſ.in conſi.63.colu. 2. lib. 3. ſed hic agitur potius de vocatione, quam de tranſmiſſione ſecũdum Zanchum vbi ſupra,num.79.

Procedit etiam ſi hæres grauatus promiſſit adimplere omnia diſpoſita in Teſtamento,etiam in eum diſpoſitionis inter uiuos,addita clauſula omni meliori modo. Nam & hoc caſu non eſt locus tranſmiſſioni decedẽte legatario,vel fideicommiſſario ante hæredem Rimin.ſen.in conſ.126.libr.1.Ruyn.in conſi.7.col.2.& penult.libr.3.Zanchus ubi, num.81.& hoc poſſet contingere in Primogenitura facta per Illuſtriſſimum bonæ memoriæ Cardinalem Antonium Mariam Saluiatum, quia Illuſtriſſimus D. Laurentius Marchio Saluiatus cum iuramento promiſit ad vnguem obſeruare in manibus Ill. D. Senatoris.

Habet etiam locum ſi filii hæredum grauatorum eſſent ſubſtituti eorum Patruis; Nam & ſi ſubſtitutio eſt facta de hæredibus ſupraſcriptis tamen ad ipſos Nepotes non ſit tranſmiſſio ita Ruyn.in conſi.29.nu.7. li. 2.quem ſecutus eſt Zanchus vbi ſup.nu.82.

35 Procedit etiam quando conditio naturaliter non ceſſit, vt quia ſciſſo ventre filius natus ſit,non mater inſtituta poſt uentre prẽgnate non tranſmittit ſi ante,vel cum eo decedat,quia hoc caſu conditio naturaliter nõ euenit,ita reſpondit Socin.ſen.in conſi.197. Circa præmiſſam conſultationem, per totam lib.2.quem eſt ſecutus Zanchus in d. §. cum ita in 4.par.num.86.& ſupra par.1.cap. 12.num.35.

Vltimo

36 Vltimo loco id quod ſupra firmatum eſt procedit, etiam contra fiſcum, nam & ſi fiſcus ſit multum priuilegiatus: tamē ad eum non fit tranſmiſsio, ita gloſſ. in l.non ad ea, ff.de condit.& demonſt.Baldus in l.3. C.ad l.falcid.Roma. in conſ.247. num.1. in fine, & num.2.Aretin.de Maleficijs,in verbo, & eius bona publicamus, verſ.& nota quod facta dicta publicatione,Boſſius de Bonorum, public.num,15.Natta in conſi.472.numer, 10. Et ratio eſt quia fiſcus ex publicatione bonorum ſuccedit ſolum in eo,in quo ſuccederet extraneus ex ſucceſſione vniuerſali gl. in l.1.C.de bon.liber.Imo hæreditas non adita; & ſi delata ſit,non tranſit in fiſcum Imo. Alexand. & Iaſ.in l.ſi quis mihi bona, §.1, col.vlt.ff.de acquir.hæred. Rimin.in conſil. 242.num.5,Decius in conſi.438.numer.11. Curt.iun.in conſi,182.num.4. Socin. iun.in conſi.5.num,12,lib,1, Pereginus de iure fiſci lib.5.tit.1.num.95. & nu.93. & ſequen,

37 Verum quod ſupra firmatum eſt limitatur, vt non procedat,nec habeat locum quādo conditio habetur pro impleta,& quando & quomodo id eueniat,fuit traditum ſupra in cap.1.in quæſt.29.& in quæſt.193. Nam fideicommiſſum conditionale,quando conditio ipſa aliquo modo habetur pro impleta tranſmittitur. Doctores in l,ſi ita legatum ff.de condit.& demonſtr.Ioann.de Anan.in conſi.8.col.2. Decius in conſil.242. col.vlt. Crauetta in l. cum filiofam. in 2.par. nu.55. ff.de legat.1.Soc.iun.in conſi.117,nume.7. lib.1.Phanuc.de inuent.in 6.par. nume.83. Cum enim conditio habeatur pro impleta dicitur ex tali adimplemento dies legati, vel fideicommiſſi ceſſiſſe, vt eſt text.in le. ſi poſt diem,§.item ſi qua,ff.quam dies leg.ced.l.iure ciuili,ff.de condit.& demonſt.l.ſi ea.C.de condit.inſer.& l.1.C.de inſtit.& ſubſt.quas ad hoc citat,gloſſ,in d.§.item ſi quia,in uerſicu,impleta.

38 Limitatur ſecundo non procedere quod ſupra dictum eſt,quando coniecturis,& præſumptionibus colligitur Teſtatorem voluiſſe legatum,uel fideicommiſſum cōditionale per legatariū, vel fideicommiſtarium,ante euentum conditionis decedentem ad hæredes tranſmitti; Tunc enim conditione non obſtante fit tranſmiſſio,Bald.in leg.hæredes mei,§.cum ita,num,12.ff.ad Trebel.& in le. vnica,numer.10. C.de ijs qui ante aper.ſub Alexand.in conſi.93.num.16.lib.3,Soc.ſen. in conſi.6.num.12.li.3.Iaſ.in conſi.233.col. 1.lib.2.& in conſi.51.nu.3.lib.3.& in conſi.154.lib.4.Curtius ſen.in conſi.70. Ruyn. in conſi.28.num.5.in conſi.95.numer, 6.in conſi.145.num.6.lib.2.

Quomodo autem coniecturæ pro iſta limitatione colligantur,& quæ ſufficiant late tradunt Gabriel.lib.4.de hæred. inſti. concluſ.2.per totam & nu.15. & ſequen. Card. Mantica de coniecturis vlt.uol.lib.11.tit.20. per totam Peregr.de fideicommiſſus art.31. num.9.& ſequen.

Limitatur tertio ratione ſubiectæ materię, vt puta ſi eſſemus in materia alicuius primogenituræ in qua ius proximitatis, & primogeniti, etiam quod quis obierit ant. euentum conditionis tranſmittitur, vt per Tiraquel.de iure primogen.quæſt.40.num. 160. firmat Rota in Brixien.Cōpromiſſi,26 Nouembrijs 1591.corā Cardinale Seraphino.tunc. Rotæ Auditore,ſed iſta deciſio fuit ſimulatis collitigantibus compilata, pro caſu tunc occurrenti pro Triuultijs,in quo late ſcripſerunt Illuſtriores Mundi Aduocati, vt patet ex late deductis per Menoch.in eodem caſu conſulentem in conſi.106. per totum lib.2,& in conſi:173.

FINIS.

Digitized by Google

M. [illegible]
& fe [illegible]
tic [illegible]

4
q
ra

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Prem. Legatoria Artistica
ACHILLE FIORE
Via Grande Archivio, 3 - Napoli